


PRAXIS CIVILIS

DE EXERCITIO PRACTICARVM ACTIONVM,

Tam in communi, quam Regio iure ſancita, iuxta hodiernum ſtylum.

OPVS PRÆCLARVM, ET VTILISSIMVM ad publicum Reipublicæ totamen, tàm in ſcholis, quàm in cauſarum foro verſantibus, in iudicando & conſulendo, valde neceſſarium. In duobus aureis libris concluſum.

AVTHORE IOANNE A MONTEALEGRE Hiſpano, Iureconſulto clariſſimo, olim (Philippi.II.) in Prouincijs, Caſtellæ vetera, ac Legionenſis, Alcantere bus, & Llerenæ Gubernatore, ac in tribunali Fidei ſanctæ Inquiſitionis, illius Prouinciæ Conſiliario, & in inclita & celeberrima ciuitate Salmantina inſigni pratore, & poſtmodum in Regia Chancellaria Argentina Regni Piru, digniſſimo Senatore.

DEFVNCTO AVTHORE COMPLETVM ET RECOPILatum per D. Hieronymum à Montealegre eius filium Iuriſconſultum, & in dicta Regia Chancellaria Aduocatum.

AD D. LVDOVICVM A VELASCO EMILITIA SANCTI Iacobi, Marquionem Salinenſem, & in ſupremo Indiarum, Senatu Inſignem Præſidem.



Anno 1614.

CVM PRIVILEGIO, MATRITI,

In officina Ioannis à Herrera typographi.

APROVACION.

POR comision de los señores del Consejo, he visto un libro intitulado, *Praxis ciuilis de exercitio practicarum actionum*, que compuso el Licēciado Iuan de Montealegre, Oydor que fue de la Real Audiencia de la ciudad de la Plata en los Reynos del Piru, y Recopilò, y puso en orden despues de su muerte el Licenciado dō Geronimo de Montealegre su hijo, y es libro de mucha erudicion, y bien trabajado, y muy vtil, y prouechoso para auogados, y juezes: y assi por esto, como por no auer en el cosa cōtraria a nuestra santa Fè, ni buenas costūbres, me parece es justo se dè licencia paraque se imprima, y gozen del todos, y el hijo de los trabajos de su padre. En Madrid a 17. de Iunio de 1613.

Doctor Iuan de Bedoya
Mogrouejo.

D*E parte del señor Doctor Gutierre de Cetina Vicario general desta villa de Madrid y su partido, se me ha traido q̄ vea vn libro intitulado*, Praxis ciuilis, de exercitio practicarū actionum, *compuesto por el Licenciado Iuan de Montealegre, Oydor que fue de la Real Audiencia de la ciudad de la Plata del Piru, y auiendole visto, no hallo cosa en el, por donde no se deua imprimir, antes me parece obra muy docta para juezes, y auogados, y professores de la facultad de Derechos, y digna de que se imprima, y saque a luz. Madrid primero de Iunio de 613.*

*El Licenciado Pisa
Dauila.*

POR comision y mandado de los señores del Consejo, he hecho ver el libro contenido en este memorial, que compuso el Licenciado Iuan de Montealegre Oydor que fue de la Audiencia Real de la Plata, y no contiene cosa contra la Fè ni buenas costumbres, antes es vtil y muy docto, y se puede dar licencia para imprimirle. Fecho en Madrid a 3. de Iunio de 1613.

El Doctor Gutierre
de Cetina.

EL REY.

POR Quanto por parte de vos el Licenciado don Geronimo Montealegre nos fue fecha relacion,q̃ el Licenciado Iuan de Montealegre vuestro padre, Oydor que fue de la nuestra Audiẽcia de la Ciudad de la Plata en el Piru, auia escrito vn libro intitulado *Praxis ciuilis, de exercitio practicarum actionũ*, el qual cõ mucho trabajo auiades recopilado, y acabado, y por entẽder ser vtil y prouechoso auiades desseado os diessemos licẽcia para le imprimir, y nos suplicasteis os la mãdassemos cõceder para el dicho efecto, y priuilegio por veinte años, ò como la nr̃a merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Cõsejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la prematica por nos sobre ello fecha dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon, y nos tuuimosle por bien. Por la qual vos damos licencia y facultad para que por tiempo, y espacio de diez años cumplidos primeros siguientes, que corran y se cuenten desde el dia de la fecha de nr̃a cedula en adelante, vos, ò la persona que para ello vr̃o poder ouuiere y no otra alguna, podays imprimir, y vender el dicho libro que de suso se haze mencion. Y por la presente damos licencia y facultad a qualquier impressor destos nuestros Reynos que nombraredes, para que durante el dicho tiempo le pueda imprimir por el original que en el nr̃o Consejo se vio, que va rubricado y firmado al fin de Hernando de Vallejo, nr̃o Secretario de Camara, y vno de los que en el nr̃o Consejo residen, con que antes que se venda le traygais ante ellos, juntamente con el dicho original, para que se vea si la dicha impression està conforme a el, o traygais fee en publica forma, como por corrector por nos nombrado se vio y corregio la dicha impression por el dicho original: y mandamos al impressor que ansi imprimiere el dicho libro, que no imprima el principio y primer pliego del, ni entregue mas de vn solo libro cõ el original al Autor y persona a cuya costa lo imprimiere, ni a otra alguna, para efecto de la dicha correcion y tassa, hasta que antes y primero el dicho libro este corregido y tassado por los del nr̃o Consejo, y estando hecho, y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio y primer pliego, en el qual inmediatamente ponga esta nuestra licencia, y la Aprouacion, tassa, y erratas, ni lo podays vender, ni vendais vos ni otra persona alguna hasta q̃ estè el dicho libro en la forma suso dicha, sopena de caer, è incurrir en las penas cõtenidas en la dicha prematica, y leyes de nr̃os Reynos q̃ sobre ello disponen: y mãdamos q̃ durãte el dicho tiẽpo persona alguna sin vr̃a licẽcia, no le pueda imprimir, ni vẽder, sopena q̃ el q̃ lo imprimiere, y vẽdiere aya perdido, y pierda qualesquiera libros, moldes, y aparejos q̃ del tuuiere, y mas incurra en pena d̃ cincuẽta mil mr̃s por cada vez q̃ lo cõtrario hiziere

de la qual dicha pena, sea la tercia parte para nuestra Camara, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare: y la otra tercia parte para el que lo denunciare. Y mandamos a los del nuestro Consejo, Presidentes, è Oydores, de las nuestras Audiencias, Alcaldes, alguaziles de la nuestra casa, y Corte, y Chancillerias, y a otras qualesquiera justizias, Villas, y lugares de los nuestros Reynos, y señorios, y a cada vno en su jurisdiction, ansi a los que agora son como a los que seran de aqui adelante, que vos guarden, y cũplan esta nuestra cedula, y merced que ansi vos hazemos, y contra ella no vayan, ni passen, ni consientan yr ni passar en manera alguna, sopena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nuestra Camara. Fecha en san Lorenço el Real a seys dias del mes de Iulio de mil y seyscientos y treze años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro señor.

Iorge de Touar.

AD D. LVDOVICVM A VELASCO MARQVIO-nem Salinensem, Philippi Tertij, Hispaniarũ, & Indiarum, Regis potẽtissimi, Summum, Senatus supremij, Indiarũ, & insignem Presidem, D. Hieronymus à Montealegre, vtriusq; iuris Licentiatus. In praxim ciuilem, circa exercitiũ practicarum actionum.

Præfactio.

CONSVEVERVNT (Illustrissime Preses) veteres illi duces in bellis, cum forti prestantiq; animo exercitum ex castris adducerent, & iam inter media hostium tella versarentur grauissimas plagas in acie excipientes, gloriam ducti magnopere ferunt, aduersariorum copijs profligatis, vrbibus expugnatis armorum machinas quasi victorię administrãs, vmbratili quadã religione alicui dicare numini vouens in templo, vt suspensę ad memoriã æternitatis, veluti simulachra virtutis extarent. Nec desunt in legali certamine (illustrissime Preses) sua prelia, suæ oppugnationes, atque expugnationes, suę maquinę, suęq; victorię: Propterea non in merito, si post tot annorũ curriculum, Genitor ille meus Ioannis a Montealegre, tam in nonnullis Regalibus Hispanię gubernijs, quam in Senatorio iudicio Indiarum insudatus, quasi bella susceperit. Quantum enim fuit iacentem populum erigere, Languentem quiescere, Ab errore deducere, Ad perpetuam republicę vtilitatem exprimere conatus: Vnde confecto veluti hoc bello valori tanto vestro, tot annis in vtroq; Indiarum orbe dum ter pro regis personam insigniter sustinuisti, Prudentię, Sapientiæq; indies in hoc supremo Indiarum senatu vti Presidenti impartiri: Adeo, vt neq; ex nostrorum, neque ex antiquorum clarorum virorum exemplis reperiebam, quem tecum comparare vlla ex parte possim: Ob quę merita rerum tuarum, tam preclaræ gestarum confisus, opus hoc suspendere decreui, tui nominis in mortalitati comẽdans, Quę vt alterius luminis radijs illustrata ad solem apposita virtutis lucem quotidie maiorem in omnem sint in ęternitatem habitura, Optima equidem ratione consentaneum visum censui, vt cui me in reliquam ętatẽ addiscerem, Hos quoq; labores qualescunque quasi incomparabilis obseruantię testes supliciter dicarem, Quapropter cum editis ingenij paterni monumentis patris meiq; laborum memoriã ęternitati consecrare volens vestri, in illis nomen, & patrocinij lumen extarem creui, eius vt authoritate prosapię Montealegris ęstimatio intueatur in cuius comendotionem virtutis, honestitatis fama, famę causa cõsisteret. Quandoquidem insignis patris,

auiq;

auiq́ vistri meritis, humanitatis, & dignitatis, qui tam cumulatę, Tam insigniter, Tam expresse, Tam cōstanter, in auo patręq́ meo collucere voluerunt. Vosque sic quemadmodum virtutem primo paternam memoriam, deinde parentum, Salutem, & dignitatem filij, filium Hieronimum iuris, militem incliēte lā tui nominis sic recipi, vt multos, multos que, per annos in regalibus indianijs pretorijs & dignitatibus eligere, & exercere non dedignatus. Quapropter hoc ciuilis praxis opus sic regni comodis, sic posteriorum memorię, studijs sapientium dedicare iudicaui, vt non nisi per tuas manus ad regem perduci, perpetuam comendationem, ad existimationem authoritatis penuntre licet, per tui nominis, Splendorem, in lucem literarum, in doctorum conspectum, in posteritatis admirationem, prodere queant. Vale Illustrissime pręsul, Sapientię, nobilitatis, ac virtutis, splendor, & literarum, ac literatorū honos.

El Licenciado don Geronimo Montealegre.

ELENCHVS CAPITVM, QVAE IN HIS duobus libris, Praxis ciuilis, de Exercitio practicarum actionum continentur.

EX LIBRO PRIMO.

De

EX LIBRO SEcundo.

De

LIBER

LIBER PRIMVS PRAXIS CIVILIS iusta hodiernum stylum, communi & regio iure sancitæ, circa exercitium practicarum actionum.

IOANNIS A MONTEALEGRE IVRISCONSULTI. Olim in inclita & celeberrima ciuitate Salmantina Prætoris, ac postmodum in Regia Cancellaria Argentina Senatoris.

EX CAPITE primo summaria.

1 *SEPTEM sunt prodita remedia a iure, quatuor ad causas ciuiles exercendas, & tria ad causas criminales.*

2 *Actio nihil aliud est, quam ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur.*

3 *Dictio, nihil, est vniuersalis negatiua, quæ omnino negat, & debet vniuersaliter operari.*

4 *Ad veritatem vniuersalis negatiuæ omnia debent esse vera, adeo quod si in vno est falsa, in totum redditur falsa.*

5 *Dictio nihil, quid importet, & qualiter exponitur & accipitur in iure.*

6 *Dictio, nihil, omnino negat, nisi alteri negatiuæ coniuncta sit: quia tunc potius dicitur affirmatiua, quam negatiua, licet improprie.*

 7 *Dictio,*

7 Dictio, quasi, importat impro-prietatem.

8 Duo negatiua quando proferuntur a rustico, non affirmant.

9 Dictio, aliud est quam, est exceptiua, & ponit, & qualiter cognoscatur quando dictio exceptiua stat priuatiue, siue remotiue, & quando ponit, siue affirmat.

10 Olim aliud erat exercitium actionis quam hodie.

11 Actio est ius, quia non consideratur prout deducitur ad exercitium facti, sed secundum effectum iuris.

12 Actio est ius, idest, facultas permissa a iure persequendi in iudicio, quod sibi debetur.

13 Istud ius diffinitionis appellatur ius dispositum differens a iure disponente.

14 Actio in hac significatione differt a contractu, tamquam causa a causato, quod declaratur.

15 Actio licet sui sit ius & facultas a iure permissa persequendi in iudicio, quod sibi debetur: tamen postquam est in iudicio edita, eius persecutio consistit in facto, & deducitur ad exercitium facti.

16 Diffinitio actionis omnē actionem complectitur, tam realem, quam personalem, ordinariā & extraordinariam, & omnes species actionis.

17 Actio comprehendit officium iudicis, cuius imploratio & persecutio instar actionum obtinet.

18 Appellatione actionis late sumpto vocabulo venit officiū iudicis.

19 Officium iudicis an comprehēdatur sub exceptione, vel defensione, remissiue.

20 Verbum persequendi in diffinitione actionis positum, cum effectu est intelligendum: nam finis omnium obligationum est solutio.

21 Inanis est actio, quam inopia debitoris excludit, & quomodo intelligatur hæc regula.

22 Actio est in iudicio proponenda & exercenda.

23 Nemo sibi ius dicere debet, ideo fuerunt creati magistratus & iudices, qui ius suum vnicuique tribuerunt.

24 Parum prodest ius in republica conditum fuisse, si non essent qui iura vnicuique redderent.

25 Vbi authoritas iudicis interuenit, cessat omnis suspitio & altercatio, & scandali & rixæ periculum.

26 Nemo potest propria authoritate debitorem suum capere, neque eius pignora.

27 Rigor l. si quis in tantam, C. vnde vi, non est in vsu.

28 Plures sunt casus, in quibus quis potest propria authoritate alium capere, & ius suum extraiudicium persequi, remissiue.

29 Verbū, in iudicio, in deffinitione positū, est intelligendū in iuditio fori, & domicilij debitoris, cuius forū actor tenetur sequi.

30 Actio instituta est causa perse-

sequendi eius quod sibi,non quod alteri debetur, nisi procuratorio nomine agatur.

31 *Verbum, debetur, comprehendit id quod ex quacumque causa, vel obligatione idonea & efficaci debitum est,& large actionem in rem.*

32 *Actio est ius seu facultas in alicuius persona residens ad persequendum in iudicio id quod sibi debetur.*

33 *Actio suo origine fuit introducta iure ciuili.*

34 *Actiones inuentæ & introductæ fuerunt,vt ijs homines compellantur ad dandam seu restituendum id,quod alijs debent.*

35 *Prima diuisio actionũ est, quod aliæ sunt actiones natiuæ,aliæ datiuæ,& quæ sit actio natiua, & quæ datiua.*

36 *Actiones datiuæ non transeũt ad heredes.*

37 *Secunda diuisio actionum est, quod aliæ sunt ciuiles,aliæ prætoriæ,& quæ sit ciuilis actio, & quæ prætoria.*

38 *Tertia diuisio actionum est, quod aliæ sunt directæ, aliæ vtiles,& quæ sit actio vtilis, & quæ directa.*

39 *Quarta diuisio actionum est, quod aliæ sunt actiones in personam,aliæ in rem,& aliæ mixtæ, & in quo differunt.*

40 *Quinta diuisio actionum est, quod aliæ sunt actiones vniuersales,aliæ generales,aliæ singulares, & quæ sint qualibet de per se.*

41 *Sexta diuisio actionum est, quod aliæ sunt actiones rei persecutoriæ aliæ pœnales aliæ mixtæ & quæ sit quęlibet de per se.*

42 *Septima diuisio actionum est, quod aliæ sunt in simplum, alię in duplum, alię in triplum, alię in quadruplum: & quando dantur.*

43 *Octaua diuisio actionum est, quod alię sunt actiones bonę fidei,alię stricti iuris, & quę sint actiones stricti iuris,& quę bonę fidei; & in quo differant.*

44 *Nona diuisio actionũ est,quod alię sunt actiones perpetuę, alię tẽporales,& quales sint perpetuę & quę tẽporales,& quãto tẽpore durent, & pręscribãtur: & in quo differunt.*

45 *Si in actionibus temporalibus conuentum sit inter partes, vt aliquid peti possit quandocumque, vel in perpetuum,tunc vt excludi possint actiones temporales, necessarium est tempus, quod requiritur in actionibus perpetuis.*

46 *Decima diuisio actionum est, quod alię sunt actiones in heredes transitorię,alię non,& quę actiones dantur hęredibus, & contra hęredes, & quę hęredibus,& non aduersus hęredes.*

47 *Vndecima diuisio actionum est,quod alię actiones infamant, alię non,& quę sint necessaria ad hoc,vt in actione famosa quis notetur infamia.*

48 *Duodecima diuisio actionum est, quod alię dicuntur actiones dire-*

directæ, aliæ contrariæ, & quando cognoscantur directæ à contrarijs.

49 Decimatertia diuisio actionũ est, quod aliæ sunt actiones simplices, aliæ duplices, & quando dicantur simplices, & quando duplices.

50 Decimaquarta diuisio actionũ est, quod aliæ sunt actiones arbitrariæ, alij non, & quando, & quibus modis dicantur arbitrariæ.

51 Decimaquinta diuisio actionũ est, quod aliæ sunt actiones persecutoriæ insolidum, aliæ non, & quales sint.

52 Decimasexta diuisio actionum est, quod aliæ sunt actiones ex contractu, aliæ ex testamento, & aliæ in factum,

53 Decimaseptima diuisio actionum est, quod alij dicuntur actiones populares, aliæ priuatæ.

54 Decimaoctaua diuisio actionũ est quod aliæ sunt actiones ciuiles, aliæ criminales, ciuilis actio competit alicui ad consequẽdum ius suum; & criminalis ad vindictam publicam: & regulariter ex eodem delicto vtraque oritur,

55 Criminale iudicium dicitur, quã do principaliter de crimine agitur ad vtilitatem publicam, & iudicium ciuile dicitur, quando principaliter agitur ad vtilitatem priuatam & quando simul criminaliter & ciuiliter agi possit.

56 Decimanona diuisio actionum est, quod alię actiones sunt directę, alię pręparatorię.

57 Vigesima diuisio actionum est, quod alię dicuntur actiones diuiduę, & aliæ indiuiduę.

58 Vigesima prima diuisio actionum est, quod alię actiones cẽsentur mobiles, alię immobiles.

59 Actiones dicuntur tertia species bonorum, & non veniunt appellatione bonorum mobilium & immobilium.

60 Actiones si adhęrent bonis mobilibus, reputantur mobiles si immobilibus, censentur immobiles.

61 Iura seruitutum prędialium, quia adhęrent immobilibus, inter immobilia computantur, & sequuntur conditionem & naturam rerum, quibus adhęrent.

62 Decimę eadem ratione computantur inter imminobilia.

63 Ius collectandi & exigendi pedagiũ cõnumeratur inter immobilia.

64 Iura competentia pro annuis redditibus computantur inter immobilia, quia ipsi redditus annui connumerantur inter immobilia.

65 Actiones connumerantur inter bona mobilia, vel immobilia, quando necesse est, vt accedant bonis mobilibus, vel immobilibus: sed si non est necesse, non connumerantur.

66 Necesse est vt actiones connumerentur inter bona mobilia, vel immobilia, in casibus in quibus lex, vel dispositio hominis constituit differentiam inter bona mobilia & immobilia, respectu, odio,

vel

vel fauore alicuius personę vel vniuersitatis.

67 Vigesima secunda diuisio actionum est, quod aliç sunt actiones nominatę, quę speci alia nomina habent, aliç quę absque nomine speciali dantur a legibus, quę conditiones ex lege apellantur.

68 Actionum numerus non est limitatus, nam concurrente ęquitate & iustitia, supplentur actiones in eo quod legi de est.

69 Titulus C. de resc. vend. venditione, quamuis in sola venditione loquatur, locum etiam habet in emptione, & l. 2. eiusdem tituli, quę tantum loquitur in venditore decepto, pari ratione locum etiam habet in emptore decepto.

70 Arbor actionum non est authentica, vt tamquam lex sit precise obseruanda, sed magistralis & doctrinalis tantum ad cognoscendū omnium actionum naturam.

71 Arbor consanguinitatis facta fuit ab imperatore habente potestatem iura condendi & precise est obseruanda.

72 Ioannis Cremonensis glossator antiquus, qui fuit magister arboris actionum, fuit in multis defectuosus, & omni sit alias plures actiones.

73 Officium iudicis quid sit, & qualiter diffiniatur.

74 Officium iudicis nullam prę supponit obligationem, sed quasi obligationem.

75 Qui tenetur officio iudicis, realiter tenetur.

76 Officium iudicis exerceri potest contra singularem successorem.

77 Iudicis officium dicitur in rem scriptum.

78 Duplex est officium iudicis, videlicet ordinarium, & extertia ordinarium.

79 Iudex regulariter non tenetur impertiri officium suum nisi peteti.

80 Officium iudicis humiliter debet implorari.

81 Iudex in his quae de pendent a libero eius arbitrio, non tenetur officium suum praestare, si non vult, sed in aliis tenetur officium suum imploranti impertiri.

82 In his quae dependent a libero iudicis arbitrio, si iudex officium suum non prestet, poterit ab eo apellari.

83 Melius acutilius est habere actionem quam officium iudicis.

84 In dubio semper est in telligendum potius actionem ex lege oriri, quam officium iudicis, maxime quando verba legis referuntur ad partes.

85 Quando verba legis diriguntur actori, oritur actio; sed quando diriguntur reo, in ducunt exceptionem.

86 Quando lex vel statutum dicit actionem non dari, intelligitur ope exceptionis, & non ipso iure.

87 In dubio semper censetur actio seu exceptio competere illis quorum interest, vel quorum fauore facta fuit lex, vel statutum, licet verba ad illos non dirig antur.

88 Vbi cumque verba legis vel statuti ad iudicem referuntur, oritur officium iudicis.

90 Quando verba legis vel statuti sunt impersonali et prolata compe tit actio, & non officium iudicis.

91 Quando verba legis vel statuti respiciunt condemnationẽ & executionem, cum semper referantur ad iudicem, non distinguitur ius agendi ab officio iudicis.

92 Quando verba legis vel statuti iudici necessitatem imponunt, tunc actio competit, & non officium iudicis.

93 Quando verba legis vel statuti referuntur ad factum iudicis, oritur officium iudicis; secus si referã tur circa ius agendi, quia tunc oritur actio, & non officium iudicis.

94 Quando ex qualitate rei, & natura contractus, vel negotij super quo lex disponit, cõstaret actionem oriri, quamuis verba dirigã tur ad iudicem, oritur actio, & nõ officium iudicis.

95 Attendenda est mens legis contra verba ipsius, etiam si mens non sit expressa, dummodo naturaliter coniecturari & colligi possit per similem rationem.

96 Lex constat ex verbis, & mente, sicut homo ex anima & corpore, & verba se habent vt corpus & tanquam superficies, ratio autem, seu mens, vt spiritus & anima: ideo ratio verbis est preferenda, sicut anima corpori prefertur.

97 Manus regię remedium locum habet, quando nullo certo iure, certa ve lege seruata, princeps iuxta animi sui libitum iudicat.

98 Abinitio ex iuregentium cum populus sine certa lege erat, omnia manu regia regebantur.

99 Reges abinitio gentium fuerũt, & apud eos & republicę magistratus, tam in ciuilibus, quam in criminalibus negotijs manu regia procedebatur.

100 Sublata fuit manus regia, & in eius locum successerunt obligationes ciuiles, & actio, & officium iudicis, & apud solos principes, & supremum magistratum manus regia remansit, & hodie durat.

101 Princeps sola facti veritate inspecta causam decidere & indicare debet, & coram eo procedi potest, reiectis iuris rigoribus & solemnitatibus, iuris ordine pretermisso.

102 Suppremus senatus potest procedere & iudicare sola facti veritate inspecta, & iuris ordine non seruato.

103 princeps potest iudicare secundũ conscientiam, omissis allegationibus & probationibus.

104 Princeps est Dei vicarius in tẽporalibus, & cum iustitiam ad ministrat, Dei loco est.

105 Princeps tanquam Deus iudicare debet.

106 Princeps semper presumitur iustitia plenus.

107 Actus principis presumitur ab omni malitia alienus.

108 Mens principis talis presumitur, qualis esse de iure debet.

109 Iusta causa semper presumitur in principe.

110 In principe tria esse debent potentia, sapientia, ac diuinus cultus.

Quę

111 *Quæ dicta sunt de principe, procedūt etiam in senatu & consilio regali, quod personam regiā representat.*

112 *Senatus vel consilium regale potest iudicare secundum conscientiam reiectis allegationibus & probationibus.*

113 *Quando de magno tertij præiudicio agitur, princeps vel eius senatus non potest iudicare secundū conscientiam, reiectis allegationibus & probationibus: sicut principi attestanti in alterius graui præiudicio non creditur.*

114 *Princeps non potest iudicare secundum conscientiam, reiectis allegationibus & probationibus, quando eius sententia respiceret propriā ipsius principis vtilitatē.*

115 *Iudex inferior regulariter tenetur iudicare secundum allegata, & probata, & non secundū conscientiam.*

116 *De nuntiatio Euangelica in causis cibilibus in ducta est contra eum, qui detinet debitum, vel aliquam rem alienam cum peccato, ad quam de iure ciuili nulla competit actio.*

117 *Iudex ecclesiasticus ratione peccati potest per euangelicam denuntiationem compellere detentorem ad pœnitentiam & per cōsequens ad rei restitutionem, non solum per censuras ecclesiasticas, sed etiam permissionem in possessionem.*

118 *Inquisitio est duplex, generalis & specialis: generalis est, quando ex iudicis officio generaliter inquiritur, tam respectu personarum, quam delictorum super statu totius prouinciæ: Ciuitatis, aut loci inquirentis, ad inuestiganda delicta & delinquentes, nulla nominata persona, nec delicto, vt deinde ad specialem inquisitionem deueniatur: quæ inquisitio generalis non potest fieri nisi de mandato regis.*

119 *Quædam est inquisitio specialis respectu delicti, quia de eo cōstat sed est generalis quoad personas, quia ignoratur delinquens & hæc absque mandato regis fieri potest.*

120 *Quamuis de delicto specialiter non constet, si tamen agatur de certo genere delictorum, dicitur inquisitio specialis respectu delicti & generalis respectu personarum: & hanc iudex facere debet.*

121 *Alia est inquisitio specialis respectu personarum: & generalis quoad delicta vt quando inquiritur in sindicatu contra officiales, vel per aliquem visitatorem.*

122 *Alia est inquisitio specialis tam respectu delicti, quam personarum: & in hac requiritur infamia quę habet locum accusatoris, nisi in aliquibus casibus.*

123 *Quando precedunt indicia contra reum, potest absque infamia contra eum inquiri.*

124 *Plures aliæ sunt species inquisitionis, & totidem casus, in quibus inquisitio specialis procedit, remissiue.*

125 *Regulariter de consuetudine re-*

Inquiritur in omnibus casibus precedente infamia, aut indicijs.

126 *Inquisitio non solum habet locũ in publicis delictis, sed etiam in priuatis, cum ex delictis priuato oriatur duplex actio.*

127 *Remedium inquisitionis est extraordinarium.*

128 *Remedium accusationis est ordinarium, & facit cessare extraordinarium.*

129 *Quando iudex deficiente accusatore ex officio contra delinquẽtem procedit, vel ad instantiam fisci, remedium inquisitionis est ordinarium, & in eo proceditur sicut in accusatione.*

130 *Accusatio est delatio criminis ad vindictam publicam in iudicio legitima subscriptione interueniẽte.*

131 *Accusatio ausit actio, vel officiũ iudicis, an ius quoddam de per se ab ipsis remedijs separatũm.*

132 *Accusatio potest diffiniri vt sit ius persequendi in iudicio ad vindictam, & vtilitatem publicã.*

133 *Ex quocumque delicto tam priuato, quam publico oritur duplex remediũ, scilicet accusatio ad publicam vindictam, & actio ad vtilitatem priuatam: & sic ex quocumq; crimine potest agi criminaliter ad vindictam reipublicę, & ciuiliter ad interesse, vel dãnũ.*

134 *In delictis publicis competit accusatio cuilibet de populo, dummodo non sit prohibitus accusare, & in priuatis delictis competit ei cuius interest.*

135 *Quando pro crimine agitur ad pœnam applicandam parti causa dicitur ciuilis, & quando agitur, ad pœnam corporalem, vel pecuniariam fisco applicãdam, causa dicitur criminalis.*

136 *Iure regio causa criminalis dicitur, quando pro delicto imponitur pœna mortis. vel mutilationis mẽbri, vel alia pœna corporis afflictiua, sed non excluditur pœna pecuniaria fisco applicanda.*

137 *Appellationes quę interponũtur ad consistorium decurionum, locũ non habent in causis, in quibus pœna pecuniaria applicatur fisco, quando descendit ex delicto.*

138 *Quando pœna quę applicatur fisco descendit ex contractu partium, tunc ab ea potest appellari ad consistorium intra summam a lege regni taxatam.*

139 *Iudicium dicitur ciuile, quando agitur tantum ad commodum priuatum de per se a iudicio criminali separatum siue causa descendat ex delicto, siue ex contractu.*

140 *Quamuis ex quocumque crimine oriatur accusatio criminalis ad vindictam publicam, & actio ciuilis ad priuatam vtilitatem, & possit agi ciuiliter & criminaliter, non tamen possunt hęc duo remedia simul cumulari, nisi vna principaliter, & alia incidenter proponantur.*

141 *Quãdo accusatio criminalis principaliter intentatur, & ciuilis incidenter proponitur ad interesse, tota causa dicitur criminalis.*

142 *Remedium accusationis est ordinarium, & facit cessare remedium inquisitionis, quod est extraordi-*

ordinarium, quando accusans prosequitur suam, vel suorum iniuriam, etiam si datus sit a iudice terminus ad accusandum, & intra illum pars offensa non accusauerit.

143 *Quę sit diffinitio denuntiationis, tam Euangelicę, & Canonicę, quam iudiciales.*

144 *Denuntiatio fit ex duplici causa, aut publici delicti ratione, quando agitur ad vindictam, vel vtilitatem publicam, aut ratione alicuius muneris, vel officij, vel ratione priuati delicti ad interesse, & vtilitatem priuatam.*

145 *Modus procedendi per viam denuntiationis est ordinarius, sicut per viam accusationis.*

146 *Denuntiatio fit simpliciter motu proprio alicuius, dando iudici solam delicti notitiam, & tunc si delictum est ex his, de quibus iudex potest ex officio procedere, qui libet admittitur, & iudex tenetur inquirere, & contra delinquentem procedere ordine iudiciario.*

147 *Quando dictum denuntiantis sufficiat ad inquirendum, & ad condemnandum, remissiue.*

148 *In exercitio actionis vt quis possit consequi in iudicio quod sibi debetur, decem sunt necessaria.*

149 *Author summat contenta in his, duobus libris huius tractatus.*

150 *Actor ante quam in iudicio agat, aduertere, & mature deliberare debet, quod remedium sibi competere possit: & si duo vel plura ei competant remedia contraria, vnum eligere debet, quo electo, non dabitur ei regulariter, regressus ad alterum.*

151 *Actor ad eligendum competens remedium oportet vt aduocatos consulat peritiores & expertos nec opiniom vnius fidat, sed plurimorum consilia quęrat: & sic parabit sibi iudicium & iustitiam.*

CAPVT PRIMVM.

DE SEPTEM IVRIS REMEDIIS AD OMNE
Causas ciuiles & criminales exercendas, & eorum electione.

1 AD PERFECTAM, exercitij actionum intelligentiam præmittendũ est septem prodita esse à iure remedia, quatuor ad causas ciuiles exercendas, scilicet actio, officium iudicis, manus regia, & denuntiatio euangelica, & tria ad causas criminales, videlicet inquisitio, accusatio, & denuntiatio.

2 *Primũ remediũ actionis.* PRIMVM Igitur remedium est actio, quæ nihil aliud est, quàm ius persequẽdi in iudicio, quod sibi debetur. l. nihil. ff. de actio. & oblig. §. 1. instit. de actio. Ex qua diffinitione primò nota, q; dictio, nihil, est vniuersalis negatiua, quę omnino
3 negat & debet vniuersaliter operari. l. vlt. ff. de liber. & posthum. l. si is qui ducenta. §. vtrũ. ff. de reb. dub. c. Deus omnipotens. 2. quæst. 1. glo. in authen. de hæredib. & fal. §. 1. verbo parẽ coll. 1. Ias. in l. 1. nu. 82. ff. de vulgar. Decius consl. 442. num. 32. lib. 3. Roma. consl. 379. num. 2. Gomez in rubric. insti. de actio. num. 6. & in §. 1. num. 5. eod. tit. Tiraquell. in l. si vnquam verbo susceperit liberos, num. 85. C. de reuoc. donatio. Craue. late consl. 294. num. 6. & consl 308. num 6. Burg. de Pace in l. 3. Tauri num. 309. Cacher. decisl. 100. num. 43. Cephal. consl. 186. num. 13. lib. 2. Menoch. cõsl. 266. num. 3. lib. 3. Et potẽtiùs hæc vniuersalis negatiua negat, quàm affirmatiua affirmat. l. hoc genus & ibi glosl. ff. de conditio. & demonstratio. Decius consl. 3. num. 4. Craue. cõsl. 294. num. 6. Cacher. d. decisl. 100. nu. 44. Mantic. de coniect. vltim. volũt. lib. 11. tit. 10. num. 10. Et ad veritatem
4 huius vniuersalis negatiuæ omnia debent esse vera, glosl. in c. nemo potest el 1. verbo obligari in princ. de regul. iur. lib. 6. Bart. in l. nullam. C. ex quib. causl. infamia irrogetur. Mã tic. loco citato, num. 11. Adeô, quôd si in vno ea vniuersalis est falsa, in totum reditur falsa dict. l. si is qui ducenta. §. vtrum, vbi scribentes. ff. de reb. dub. Menochi. dict. consl. 266.
5 numer. 3. lib. 3. Præterea hæc dictio, nihil, idem importat quod nullum. l. vltim. C. de naturalib. liber. & ita exponit. glosl. in princ. insti. de bon. libert. Gome. in princ. instit. de actio. num. 5. Cacher. d. decisl. 100. numer. 44. & exponitur, & accipitur pro dictione, non, l. cum ipse. C. de contrahend. emptio. l. sed & si mors, ff. de donatio. inter vir. & vxor. glosl. in l. qui foueas. ff. ad l. Aquili. Exponitur etiam, idest, non omne. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquireuda possess. & accipitur pro omnino. c. nihil est de electio. c. veniens de renuntiatio. c. Abbatibus.
6 12. quæst. 2. Limita tamen dictam dictionem omnino negare, nisi ea alteri negatiue coniuncta sit: nam tunc non est negatiua, sed potius dicitur affirmatiua l. duobus, vbi Bart. Alciat. & alij. ff. de verb. signific. idem Bar. in l. fœmine. ff. de Senat. Beninc.
7 in princ. instit. de actio. num. 37. Sed hoc improprie, vt colligitur ex dict. l. duobus ibi, quasi, &c. quæ dictio importat improprietatem. l. 1. §. sciẽ tiam iuncta glosl. ff. de tributo actio. tradit late Ias. in §. præterea col. 2. instit. de actio. Beninc. loco citato.
8 Quod sub limita non procedere, quando duæ negatiuæ proferuntur à rustico, tunc namque non affirmãt, vt notant Bal. Angel. & Salic. in l. qui se patris. C. vnde liberi. idem Bal. in l. 1. num. 12. C. de seruis fugit. quos sequitur idem Beninc. in d. prin. instit. de actio, num. 37.

9 Secundô ex eadem diffinitione actionis, nota ibi, aliud est quã, quôd hæc dictio, est exceptiua & ponit, quod

quod etiam probatur ex d.l.nihil.ff. de actio.& obligatio. & notant Nicasi.Ias.Beninc.& alij in d.prin.inst. de actionib. pro cuius resolutione ita est distinguendum,quôd aut præcedit oratio affirmatiua, & tunc dictio exceptiua stat priuatiuè,siue remotiuè,aut oratio præcedit negatiua,& tunc dictio exceptiua ponit,siue affirmat; hoc modo, si oratio negatiua præcedens negat actum, dictio exceptiua ponit actum:: si oratio præcedens negatiua negat potentiam, dictio exceptiua eam ponit: quod ita distinguunt, & intelligunt doctores in l. actionc. C. de transactio. vbi Curti.testatur hâc esse communem opinionem,Dyn.& alij in c. non dimittitur peccatum,dc reg.iur. lib.6.Decius & Cagnol.in l.quod tutela.ff.de reg.iur. Beninc. & alij supracitati.

10 Tertio ex eadem diffinitione ibi, nihil aliud est,nota etiã quôd olim aliud & diuersum erat exercitium actionis,quam hodie est:nam olim nõ agebatur nisi per certam verborum conceptionem à magistratibus factam,quæ forma vulgaris dicebatur, l.2.§.deinde.ff. de origine iur.l.si seruus nauem.ff.de furt.quæ solemnitas hodie sublata est.l.1. C.de formul. sublat.c.dilecti de iudi.licet quo ad substantiam actionis nihil sit immutatum,vt colligitur ex dicta diffinitione:& ita hoc notat.glo.verbo nihil & Nicasius,num.4.Mimsing.nu.5.Corasi.nu.3. & alij communiter in d.prin.insti.de actio.& Alciat. in l. pecuniæ verbum.ff.de verbor signif.

11 Quarto ex eadem diffinitione ibi, quã ius,nota quod actio est ius,quia non consideratur,prout deducitur ad exercitium facti, sed secundùm esse ctũ iuris, vt tenent glo.Faber. Ang. & Ias.num.33. & Gome.num. 30.in dicto prin.insti.de actio. idem tenet Bal.in l edita,col.1.vbi etiam Bolognet.nu.1.C.de edendo,Bart. in rub. ff.de adquirend. hæredit.nu.6. & in Lcum mora,nu.10. C. de transactio. Chassanæ.in consuet.Burgun.rub.4.

12 §.1.vers. sed dubitatur,num.10.& in §.11.vers. sed iuxta nu.4. Sed vt euitentur nonnullæ difficultates,dicendum est, quôd actio est ius idest facultas permissa à iure persequẽdi in iudicio quod sibi debetur,l.si pupili. §.vltim.ibi,quoniam conueniẽdi eos iudicio facultatem non habuerit.ff. de nego.gest. & ita exponunt Petr. Platea.nu.1. Anton.ab Vrsil. num.2. Minsing.num.2. Corasi.nu.4. Hotoman.nu.1.Montic.num.46. & Vuensemb. nu.1. in d.prin. insti.de actio.

13 istud ius appellatur, ius dispositum differens à iure disponente,quod est ars boni & æqui tanquam causatum a causa, vt notat Bart. in l.2.§. quid obseruari,col.3.ff. de iuram.calumn. explicat Bologn. in tract. de differ. iuris & facti iu prin.quem posuit in l.penult.ff.de iusticia & iure. Et ita

14 in hac significatione differt actio à contractu, tanquam causa à causato: quia actio est effectus obligationis, l.licet,§.ea obligatio. ff.de procurat. gloss.in p:in.instit.de obligat. quam ibi sequuntur doctores, Chassanæ.in consuet. Burgun.rub.4. §. 11.num.4. & in §.1.vers.sed dubitatur num.10. nam contractus qui est facti,est principium actus, in quo quis promittit, & postea sequitur obligatio,que est iuris vinculum, quo ad stringimur adsoluendum, vel implendum id, in quo obligati sumus, vt in dict. prin. insti.de obligat.& ex illa obligatione nascitur actio, quæ deducitur in iudicium, pet cuius exercicium sequitur postea discusio.l.2.§.post originem.ff.de origine iuris, & post discusionem executio.l.1. ff. de executio.rei iudic.

Quintô ex eadem diffinitione

15 ibi,persequendi, nota,quod licet actio respectu sui sit ius, & facultas à iure inducta, & permissa, persequendi

quendi in iudicio quod sibi debetur; tamen post quàm est in iudicio edita eius persecutio cõsistit in facto, & deducitur ad exercitium facti, vt tenent cõmuniter scribentes in dict. princ. instit. de actio. & in l. edita. C. de edendo quod patet, nam actor tenetur narrare factum exprimendo contractum, obligationem, & actionem, & vt ipsa actio prosit, plura requiruntur, scilicet citatio, libelli oblatio, litis contestatio, iuramentum de calumnia, conclusio ad probationem, sententia probationis, testium seu instrumentorum productio, publicatio actorum, conclusio in causa ad diffinitiuam sententiam, prolatio sententiæ, & ipsius executio; quæ omnia consistũt in facto, vt ex ipsis actibus patet: quod probatur ex. l. prolatam, vbi tradunt scribentes. C. de sent. & interlocutio. omn. iudic.

16 Sexto, ex eodem verbo, persequendi, nota quòd omnem actionem complectitur, tàm realẽ, quàm personalem, ordinariam, & extraordinariam, & omnes species actionis. l. actio. l. in honorarijs. ff. de actio, & obligatio. l. actionis verbo, de ve bo. signifi. & ita notant gloss. & doctores in dict. prin. insti. de actio. præcipuè Vuensemb. num. 1. Minsinger. num. 21. & in Anto. ab Vsillo, num. 22. Ripa in l. edita, num. 5. C. de edendo. Chassanæ. in consuetud. Burg. rub. 4. §. 5. versi. quæro

17 nunquid num. 3. Et comprehendit etiam officium iudicis, cuius imploratio & persecutio instar actionum obtinet. l. actionis verbo. ff. de actio. & obligatio. & persecutiones dicũtur quæ officio iudicis expediuntur. l. pecuniæ. §. 1. ff. de verbor. signif. quod tenent expresse Petrus Plate, in dicto prin. instit. de actio. num. 2, Rebuff. in l. actionis verbo. ff. de verbor. signifi. & super consti. Reg. 2. tomo. tit. de restitutio. art. 2. gloss. 5. num. 6. qui ait adeo verum esse, quod prohibitus persequi non potest agere, nec iudicis officium implorare. Et appellatione actionis la

18 te sumpto vocabulo, venit officium iudicis. dict. l. actionis verbo. ff. de actio. & obligatio. l. inquilino, cum ibi notatis in gloss. verb actio. ff. de actio. & obligatio. l. inquilino, cum ibi notatis in gloss. verbo actio. ff. de damno infecto, gloss. in l. 1. ff. de edendo tenent doctores communiter in c. fin. de offi. iudi. & in l. 1. ff. de iurisdictio. omni. iudic. vbi Alex. num. 23. Ias. num. 8. Deci. num. 23. & Orosci. num. 7. testantur hanc esse communem opinionem: idem tenent Ang. num. 5. & idem Ias. num. 54. in dicto pi in. insti. de actio. Tiraquell. de retract. Sangui. §. 35. gloss. 4. num. 39. & testatur communem Viuius lib. 1. com. opi, in opinione,

19 12. Et an cõprehendatur sub exceptione, vel defensione; vel sublata exceptione, vel defensione intelligatur sublatum remedium implorandi iudicis officium, declarat late Asinus in praxi iudiciorum. c. 33. & 34.

20 Septimò nota dictum verbum, persequendi, quod est intelligendum cum effectu, nã verba cum effectu, non provt ore tenus sunt pronuntiata, debent intelligi. l. penult, §. docere. ff. ne quis eum qui in ius voc. est. finis enim omnium obligationum est solutio. l. indebitam, ff. de

21 conditio. indebiti, Hinc est quod inanis est actio, quam inopia debitoris excludit. l. nam is. ff. de dolo quod intellige durante inopia: nam debitore ad pigniorem fortunam veniente, actio. vires resumet. §. fin. vbi doctores insti. de actio. Monticulus in princ. eod. ti, nu. 48.

22 Octauo ex eadem diffinitione, ibi in iudicio, nota quòd actio est in iudicio proponenda & exercenda l. nihil aliud ibi: in iudicio persequẽdi ff. de actio. & obligatio. l. extat. ibi, Opti-

Optimum est, vt si quas putas te ha
bere petitiones, actionibus experia-
ris, ff. de eo quod metus causa vbi gl.
verbo actionibus exponit, idest, au-
thoritate iudiciali, l. 2. C. de prob. ibi
Possessiones, quas ad te pertinere di
cis, more iudiciorum persequere,
glo. & scribentes in d. prin. insti. de
23 actio. Nemo enim sibi ius dicere de
bet, l. vnica, C. ne quis in sua causa
iud. ideo fuerunt creati magistratus
& iudices, qui ius suum vnicuique
tribuerent, c. forus de verbor. signi.
24 Nam parum prodesset ius in republi
ca conditum fuisse, nisi essent qui iu
ra vnicuique redderent, l. 2. §. post
25 originem, ff. de origine iuris. Et vbi
authoritas iudicis interuenit, cessat
omnis suspicio & altercatio. & scan
dali & rixæ periculum, quod iudex
ipse permittere non debet, l. æquis-
26 simum, ff. de vsufructu. Et nemo po
test propria authoritate debitorem
suum capere, l. nullus, C. de Iudæis,
l. 1. in prin. ff. quor. legator. l. 14. tit.
14. par. 5. l. 9. & 10. tit. 4. par. 3. l. 6. tit.
13. lib. 4. recop. Nec etiam propria
authoritate potest creditor capere
pignora debitoris, absque competē-
tis iudicis præcepto. l. penul. C. de
pigno. actio. l. extat, C. vi bonor. rap
tor. d. l. extat, ff. de eo quod metus cau
sa, l. creditores, vbi Bar. ff. ad l. Iuli.
de vi priuata, l. 11. tit. 13. p. 5. l. 11. tit.
9. p. 7. l. 14. tit. 10. ead. p. l. 5. & 6. tit.
13. lib. 4. recop. Ex quibus iuribus
non solùm amittit creditor ius pig-
noris, sed debitum principale, & iu-
27 dicis arbitrio punitur, sed rigor
huius pœnæ, & l. si quis in tantam,
C. vnde vi, & similium non est in v-
su, vt testatur Couarru. lib. 3. variar.
resolutio. c. 15. n. 7. & Ioan. a Matiē
zo in l. 1. tit. 17. lib. 5. recop. gloss. 4.
nu. 4. qui alios refert id dicentes de
consuetudine generali totius orbis
Christiani; quem rigorem ego etiam
nunquam seruaui, nec vidi seruari
in his Hispaniarum regnis, licèt cre
ditor in his casibus iudicis arbitrio
soleat aliquando pœna pecuniaria
puniri, nisi scandalum, vel rixa oria-
tur; quia tunc pœna exilij, vel maio
28 ri etiam pœna punitur. Plures ta-
men sunt casus, in quibus quis potest
propria authoritate alium capere,
& ius suum extra iudicium perse-
qui, quorum non nullos congerunt
glo. & scribentes in dicto principio
insti. de actio. Bar. & Doctores in l.
ait prætor, §. si debitorem, ff. quæ in
fraud. credit. Ripa in cap. 1. de iudi.
num. 88. cum seq. Afflict. in consti.
regni Siciliæ lib. 1. rub. 8. num. 14.
cum seq. latissime Petrus Dueñas
reg. 175. & alij, quos refert Didac.
Perez in l. 5. tit. 14. lib. 3. ordi. col.
1264. & in l. 17. tit. 14. lib. 2. col. 563.
& Ioan. a Matienzo in d. l. 1. tit. 17.
lib. 5. recop. glo. 1. num. 3. cum seq.
29 Et nota etiam, quòd illud diffinitio-
nis verbum, in iudicio, est intelligē
dum in iudicio fori, & domicilij de-
bitoris, cuius forum actor sequi te-
netur, l. iuris ordinem, l. in crimina-
li. C. de iurisdictio. omni. iudi. l. 2.
C. vbi & apud quem, Soci. reg. 10. l.
32. tit. 2. p. 3. cum pluribus alijs infra
adductis in cap. 9. conclusione 3. vbi
plures casus declarabimus, in quibus
sortitur quis forum.
30 Nono ex eadem actionis diffini-
tione, ibi: Quod sibi, nota quòd a-
ctio instituta est causa persequendi
eius quod sibi, non quòd alteri debe
tur: quia vnusquisque suo debet es-
se contentus, & ab alieno abstinere:
l. si constiterit, C. finium regundo-
rum. Procuratorio autem nomine
agi licitum est, vt in §. 1. & per to-
tum insti. de his per quos agere pos
sumus, & per totum ff. & C. de pro
curator. circa quod plura adduxi-
mus in cap. 6. huius primi libri: quia
tunc non quasi alieno, sed quasi suo,
ac proprio nomine quis agere vide-
tur, vt notat Hotoma. in prin. insti.
de actio. n. 22. cum seq.

Decimò

31 Decimò ex eadem diffinitione ibi: Debetur, nota, quòd verbum, debetur comprehendit id quod ex quacumque causa, vel obligatione idonea & efficaci debitum sit, quia ad omnes omnino actiones tam reales, quàm personales ordinarias & extraordinarias, seu officij iudicis implorationum refertur, l. pecuniæ verbum, §. vlti. ff. de verbor. signi. glo. & scribentes in dicto prin. insti. de actio. præcipuè Coras. num. 6. Minsingeri. num. 22. Anton. Vrsill. num. 40. cum seq. & testatur hanc esse cōmunem opinionem, Gome. num. 72. Ripa in l. edita num. 5. C. de edendo: quod colligitur ex dicta diffinitione, iuncto versiculo sequenti, vbi statim post diffinitionem Iustinianus subijcit diuisionem dicēs, actionem aliam esse in rem, aliam esse in personam: & verbum, debetur, largè comprehendit actionem in rem, quia qui rem meam possidet, eam mihi restituere debet, l. bona fides, §. 1. ff. de positi: & ita respectu rei debitor est, & actor in actione reali non persequitur dominium quod ipse habet, sed possessionem rei, quam aduersarius detinet. Ex quo redditur falsa opinio Azonis, & aliorum, qui tenent dictam diffinitionem non comprehendere actionem realem.
32 Ex quibus patet, quòd actio est ius, seu facultas in alicuius persona residens ad consequendum in iudicio, id quod sibi ex quacumque causa sufficiente debetur.
33 Quæ actio origine fuit introducta de iure ciuili, l. 2. §. deinde, ff. de origine iuris, tenet glo. vlti. in l. rerum amotarum, ff. rer. amot. & in l. actionum genera, §. fin. ff. de actio. & obligatio. & in l. placet in glo. 1. C. de Episcop. & cleri. & in l. quoties, C. de precib. imperato. offerend. & in l. fi. C. si contra ius, vel vtilitat. publi. & in l. ex hoc iure, vbi Bar. Alberi. & communiter Doctores, ff. de iusti, & iure, vbi testantur de communi Ias. n. 48. & Claudi. num. 56. & Orosci. num. 63. idem Orosci. in d. l. 2. nu. 4. ff. de origine iuris, scribentes in c. quæ in Ecclesiarum de constitutio. Dyn. num. 30. Ias. nu. 46. & Beninc. n. 253. cum plurib. anteced. & seq. in prin. insti. de actio. vbi hanc testatur communem opinionem, quam probat & defendit pluribus fundamentis: eandem opinionem tenet etiam Deci. in l. 1. n. 15. ff. de iurisdictio. omni. iudi. Soci. in rub. de verbor. obligationib. num. 6. vbi late Bolognet. num. 22. & 76. cum alijs anteced. & seq. Alciat. in l. pecuniæ verbum, §. actionis verbum, nu. 1. ff. de verbor. signif. Ioan. Baptista Asinus in praxi iudiciorum, §. 17. c. 1. n. 2. & eam quoque nos tamquā veriorem sequimur: quia actiones manus regiæ loco, iure ciuili, successerunt d. l. 2. §. deinde, ff. de
34 origine iuris. Et ratio, qua inuentæ & introductæ actiones fuerunt, est, vt his homines compellantur ad dādum seu restituendum id, quod alijs debent: nam frustra iura conderentur, nisi esset aliquod remedium, quo exercerentur d. l. 2. §. post originem, ff. de origine iuris, Nicasi. in rub. insti. de actio. num. 2. explicat late Bolognet. in d. rub. ff. de verbo. obligatio. n. 125. & patet etiam ratio ex his quæ dicta sunt in diffinitione.

35 Pluribus autem modis diuiditur actio; prima nāque diuisio est, quòd actionum aliæ sunt natiuæ, & aliæ datiuæ. Natiua actio est illa, quæ materiam habet præexistentem, ex qua oriatur; datiua actio est illa, quæ materiam sufficientem, ex qua oriatur, non habet, sed datur à lege ex æquitate, vel alia iusta causa, quæ differētia probatur, ex l. 3. in princip. ff. commodati, ibi: Dandam, vtilem commodati actionem, & ex l. iurisgentium, vers.

vers. ideo, ibi: In factum actionem a prætore dandam, ff. de pact. & ex l. naturalis, §. at cumdo, ibi: de dolo in me dandam actionem, ff. de præscript. verb. & ex l. solêt, ff. eod. tit. ibi: Sed habet in se negotiũ aliquod: quã distinctionẽ & diuisionẽ ex dictis iuribus tenent & sequũtur plures glossę, & DD. quos refert & sequitur D. Ant. a Padilla in d. l. naturalis, §. at cũdo, n. 10. ff. de præscri. verb. vbi hãc testatur cõmunẽ opinionẽ post Ias. Curti. Iun. & Orosc. qui etiam fidem facit de communi, dicit etiam communem plures referens Beninc. in præfatio. ad tit. de actio. insti. n. 122. Et effectus huius
36 diuisionis est, quia actiones datiuæ non transeunt ad hæredes, vt notat glo. in l. cum precario, verbo, non transit, ff. de precario, quam ibi sequitur Angel. glo. etiam in l. fin. verbo, nec in hæredem, ff. de edendo, vbi Orosc. n. 7. testatur hanc esse communem opinionem, & Ias. plures referens in l. iuris gentium, ff. de pact. Claudi. in rub. de verbor. obligatio. n. 240. Beninc. in præfatio. ad dictũ tit. instit. de actio. n. 122. qui dicit etiam communem, & Couarru. in regula possessor. 3. par. §. 1. num. 3. de reg. iur. in 6. D. Ant. a Padilla in d. l. naturalis, §. at cum do num. 11. vbi plures refert, ff. de præscript. verb. testatur quoque communem Viui. commu. opin. in opinone. 6. Quæ opinio quamuis communis sit, non videtur vera, ex his quæ tradunt Deci. in l. cum mota, nu. 7. C. de transactio. Orosci. in d. l. fin. ff. de edendo, Aemili. Ferret. in d. l. iuris gentium, §. & ideo, ff. de pact. Emanuel a Costa de patruo & nepote fol. 8. & Grego. Lop. in l. 7. tit. 4. par. 5.

Secunda diuisio est, quod actio-
37 num aliæ sunt ciuiles, aliæ prætoriæ: ciuiles sunt, quæ ex ciuilibus legibus descendunt: prætoriæ sunt, quas prætor ex sua iurisdictione introduxit ad similitudinem actionum ciuiliũ; & sunt in rem, aut in personam, sicut ciuiles, quæ diuisio summitur ex l. actionum, §. fin. ff. de actio. & obligation. & §. sed iste quidem, insti. de actio. vbi late tradunt scribentes.

38 Tertia diuisio est, quod actionum aliæ sunt directæ aliæ vtiles, vt in l. actionis, ff. de actio. & obligatio. & in l. actio, ff. de nego. gest. & in §. penul. & fin. insti. de lege Aquilia, notat glo. in l. 1. verbo actio, ff. si quadrup. pauperi. feci. dicat. & in l. penul. eod. tit. & actio directa oritur, quando verba & mens legis idem sunt, l. nominis & rei, §. fin. ff. de verbor. signi. l. non dubium. C. de legib. Actio vero vtilis est, quando verba & mens legis locum non habẽt, sed ex æquitate per similitudinem rationis extenditur, vt explicant. Bal. Castren. Fulgos. Alexand. Corn. & Aret. in l. curatoris C. de negot. gest. Feli. in cap. aduersario de præscriptio. quos sequitur Beninc. in prefatio. ad tit. de actio. insti. num. 127. Et quamuis hæ duæ actiones eiusdem naturæ sint regulariter, vt colligitur ex l. actio, ff. de negot. gest. & notat Ias. in l. cum fundus, §. seruũ nu. 14. ff. si cert. petatur tamẽ in non nullis casibus differũt, quos post Bart. & alios congerit Ias. in d. §. seruum num. 15. & in l. quod cunque num. 3. de verbo. obligati. Ruy. in l. 1. num. 482. C. qui admitti, Didac. a Segura in l. si filius dum in ciuitate est num. 82. cum seq; ff. de verbor. obligatio.

39 Quarta diuisio actionem est, quod aliæ sunt actiones in personam, aliæ in rem, vt in l. actionum, §. 1. ff. de actio. & obligatio. & in §. 1. insti. de actio. Et aliæ sunt mixtæ, vt in §. quædam, insti. eod. tit. actio in personam, quæ cõdictio appellatur, est qua cũ eo, agimus, qui obligatus est nobis ad aliquid dandum, vel faciendum

faciẽdum, & ſemper aduerſus eum locum habet; & aduerſus eius hæredem.l.actionum.§.1.ff. de actionib. & obligationib. Actio in rem, quę dicitur vendicatio, eſt per quam rẽ noſtram, quæ ab alio poſsidetur, petimus, & ſemper aduerſus eum, qui rem poſsidet, datur, vel dolo fecit, quominus poſsideret.§.1.vbi ſcribẽtes, inſti. de actio. qui plures aſsignant differentias inter has duas actiones, præcipuè Môticulus, quinquaginta adducit differentias. Mixtæ actiones ſunt, quæ habent mixtam naturam actionum realium & perſonalium, vt actio familiæ erciſcundæ, quæ datur inter cohæredes volentes diuidere hæreditatem; & actio communi diuidundo, quæ datur ad res communes diuidendas; & actio finium regundorum, quæ datur ad confinia prędiorum diſtinguenda, vel conſtituẽda, & hoc reſpectu dicuntur vno modo mixtæ. Secundo modo dicũtur etiam mixtę, quia ſunt rei perſecutorię & pœnales, vt in.§.ex maleficijs, & in.§. item mixta, inſti. de actio. Tertio modo dicuntur mixtæ, quia idem poteſt eſſe actor & reus, vt declarant Nicaſius & alij in d.§.quędam, inſti.de action.

40 Quinta diuiſio actionum eſt, quod aliæ ſunt actiones vniuerſales, alię generales, alię ſingulares, vt in.l.1. ff.de rei vendicatio.& in.l.pro ſocio ff.pro ſocio vniuerſalis eſt illa, quæ proponitur de vniuerſali ſubiecto continente plura actu, vel potentia, vt petitio hæreditatis & actio de peculio, l.vendicatio, ff. de rei vendi. & actio de dote, l.quod dicitur, ff. de impen.in reb.dotalib.fact. Generalis eſt illa, quæ prædicatur de generali ſubiecto plura actu continente, vt actio tutelæ, pro ſocio, negotiorum geſtorum, quæ differt ab vniuerſali, quia generalis non recipit augmentum, vel diminutionem, l.licet, C.de iudi. vniuerſalis vero recĩpit diminutionem, l.4.ff.de peti.hæred. ſingularis eſt illa, quæ prædicatur de ſingulari ſubiecto & determinatur ſignis particularibus ſpecificatis, vt actio commodati, depoſiti & ſimiles, ita tradunt glo. Bar. Bal. Alex. Iaſ. Deci. Ripa & cæteri moderni, in l.edita, C.de edendo, & in l.1.ff. eod.tit. Beninc.in præfatio ad tit.de actio.inſti.num.130. cum ſeq. Et quando in his actionibus ſit neceſſaria deſignatio rerum declarat Bellame.deciſ.90. num.1. cum ſeq. de iure regio in actionibus ſingularibus eſt neceſſaria, & non in generalibus, ex l.4.tit.2.lib.4.recop.

41 Sexta diuiſio actionum eſt, quod aliæ ſunt actiones rei perſecutoriæ, aliæ pœnales, & aliæ ſunt mixtæ, tã rei perſecutoriæ, quam pœnales, vt in §. ſequens, & in §.ex maleficijs, & in §. item in iſta inſti. de actio. Et duodecim exempla actionũ rei perſecutoriarum ponuntur, in d. §. ſequẽs, & de pœnalibus ponitur exẽplum in d.§.ex maleficijs, & de mixtis ponũtur exẽpla in §.rei perſequẽdæ verſ. plane, & in §.vi autem bonorum, & in §. item mixta, inſti.de actio. & alia multa reperiuntur exẽpla vt declarant Doctores in d. §. ſequens.

42 Septima diuiſio eſt, quod actionum aliæ ſunt in ſimplum, aliæ in duplum, aliæ in triplum, aliæ in quadruplum, vltra quod nulla actio datur, vt in §. omnes autem, inſti. de actio. & in ſimplũ datur actio, quando ipſa res perſequitur, vel aliqua pœna ſine re, in duplum, triplum, quadruplum datur, quando præter ipſam rem petitur aliquid, quod excedat eiuſdem rei æſtimationem, duplo, tiplo, aut quadruplo, vt in d. §. omnes cum ſex. §§. ſequentibus inſti.de actio.

43 Octaua diuiſio actionum eſt, quod aliæ ſunt actiones bonæ fidei, aliæ

stricti iuris, vt in. §. actionum, instit. de actio. & actiones bonæ fidei sunt decem & septem, exempto, vendito, locato, conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, pro socio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ erciscundæ, communi diuidundo, præscriptis verbis æstimatoria, rerum permutatio, & hæreditatis petitio, quas enumerat text. in dicto. §. actionum: & decima septima est actio ex stipulato pro dote, de qua in §. sequenti, qui incipit, fuerat, instit. de actio. & exceptis his actionibus, quæ sunt bone fidei, omnes aliæ sunt stricti iuris, & valet argumentum secundum gloss. in dicto. §. actionum: hæc actio non ponitur in §. actionum: ergo est stricti iuris, & in quo different actiones bonæ fidei, & stricti iuris, declarant ibi scribentes, & Bolognet. post alios in l. in actionibus, numero 12. & 13. cum alijs sequētib. ff. de in lit. iur.

44 Noua diuisio est, quòd actionum aliæ sunt perpetuæ, alie sunt temporales, vt in rubr. instit. de perpet. & temporalib. actio. & quamuis actiones descendentes ex iure ciuili, de quibus in. §. primo insti. eodem titulo, & in §. constat instit. de iure naturali gentium, & ciuili, olim erant perpetuæ, sine certo tempore; hodie tamen sunt perpetuæ cum limitatione temporis, & excluduntur præscriptione certi temporis, vt declarant scribentes in dicto §. primo, & Balb. in tractat. præscriptio. 4. par. 4. par. principal. quæstione prima, cū alijs sequent. Parladori rerum quotidianarum, capite primo. §. vndecimo, & Viui. lib. 2. opinio. commun. 7. opinio. per totam. hodie autem per l. 63. Tauri, quæ est l. sexta, titulo decimoquinto, libro quarto recopilat. ius exequendi competens ex obligatione personali præscribitur decimo, & actio personalis, & executoria super ea data tolluntur spactio. viginti annorum: & quoties obligatio est cum hypotheca, debitum tollitur præscriptione triginta annorum: quo etiam tempore actiones mixtæ præscribuntur: actiones verò prætoriæ regulariter sunt annales, vt in dicto §. primo instit. de perpetuis & tempor. actio. licet nonnullæ sint perpetuæ, vt colligitur ex distintione Bart. in l. in honorarijs columna secunda. ff. de actio. & obligatio. declarant scribentes in dicto. §. primo, præcipue Nicasi. numero quarto & quinto, & Vuesamb. numero tertio, quibus temporalibus actionibus addi possunt aliæ, quæ de iure regio introductę sunt, veluti actio quæ datur ratione lesionis exempto & vendito, quæ durat quadriennio, vt in l. prima titulo vndecimo, libro quinto recopilat. & ea quę datur ad retractum intra nouem dies, vt in l. 7. eiusdem tituli. & alia quę datur famulis, & alijs personis intra triennium pro mercede, & alijs debitis ex operis & mercibus, vt in l. nona, titulo decimoquinto libro quarto recopilat. & alis etiam quæ datur aduocatis pro salarijs, vt in pragmatica anni 1584. Est tamen aduertendum, quòd quamuis actiones perpetuæ, excludantur hodie tempore d. l. 6. tit. 15. lib. 4. recop. tamen directę actiones temporales, & alię similes, quę eodem, vel minori tempore finiuntur, ipso iure extinguuntur, finito suo temporę, cùm sint inuente a iure cum illa temporis limitatione: quapropter præscriptionem dicta l. sexta cessat

B in

in his temporalibus actionibus, authent. hæc constitutio. §. sed & hoc de triennio, collatione sexta in noua gloss. in authent. de Ecclesiastic. titul. §. pro temporalibus, verbo annorum, collatione nona, gloss. in authent. quas actiones, verbo durantibus, vbi Faber. & alij.C. de Sacrosanct. Ecclesi. Abb. in cap. cum causa, numero decimo, de emptio. & venditio. Parladorius rerum quotid. cap. 1. §. 1. numer. 9. & in hoc differunt actiones temporales à perpetuis. Differunt etiam, quia temporales non finiuntur, nisi toto vltimo die completo. l. in omnibus.ff.de actio. & obligatio. Sed in perpetuis dies inceptus habetur pro completo. l. in vsucapione. ff. de diuers. & temporalib. præscriptio Parladorius loco citato.

45 Vnum tamen non est hoc in loco omittendum, quôd si in his actionibus temporalibus conuentum sit inter partes, vt aliquit peti posit quandocumque, vel in perpetuum, tunc vt excludi possint dictæ actiones temporales, necessarium erit tempus, quod requiritur in actionibus perpetuis, vt probatur in l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de ædilitio edicto. vbi licet actio redhibitoria sit semestris, si tamen conuentum fuerit, vt perpetuô possit fieri redhibitio, valet talis cóuentio, quem text. notant ibi ad hoc Bal. & Ang. & in l. 1. vbi etiam Imol. ff. de vsucapio. quos citat Roland. plura in hunc propositum adducens consi. 21. num. 1. cum alijs sequentibus, & consi. 25. num. 1. lib. 2. quod latius suo loco in actione redhibitoria notouimus: sed postquam actiones semel deductæ sunt in iudicio, etiam stante dicta l. Tauri, per litis contestationẽ perpetuantur per 40. annos. l. fin. C. de annali exceptione l. fin. C. de præscriptio. 30. vel 40. annorum, licet postquam obtentum, sit in iudicio, actio finiatur. 20. annorũ tempore, vt tenet Roderic. Suar. in l. post rem iudicatam consideratione vltima, num. 4. Mencha. de testament. poten. lib. 1. §. 10. num. 31. Didac. Perez in l. 3. tit. 13. lib. 3. ordi. Petr. Dueñas reg. 6. Parladori. dict. cap. 1. §. 14. num. 48. quorum opinio proculdubio tenenda est, licet Antonio. Come. in dict. l. sexagesima tertia Tauri contrarium teneat, dicens sublatam esse perpetuationis materiam per dictam L. Tauri, quod minime ex ea probatur.

46 Decima diuisio est, quôd actionum aliæ sunt in hæredes transitoriæ, aliæ non, vt in §. non autem omnes, insti. de perpetuis & temporalib. actio. Pro cuius diuisionis declaratione sciendum est, quôd quædam sunt actiones, quæ dantur hæredibus, & cótra hæredes ex cótractibus, vel quasi contractibus, ciuiles & Prætoriæ in rem, & in personã, vt probatur ex dict. §. non autem omnes à contrario sensu secundum gloss. & communem opinionem doctorum ibi: quod probatur etiam ex toto titulo. C. de actio hæredi. Fallit tamen in actione de dolo, quę nascitur occasione contractus, & in hæredem datur, quatenus ad eum ex dolo defuncti deuenit. l. Sed si plures. §. 1. l. in hæredem de dolo declarant scribentes in dict. §. non autem. Aliæ actiones dantur hæredibus, & non aduersus hæredes, & aliæ nec hæredibus, nec cótra hæredes, vt notant Doctores in dict. §. nó autem, insti. de perpetuis, & temporalibus actionibus, Segura in l. ab ex hæreditati substituto

to num. 80. cum alijs seq. vbi Didæ. Perez in eius additionem, Cagnol. in l pupillum qui §. in hæredes numer. quarto. ff. de reg iur. Anto. Gome. 3. lib. variarum resolutio. cap. 1. num. 78. cum sequent. Plaça in epit. crimi. lib. 1. cap. 38. num. 2. Vasqui. de controuer. illus. cap. 96. num. 15. cum alijs sequentib. Bossius in practic. titul. de pœn. numero tertio Octauian. Cacher. decisio. 149. per totam, & decis. 152. per totam. Iuli. Clar. §. fin. quæst. 51. Bursat. consil. 77. lib. 1. l. 25. titul. 1. & l. 3. tit. 2. & l. 29. tit. 9. part. 7. & vtrobiq; Gregor. Lop.

47 Vndecima diuisio est, quod actionum aliæ infamant, aliæ non vt in l. cessat ff. de actio. & obligationib. & in §. ex quibusdam insti. de pœna temere litig. vbi ponuntur crimina & actiones, ex quibus homines infamantur, non solum per sententiam, sed per pactum. Et est sciendum, quòd adhoc, vt propter condemnationem in actione famosa quis notetur infamia, tria coniunctim sunt necessaria. Primum, vt sententia lata sit à iudice competenti, & non ab arbitro l. quid ergo. §. ex compromisso de pœna teneri litig. secundum, quòd quis sit condemnatus ex proprio facto, & suo nomine, non alieno, l. furti. §. si quis alieno. ff. de his qui not. infamia. l. seruus eod titul. Tertium, quòd sententia transacta sit in rem iudicatam, gloss. in dict. l. furti. §. 1. ff. de his qui not. infamia, tradunt scribentes in dicto §. ex quibusdam, insti. de pœna temere litig.

48 Duodecima diuisio est, quòd actionũ aliæ dicuntur directæ, aliæ contrariæ, vt in dict. l. furti. § fin. ff. his qui not. infam. & in dicto. §. ex quibusdam, instit de pœna temere litig. gloss. in l. curatoris, C. de negot. gest. & hæc diuisio fit, quia lex quasdam vocat actiones directas, & quasdam contrarias, vt in dictis iuribus. & semper dicuntur directe quando contrarium lege nõ reperitur, vt notát gloss. in §. præiudiciales, instit. de action. & gloss. in l. omnino. ff. de impensis in rebus dotalibus fact. quas sequitur. Bal. in l. si iudex ante finem. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. Alexand. in l. curatoris. C. de negot. gest. & in l. diuortio §. si vir. num. 2. ff. soluto matri mon. Gomez. qui hanc testatur communem opinionẽ in dicto §. præiudiciales, num. 6. inst. de actio. & qualiter cognoscantur actiones directæ à contrarijs, docet gloss. in l. consensu. ff. de actio. & obligatio. quam refert & sequitur Gome. loco citato.

49 Decimatertia diuisio est, quòd actionum aliæ sunt simplices, aliæ duplices, vt in l. 2. in principio. ff. de interdict. & in. §. tertia diuisio, & in §. sequens, instit. eodem titulo. Actiones simplices sunt, quando ex natura, seu ex substantia actionis apparet quis sit actor, & quis sit reus: & actiones duplices dicuntur, quando ex natura seu ex substantia actionis non apparet quis sit actor, vel reus, vt in actionibus familiæ erciscundæ, finium regundorum, & communi diuidundo. l. in tribus. ff. de iudi. l. actionis verbo. §. fin. ff. de actio. & obligatio. explicant Nicasius, num. 2. & Vuensemb. nu. 1. verbo duplicia, in d. §. tertia diuisio inst. de interdict.

50 Decima quarta diuisio actionum est, quòd aliæ sunt actiones arbitrariæ, aliæ non, vt in §. præterea quasdam instit. de actio. & ex arbitrarijs quædam sunt arbitrariæ ex earum natura, vt actiones bonæ fidei, in quarum arbitrio ampla facultas iudici ex bono, & æquo

B 2

æquo concessa est, vt in §. in bonæ fidei, insti. de actio. Aliæ sunt arbitrariæ, quia dependent ex mero iudicis arbitrio, propter iussum iusdicus spretum, in quo casu iudex potest suo arbitrio deferre iuramentum in litem, vt in l. in actionibus. ff. de in lit. iurament. vbi scribentes, & in d. §. præterea inst. de actio. Aliæ dicũtur actiones arbitrariæ, eo quod non fit solutio in loco destinato, sed in alio; nam tunc habetur consideratio ad interesse arbitrio iudicis. l. 2. l. non vtique. § nunc de officio. ff. de eo quod certo loco. l. vnica, vbi glo. Bart. & doctores. C. vbi conue. qui in certo loco. Aliæ etiam dicuntur actiones arbitrariæ, quia arbitrio iudicis iudicantur de qualitate condẽnationis, quando dubitatur an quis debeat soluere noxam insolidum, vel liberetur dando seruum vel animal pro noxa, vt in l. 2. & in l. in delictis. ff. de noxalib. actio. scribentes in dict. §. præterea, vbi Minsingeri, num. 3. cum sequen. Menochi lib. 1. de arbitra. iudi. quæst. 3. 4. & 5. qui late declarant quæ sit actio arbitraria, & an habeat nomen propriũ, & vnde, & quare dicatur arbitraria.

Decima quinta diuisio actionum est, quod aliæ sunt actiones persecu-
51 toriæ insolidum, aliæ non; vt in §. sunt præterea cum alijs sequentibus, vsque ad finem tituli, insti. de actio. Persecutoriæ insolidum sunt, quibus solidum debitum assequimur. Actiones nõ persecutoriæ in solidum sunt, quando minus debiti persequimur in effectu aduersus eas personas, quæ non tenentur vltra, quam facere possunt, de quibus ponuntur sex exempla in dictis. §§. & sic hæc diuisio respicit effectum persecutionis & condemnationis, vt Minsingerius & alij ibi notant.

52 Decima sexta diuisio est, quòd actionum aliæ sunt ex contractu, aliæ ex testamento, aliæ verô sunt in factum, & quæ sint actiones in factum declarat late Ripa in rub. de inter d. num. 16. cum seq.

53 Decima suptima diuisio actionum est, quod aliæ dicuntur actiones populares, alie priuatæ, vt in titulo de popularibus actionibus, & in l. si vero. §. hæc autem, & §. Prætor de deiect. vel effu. l. 3. §. fin. de sepulchro violato. l. 1. §. hoc interdictum. ff. ne quid in loco publico.

54 Decima octaua diuisio actionum est, quód alie sunt actiones ciuiles, aliæ criminales; & ciuilis actio cõpetit alicui ad consequendum ius & commodum suum: criminalis vero actio ad vindictam publicam. Et est sciendum, quôd ex eodem delicto regulariter duplex actio oritur, scilicet actio criminalis ad vindictam & vtilitatem publicam, & actio ciuilis ad vtilitatem priuatam, vt dicemus late in sexto remedio in principio: infra isto capite: vnde criminale iudicium dicitur, quando principaliter de crimine agitur ad vtilitatem publicam l. seruos C ad l. Iuli. de vi. l. 2. C. de publi. iudi. l. vbi C. de fals. l 9. tit. 4. part. 3. & iudiciũ
55 ciuile dicitur, quando principaliter agitur ad vtilitatem priuatam, licet descendat ex delicto, vt notat glos. in l. 3. verbo aureorum. ff. de sepulchro violato, quam ibi sequũtur scribentes, & in rub. extra de iudi. vbi Decius, num. 9. testatur hanc esse communem opinionem, quam etiam sequuntur, plures citati in d. sexto remedio in principio. Et aduerte, quôd actio ciuilis & criminalis non possunt simul principaliter intentari ex eadem causa contra eandem personam. l. interdum. ff. de publi. iudi. tradũt screbẽtes in l. edi t. C. de edendo quod intellige nisi vna principaliter, & altera incidẽter

minus

minus principaliter proponantur, tunc namque possunt simul intentari & cumulari, vt notat Bart. in l. inte dum. §. qui furem. num. 5. ff. de furt. Doctores in dict. l. edita. C. de edendo, vbi Curti. Iunior num. 198. testatur de communi opinione, & Iulius Clar. lib. 5. recept. sent. §. fin. quæst. 2. num. 2. dicit etiam communem Roland. consi. 30. num. 2. lib. 2.

56 Decimanona diuisio actionum est, quôd aliæ sunt actiones directæ, & aliæ præparatoriæ, vt actio ad exhibendum, vt per titulum ad exhibendum, & actio de tabulis exhibendis, & liberis exhibendis, vt in suis titulis probatur.

57 Vigesima diuisio est, quôd aliæ actiones possunt dici diuiduæ & aliæ indiuiduæ: nam actio sortitur naturam rei, super qua interponitur, seu ad quam competit. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & prout res sunt diuiduæ, vel indiuiduæ, ita erunt actiones. l. 2. §. & harum. l. 4. §. Cato. ff. de verbor. obligatio.

58 Vigesima prima diuisio fieri etiã potest, quôd actionum aliæ censentur mobiles, aliæ immobiles; nam quamuis actiones dicantur tertia species, & non veniant appellatione bonorum mobilium & immobiliũ, vt in l. à Diuo Pio. §. in venditione.
59 ff. de re iudi. l. quam Tuberonis. § fi. ff. de peculio. l. vnica. §. exactio, iuncta glo. verbo incorporalibus. C. de rei vxoriæ actio. l. bene à Zenone. §. & nemo audeat. C. de quadrien præscript. notat Bart. in l. potest. ff. de aut. tut. & in l. mouentium, vbi Alciat. & alij. ff. de verbor. signifi. Ias. in d. §. in venditione notab. 4. Guid. Pap. quest. 291. Alex. qui testatur de communi in l. 1. ff. de vulg. Beroi. in c. nulli. num. 37. vbi alij plures de reb. Eccles. Tiraquell. latè de retractat. Ligna. glos. 7. num. 9. Paris. abundè consi. 94. col. 2. lib. 2. Aymõ consi. 213. ad finem Porti. Imol. plures cumulans lib. 3. conclus. suarum conclu. 10. Arius Pinell. in 1. part. rub. num. 24. cum sequẽt. C. de bonis matern. Cephal. consi. 288. num. 40. lib. 2. Soci. Iunior. consi. 115. col. 1. lib. 1. Riminal. Iunior. consi. 42. num. 18.
60 lib. 1. Attamen si actiones adhærent bonis mobilibus reputantur mobiles si immobilibus censentur immobiles, vt notat gloss. fin. in l. 1. C. si aduersus transactio. gloss. in authen. de non alienan. aut permut. reb. ecclesiæ. §. 1. verbo numeranda gloss. in l. fin. C. in quib. caus. resti. in integrum non est necessaria, Bart. in l. si sic. §. fin. ff. de leg. 1. Castren. in d. l. quam Tuberonis. §. fin. ff. de peculio, & tenent plures alij citati per Porti. loco supra allegato, Tiraque. in dict. gloss. 7. num. 1. cum sequent. & numer. 14. & 15. Anto. Gome. de contract. c. 10. col. 2. Pinel. in dict. 1. part. rub. C. de bon. mater. num. 33. Redoan. in tract. de reb. ecclesi. non alien. in rub. de alien. redit. iuri. & actio. num. 24. Roland. consi. 1. num. 127. lib. 3. & facit. l. prætor. §. 1. de iure deliber. l. 1. §. mobiles. C. quando & quibus quarta pars debeatur, & dict. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. actio. & §. 1. vers. ideo, instit. de vsucapio. vbi actiones ad res mobiles præscribuntur per triennium.

61 Hinc est, quôd iura seruitutum prædialium, quia adhærent immobilibus, inter immobilia computantur; nam sequuntur conditionem & naturam rerum quibus adhærent. l. sicut. C. de seruit. l. si alienn. §. 1. ff. de vsucapio. l. sed si. §. penultim. ff. de reb. eorum. Butri. Imol. & Bero. numer. 82. in dict. cap. nulli de reb. ecclesi. non alien. Roland. dicto consi. 1. num. 128. lib. 1. Redoan. loco supra citato, num. 22.

62 Et hac ratione decimæ computantur inter immobilia, vt nota.

Bal.in cap.1.de controuersi.inter masculi.& fœmi, Alexand.consi.211.nu. 5. lib. 6. Roland. loco citato, num.
63 129. Et ius collectandi & exigendi pedagium connumeratur inter immobilia, cui accedit, vt notat Cardin. in Clemen. 1. quest. 9. de reb. eccles. non alien. Alex.in l. si constante.§.fin.col. vltim.ff.soluto matri. quos refert & sequitur Roland.d.consi.1.num.130.Et eadem ra
64 tione iura competentia pro annuis reditibus computantur inter immobilia,quia ipsi reditus annui connumerantur inter immobilia, Clem. exiui. §. cumque annui reditus de verbor.sign.l. si quis inquilinos. ff. de leg.1.l.iubemus nulli in prin.vbi glos. verbo an nonas, Bart.Bal.Castren.& alij.C. de Sacrosanct.eccl. l.hac edictali.§. his illud,vbi Cyn. Bal.& alij.C. de secund.nupt. Redoan.in d.tract.de reb. eccles. in d. rub.de alien.redit.iuri. & actio.nu. 9.& 17.Alex.& Roland.locis supra citatis.

65 Intellige tamen dictam limitationem, quòd actiones censeantur mobiles, aut immobiles, secundum naturam bonorum quibus accedũt; & sic quod dicta tertia species a numeretur inter bona mobilia, & immobilia,vt procedat quando necesse est vt actiones accedãt bonis mobilibus, vel immobilibus: quia si non est necesse vt dicta tertia species inter ea bona numeretur, procedit prima conclusio vt declarat Bar.in l.potest.ff.de auctor.tut. & in l.mouentium.ff.de verb.signif.quem sequuntur plures citati, per Porti. in d.10.conclusione,Imol.& Beroi.n. 73.in dict.c. nulli de reb. eccles.nõ alie.Pinel.in dicta 1.part. rub.num. 34. qui testatur de communi, post plures, quos ibi allegat.Riminal.Iunior cons. 42. num. 29.& seq.lib.1. Rodericus Xuarez,allegatione 20. pag.3. Alciat.in dict.l. mouentium.

66 ff. de verbor. signif. necesse autem erit in casibus,in quibus lex,vel dispositio hominis constituit differentiam inter bona mobilia & immobilia.respectu,odio, vel fauore alicuius personę vel vniuersitatis, vt in alienatione minoris. d. l. potest de aucto. tut. & in alienatione rerum ecclesiæ c. sine exceptione. 12.q. 2. & in alijs exemplis, quæ tradunt Imol. & Beroi.in d.c. nulli,de reb. eccles.non alien.& Redoan.in dicto tractatu de rebus ecclesiæ nõ alienandis in d.rub. de aliena.redit.iuri. & actio.

67 Vigesima secunda diuisio actionum est,quod aliæ sunt actiones nominatæ, quæ specialia nomina habent,vt omnes actiones, quę numerantur in arbore actionum,aliæ quæ nomine speciali dãtur à legibus,quę actiones seu condictiones ex lege appellantur,vt in titulo. C.& ff. de condictione ex lege, de quibus suo proprio loco tratabitur Deo duce.

68 Est tamen aduertendum, quòd quamuis omnes actiones sub his diuisionibus cõprehendantur non est earum numerus limitatus: nam concurrente ęquitate & iustitia,supplẽtur actiones in eo quod legi deest, vt in.l.qui actionum.ff.de pręscript. verb. & in l.quęsitum ff. de testib. vbi quod legibus omissum est, religioni iudicantium non est omittendum.Quę iura ad hoc allegat Carol. Molinęus in l.si partem num. 89. ff. quemadmodũ seruit.amitt.

69 Hinc est, vt ipse ait, quod quamuis titulus. C.de rescind.venditio.in sola venditione loquatur, locum etiã habet in emptione. & l.2. eiusdem tituli, quæ tantum loquitur in venditore decepto pari ratione locum etiam habet in emptore decepto, vt tenent gloss. & conmuuniter scribentes in dicta lex secunda, de rescidenda benditione, quorum opinionem approbat lex huius regni,

regni, quæ est l.1.tit.11.lib.5. & sicut datur emptori actio quanto minoris, ita econtra venditori actio quanto pluris vt explicat idem Carol. Molineus in loco citato, n.86. cum sequenti.

70 Præterea est sciendum, quòd actionum arbor non est authentica, vt præcisè tanquam lex sit obseruanda, quia non fuit facta ab habente potestatem iura condendi, sed magistralis & doctrinalis tantum facta a Ioanne Cremonense glossatore antiquo, qui potestatem iura condendi non habuit, qui eam fecit ad cognoscendum omnium actionum

71 naturam; & sic præcisè non est obseruanda sicut arbor consanguinitatis, quæ fuit facta ab imperatore habente potestatem iura condendi, vt in §.vltimo, insti. de gradib. cogni-

72 tio. & vt inquit Bal. in rub. C. de cō dictio. ex lege, num.9. dictus Ioannis Cremonensis magister arboris actionum, fuit in multis defectuosus, & omisit alias plures actiones.

73 *Secundum remediu, officii iudicis* Secundum remedium in causis ciuilibus est officium iudicis, quod est ius faciendi ea quæ sibi ex ipso officio incumbunt, vt dicunt Bar. & Salic. in l.1. ff. de iurisdictio. omni. iudi. quos ibi alij sequuntur, vel est ius, quod iudex ex bono & æquo administrat, nulla præcedente ordinaria obligatione, reiecta nimia iuris scrupulositate: nam sufficit qualis qualis æquitatis adumbratio ad exercendum officium iudicis, l. quod si minor, §.fin. ff. de minorib. notat Monticulus in principio insti. de actio. num.4.

74 Et quamuis officium iudicis nullam præsupponit obligationem, l. qui per collusionem, §. fin. ff. de actionib. empti. l. Quintus, ff. de annuis legat. glo. & scribentes in prin. insti. de actio. Bar. in l. fin. ff. de iniurijs, & in l.2. §.1. col.2. ff. de verbor. oblig. tamen præsupponit quandam quasi obligationem, gloss. in l. si seruum, §. fin. ff. de verbor. oblig. & in l. rescriptum, ff. de pact. Bar. in d. l. fin. ff. de iniurijs, Alex. Mantua, & alij in l.1. ff. de iurisdictio. omni. iudi. Feli. in cap.2. col.2. de offi. iudi. Mantua in glossario iuris clas.13. c. 16. num.2.

75 Et qui tenetur officio iudicis, realiter tenetur, vt docet Bar. in l.4. §. Cato, num.5. ff. de verbor. obligatio. vbi etiam Ias. num.22. idem Bar. in d. l. fin. col.2. ff. de iniurijs, Rub. in l. non solum, §. morte num.496. ff. de noui oper. nuntia. Gomez. in d. prin. insti. de actio. n.31.

76 Et ideo iudicis officium exerciri potest contra singularem successorem, l. ait prætor in prin. ff. de edendo, d. l. qui per collusionem, §. viti. ff. de actio. empti. notat Bar. in l. si tertius, §. si quis prius, num.5. ff. de aqua plu. arcen. Gome. in d. prin. insti. de actio. num.31. Mantua in glossario iuris clas.13. cap.16. num.2. Soci. Iunior cons.52. num.9. lib.2. Menochi. de recuperanda possessione remedio 17. n.10.

77 Vnde iudicis officium dicitur in rem scriptum, l. in causæ, §. interdum, ff. de minorib. Bart. in dict. l. si tertius, §. si quis prius, num.5. ff. de aqua plu. arc. Soci. Senior cons.121. in fine lib.1. Menoch. loco proxime citato.

78 Sciendum tamen est duplex esse officium iudicis, ordinarium & extraordinarium iuxta tex. in c. quoniam contra de probatio. ordinarium enim est, quoties concurrunt tres illæ personæ, scilicet iudex, actor, & reus, vt in c. forus de verborum, tradit Ioan. Igneus in repetitione, l.1. C. qui admitti, vel quoties per viam accusationis, aut petitionis intentatur, vt in l. nihil aliud, ff. de actio. & oblig. vel quoties procedit iuris ordine seruato, præcedē-

tibus citatione, libelli oblatione, litis contestatione, publicatione conclusione, & alijs solemnitatibus. Extraordinarium vero dicitur, quoties non seruato iuris ordine proceditur, & alijs modis, vt resoluit Maranta de ordine iud. 4. pars, 10. dist. Nauarr. in rub. de iudicis, n. 17.

79 Et est aduertendum circa hoc remedium, quod iudex regulariter non tenetur impertiri officium suũ nisi petenti, l. de pupillo, §. qui opus ff. de noui oper. nuntiatio. l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto, vbi Bar. num. 37. & seq. & Ripa num. 1. cum pluribus seq. ponit regulam cum ampliationibus & limitationibus, declarãt etiam Ferret. consil. 42. num. 5. Iacob. Nouell. in practi. crimi. in rub. incipienti, datis defensionibus n. 84. Beroi. in c. 1. num. 4. de iudi. & late comprobat ac explicat Viui. commu. opin. verb. iudex non potest.

80 Et quamuis officium iudicis humiliter sit implorandum, vt notat glo. in rub. ff. de interdict. actio. quã sequuntur communiter ibi Doctores, & in l. 1. ff. de iurisdictio. omni. iudi. vbi Bolognet. num. 55. testatur hanc esse communem opinionem.

81 Et in hisque dependẽt a libero eius arbitrio non tenetur iudex officium suum præstare, si non vult, vt notat glos. quæ sic debet intelligi in rub. de interrogat. actio. & tenent Abb. in c. cum clamor de ætate & qualit. Deci. & Sapia n. 57. & Bolognet. n. 55. in d. l. 1. ff. de iurisdictio. omni. iudi. attamen in alijs tenetur officium suum impertiri imploranti, vt notat Bar. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quoti. & æstiua, Feli. in c. exceptionem col. 2. de exceptio. Deci. in c. ad hæc in 3. de appellatio. & consil. 131. col. 2. Curti. Bolognet. & alij in d. l. 1. ff. de iurisdictio. omni. iudi.

82 Imo in his quæ dependent a libero iudicis arbitrio, si iudex officium suum non præstet, poterit ab eo appellari secundum Bar. Feli. Deci. Curti. & Bolognet. in locis proxime citatis.

83 Ex quibus & alijs traditis per scribentes in d. l. 1. ff. de iurisdictio. omni. iudi. & ex his quæ in præcedenti actionis remedio notauimus, nõ obscure colligitur melius ac vtilius esse habere actionem quam officium iudicis, quod expresse notat glo. in l. non solum, verbo, oportere, ff. de re iudi. & in l. 3. verbo, fortassis de leg. 3. vbi Castren. n. 4. notat glo. etiam, vbi Bal. in l. 1. C. de vsur. & in l. cũ postulassem, vbi tradunt scribentes, ff. de damno infecto, & in authen. de iudi. §. oportet, verbo, solo, collatione. 6. Didac. a Segura in l. filius dum in ciuitate num. 6. ff. de verbo. oblig. vbi Didac. Perez in eius additionem.

84 Hinc est, quod in dubio semper est intelligendum actionem ex lege oriri potius quam officium iudicis, vt scripsit Bar. in l. vnica, n. 6. ff. de condictio. ex lege, quem ita intelligit Menochi. in tract. de adipiscenda possessio. remedio 4. nu. 494. & 498. maxime quando verba legis referuntur ad partes, quia tunc sine dubio intelligitur actionem oriri, l. 2. ff. ad l. Aquili. l. item veniunt, §. pridie, ff. de petitio. hæredit. declarat Bar. in d. l. vnica, n. 6. ff. de condictione ex lege, Bal. in rub. C. eod. tit. Abb. in c. sæpe n. 11. de restitutio. Spolia. scribentes in l. si soror, C. de collatio. Cassane. in consuet. Burgũ. rub. 4. §. 11. n. 4.

85 Quod intellige, quando verba legis diriguntur actori, vt explicant Doctores proxime citati, & Salic. in l. 1. n. 4. C. de condictio. ex lege, & probatur ex d. l. vnica, ff. eod. tit. sed quando diriguntur reo, inducũt exceptionem, vt quando lex dicit actionem non dari, l. 1. in prin. ff. ad Macedonian. l. 2. ff. ad Velleian. notat

tat Salic. in d.l.1.num.4. C. de con-
86 dictio. ex lege. Nam vbicumque lex, vel statutum dicit actionem nō dari, intelligitur ope exceptionis; non autem ipso iure, l.1.§.sublata, ff. ad Trebellian. vbi Bar. Ang. & alij tenent, idem Bar. in l.1. ff. de iure iur. & in l. cum lex, ff. de fideiussorib. quod dupliciter limitat Ias. in
87 d.§.sublata. Et in dubio semper censetur actio, seu exceptio competere illis quorum interest, vel quorū fauore facta fuit lex, vel statutum, licet verba ad illos non dirigantur, l. statuas, ff. de acquirendo rerum dominio, l. seruo legato, §. si testator, vbi Bar. & Ang. notant, ff. de leg.1. idem Bar. in l. fideicommissa, §. interdum col.2. ff. de leg.3. Alex. cons. 63. num.25. lib.4. & cons.207. num.3. lib.7. Soci. Senior, cons.5. num.6. lib. 1. quod comprobatur ex his quæ tradit Bar. in d.§. si testator, & Soci. loco proximè citato.

88 Cæterùm, vbicumque verba legis, vel statuti ad iudicem referuntur, tunc oritur officium iudicis, l. si soror, vbi glo. verbo, restitui, & alij scribentes, C. de collatio. glos. fin. in l. si res obligata, ff. de leg.1. glo etiā in l. cum satis, verbo, per iudicem, C. de agricol. & censit. lib.11. vbi Bar. n.6. notat idem Bar. in d.l. vnica, num.6. ff. de condictio. ex lege, & in l. mācipiorum, ff. de optio. leg. Bal. in d. rub. C. de condictio. ex lege, col.2. Alex. in l. ea demum, nu.4. cum seq. C. de collatio.

89 Quod primo limita, vt procedat quando verba proferuntur affirmatiuè, secus si negatiuè: tunc namque actio ex lege competit, & non officium iudicis, l.1. ff. quod metus causa, l.1. iuncta l. quod si minor in fine, ff. de minorib. Bar. in d.l. vnica, nu. 6, ff. de condictio. ex lege, Abb. in d. c. sæpe num. 11. de resti. spoliat. scribentes in d.l. si soror, vbi Ias. n. 2. C. de collatio, Cassane. in consuet. Burgund. rub.4. §.11. num.4.

90 Secundò limita, dictam conclusionem locum non habere, quando verba impersonaliter sunt prolata, quia tunc competit actio, & non officium iudicis, authen. sacramenta puberum, vbi glo. verbo, custodiantur, C. si aduersus venditio. l. statuas, ff. de adquirendo rerum dominio, Bar. Abb. Ias. & Cassane. in locis proximè citatis, testatur communē Ioan. a Matienzo in l. 1. titu.4. lib. 5. recop. in glo.14. num.14.

91 Tertio limita dictam conclusionem non procedere, quando verba respiciunt condemnationē, & executionem, tunc namque cum semper referantur ad iudicem, non distinguitur ius agendi ab officio indicis: quod probatur ex l. mutuo §. sub cōditione ff. de tut. quam declarat Bar. in l.1. col.2. ff. de condition. & demonstratio. Ias. in dicta l. si soror. num. 2. C. de collatio.

92 Quarto limita eam conclusionē locum non habere, quando verba legis vel statuti iudici necessitatem imponūt, quia tunc competit actio, & non officiū iudicis dicta l. statuas, ibi: Prætorem oportere ff. de acquirendo rerum dominio; & ita loquitur Bar. in l. cum scimus, C. de agricol. & censit. lib.11. quem defendit & sequitur Ias. in d.l. si soror, n. 2. C. de collatio.

93 Quinto limita eam procedere, quando verba legis, vel statuti referuntur ad factum iudicis, secus si referantur circa ius agendi; vt si dicatur iudicium dabo, quia tunc quoque oritur actio, & non officium iudicis, l.1. in prin. ff. de his qui de iec vel effude. l. si quis id quod in prin. ff. de iurisdictio. omni. iudic. Bar in d.l. vnica num.6. ff. de condictio. ex lege, Bal. in rub. C. eod. tit. nu.5. Salic. in l.1. C. eod. tit. n.4. Abb. in d.c. sæpe, n.11. de resti. spoliat. Ias. in d.l. si soror, n.2. C. de collatio.

Sexto

94 Sexto limita, vt non procedat, quando ex qualitate rei & natura contractus, vel negotij, super quo lex disponit, constaret actionem ori ri, l. si pascenda, vbi glo. C. de pact. l. si tibi, vbi etiam glo. C. eod. tit. Ias. loco citato: nam licèt verba dirigan
95 tur ad iudicem, attendenda est mens legis contra verba ipsius, etiam si mens non sit expressa, dum modo naturaliter coniecturari & colligi possit per similem rationem, vt probatur in l. scire etiam oportet, §. aliud ibi, sed etsi maxime verba legis hunc habeant intellectum; tamen mens legislatoris aliud vult, & in §. consequens, ibi: Cuius fidê tametsi sufficit firmare ex ipsa naturali iustitia, ff. de excusatio. tut. probatur etiam in l. mulier, iuncta glo. ff. solu to matrimonio, vbi mens contra ver ba ipsius legis coniecturatur, c. de intelligentia de verb. signi. c. Mel-
96 chior. 1. q. 1. Lex enim constat ex ver bis & mente, sicut homo ex anima & corpore, c. erit autem lex 4. distin. Doctores in c. 1. de consti. Et verba se habent vt corpus, & tanquam superficies: ratio autem seu mens vt spiritus & anima: & ideo ratio verbis est præferenda, sicut anima corpori præfertur, c. solitæ de maiorit. & obedi. iuncto c. præcipimus 12. q. 1. Tiraquel. in regula cessante causa, 1. p. n. 132. Menoch. cons. 187. nu. 34. lib. 2.

97 *Tertium remedium manus regie.* Tertium remedium est, manus regia quod in causis ciuilibus locũ habet, quando nullo certo iure, certa ve lege seruata princeps iuxta animi sui libitum iudicat, quo reme dio omnia ab initio ex iure gentium
98 regebantur, cum populus sine certa lege erat, vt Pomponius Iurisconsultus inquit in l. 2. ff. de origine iuris. Nam reges ab initio gentium fue
99 runt, vt post Bal. Isern. & alios tradit Maranta de ordine iudicior. 3. p. prin. num. 11. & apud reges & reipublicæ magistratus, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus manu regia procedebatur.

100 Sed postea sublata fuit manus regia, & in eius locum successerunt obligationes ciuiles, & actiones, & officium iudicis, vt scripserunt Innoc. in c. quæ in Ecclesiarum de cõstitutio. Soci. in l. quibus diebus, §. dominus, ff. de conditio. & demonstratio. Claud. in l. ex hoc iure col. 14. ff. de iusti. & iure, Ias. in l. 1. n. 11. ff. de iurisdictio. omni. iudi. Orosci. in d. l. 2. n. 6. & 7. ff. de origine iur. & apud solos principes, & supremũ magistratum manus regia remansit, & hodie durat, vt ait Ioan. Bapt. Asin. in praxi iudi. c. 2. num. 3. & Orosci. in d. l. 2. n. 7. ff. de origi. iur.

101 Hinc est quòd princeps sola facti veritate inspecta causam decidere & iudicare debet & coram eo procedi potest, reiectis iuris rigoribus, & solemnitatibus, iuris ordine prætermisso, l. 1. vers. de plano interlocutus de consti. princip. c. ad petitionê de accusatio. c. in causis, vbi scribentes de re iudi. l. 11 tit. 2. par. 7. tradit Bar. in l. Aemilius in fine, ff. de minorib. & in extrauag. ad reprimendum, verbo, videbatur, Bal. in l. nemo, col. 2. C. de sent. & interlocutio. omni. iudi. & in c. 1. §. 1. num. 3. de noua forma fidelit. Thom. Gram. decis. 62. num. 29. & decis. 103. nu. 142. Rui. cons. 61. num. 26. lib. 5. Parisius cons. 118. num. 3. lib. 1. & cons. 5. num. 311. lib. 4. Menochi. lib. 1. de arbitra. iudi. q. 8. num. 21. Cephal. cons. 301. num. 21. lib. 3. & cons. 492. num. 24. lib. 4. cum pluribus alijs, quos citaui mus in c. 10. huius primi libri.

102 Et non solum princeps potest procedere & iudicare, sola facti veritate inspecta, & iuris ordine prætermisso, sed etiam eius supremus Senatus, vt notat Bar. in d. l. Aemil. Largianus in fine, ff. de minorib. Decius cons. 200. in fine, Roland. cons. 70. n. 22. lib. 1.

22.lib.1.Cephal.d. conf.492.nu.25. lib.4.& in hoc regno ita disponit.l. 22.ti.4.lib.2.recop.

103 Hinc est etiam quod princeps potest iudicare secundum conscientiã omissis allegationibus & probationibus, vt colligitur ex glo. 1. in rub. authē.de hæred.b.&falci.collatio.1. tenent expresse Bar.&Bal.in l.1.C. vt que desunt ad voc. idem Bal. in l.fin. ante finem principij C. de iure deliberandi & in c. 1. §. 1. in fine de noua forma fideli.Feli.in c.pastoralis n.23.de offi.deleg.Guid.Pap.decis.29.& decis.216. Thomas Gram. decis.58.& decis.103.nu.142. Vello. cons.63. nu. 7. cum seq. Deci. cons. penul.nu.16.Iacob.à sancto Geor.in sua inuestitura in verbo princeps.n. 4.vers.8.specialitas,Neuiz.in Sylua nupti.lib.5.nu.121. Coras.lib.1.Miscella.iuris c.20.num.2.Couarru.lib. 1.variar.resolutio.c.1.nume. 7. vers. princeps tamen,Roland.cons.70. n. 21.lib.1.& cons.68.num.19.lib.3.Menochi.lib.1.de arbitra.iudi.quæst.24. num.6.& cons.92.num.81.lib.1.Cephal cons.492.num.29. lib. 4.& ra-

104 tio est,quia princeps est Dei vicarius in temporalibus,& cum iustitiam administrat,Dei loco est,authen.de armis in principio,Bal.in c.significantibus in fine de offi.de leg.Curti.Senior cons.65. num. 5. Cephal. cons. 301.num.20.lib. 3. Bursat cons. 162. num.12.lib 2.Menochi. d. cons. 92. num. 83. lib. 1.Et ita tanquam Deus

105 iudicare debet, vt dicunt Curti. Iunior. num.17.& Iacob. de Nigris n. 296.in l.si insulam ff.de verb.oblig. Roland.cons.57. num. 54. lib.1. Cephal.cons.370 num.14 lib.3.& cons. 301.num 21 eod.lib.Menochi.d.cõs.

106 92.num.83. & semper princeps præsumitur iustitia plenus, authen. de iudi.§.omnes. tradit Bald. cons.395. col.1.in fine.Et actus Principis præsu

107 mitur ab omni malicia alienus, authen.constitutio quæ digni. §. illud. Menochi.post Crauet. lib.1.de arbi-

108 tra iudi.quæst.7.nu.72.Et talis præsumitur mens principis, qualis esse de iure debet c. licet in corrigendis de offi.ordi.Bal.in l ex facto in principio in 4.notab.vbi etiã Alex ff.de vulg.& pupil.Ias.in l.fin.num.35.ff. de consti.paris.Feli.cons. 31.nume. 7. Paris.cons. 1. num. 114. lib.1. & cons.175.num.10.lib.4. Bursat cons. 194.num.18.lib.2.& iusta causa sem

109 per præsumitur in principe,vt tradit Curti,Senior cons.49.num.3 Thom. Gram.cons.34.num.3.& cons. 45. n. 34.& voto 32.num.3. Ias.cons.8.nu. 16.Bertrand.cons 15.nu.3. lib.1.ideo

110 in principe tria esse debent, potentia,sapiencia,ac diuinis cultus.

111 Quod procedit etiam in senatu & consilio regali,quod personam regiam repræsentat,vt tradit Afflict.decis.200.in fine, Decis.cons 200.in fine.Craue.cons.144.col.vlti.& cons. 198.col.etiam fin. Roland. cons.70. num. 19. & 20. lib. 1. Et in propriis

112 terminis,quòd Senatus vel consiliũ regale possit iudicare secundum cõscientiam,reiectis allegationibus & probationibus, tenet Guid. Pap.q. 29.qui testatur,ita in consilio Delfinatus obseruatum fuisse, Gram. decis.62.num.32. Alciat.in c.1 num.89. de offi.ordi.Neuiz.cons.67.num.10. Roland. d.cons. 70. num.21. & seq. lib.1.quos refert & sequitur Menochi.cons.92.num.82.lib.1.quod probatur ex traditis per Crauet. cons. 198.& per Roland.d. cons.70. num. 23.& seq. & per Menochi.lib.2. de arbitria.iudi.cent.1.casu.68.num.21. & seq.Cacher.in procemio decis.Pedemont.

113 Limitanda tamen est,meo iudicio, supradicta conclusio dupliciter, primo,vt non procedat,quando de magno tertij preiudicio agitur:nam sicut principi attestanti in alterius graui præiudicio non creditur, vt scripserunt Castren.cons.46. lib.2. Gozad. cons.

5. Thom.Gram.decis. 65. num. 6.& seq.& decis.103. num. 228. & decis. 105. num. 2. cum pluribus sequentibus, Gigas de crimine lesæ magest. quæst.19.lib.2.Alciat.consf.168.Ruy. consf.175.lib.1.Aymon.de antiquit.tẽpo.1.par.num.44.Anto.Cabriel.cõmu.opin.lib.1.tit.de probatio.conclusione 2.num.28. cum seq.& num.57. plures allegans Bossi.in tit.de principe num.80. & in tit. quomodo procedatur in crimine num.17.Bonacos. commu. opin. verbo testificationi princip.Bursat.consf.166.num.30.qui alios citat,& testatur hanc esse communem opinionem, ita nec standum est iudicio & sententiæ principis, quando secundum conscientiam reiectis allegationibus & probationibus in magnum alterius præiudiciũ iudicauit, cum militer eadem ratio in hoc casu.

114 Secundò limito dictam conclusionem non procedere, quando principis sententia respiceret propriam ipsius principis vtilitatem, quia tunc ei non est standum, sicut in hoc casu non statur eius testificationi, vt tenent Thom.Gram. d. decis.65 num. 7.Afflict.super consti.in rub.de magistr.procur.num.3.Aymon. de antiquit.tempor.1.par.num.5.Anto. Gabriel.d.2.conclusione num.65.Bossi. & alij proxime citati.

115 Iudex verò inferior regulariter tenetur iudicare secundum allegata & probata,& non secundum consciẽtiam l.illicitas §.veritas,vbi glo.Bar. Bal. & cæteri ff.de offi. præsid. glo. in c.1.vbi scribentes de offi.ord. maximè Alciat.num. 83. glo.etiam in c. 1.de reiudi.in 6. & in c. pastoralis §. quia verò de offi.de leg. vbi feli.nu. 23.cum duobus sequentibus ponit regulam cum septem limitationibus, tradunt Bart.& doctores in l.1. C. vt quæ desunt aduoc. iudex suppleat. Bernard.Diaz reg.377. vbi Ignatius Lop. eius additionator plures allegat,qui testantur hanc esse communem opinionem, Dominic. Soto lib. 5.de iusti.& iure quæst.4.arti.2. Iacob.Nouellus reg.49.vbi ponit quinque fallentias, Couarru.lib.1.variar. resolutio.c.1.num.6.qui ait hanc esse communem opinionem.

116 Quartum remedium est de nũtiatio euangelica, quæ extra iuris ciuilis terminos per legem euangelicã in causis ciuilibus inducta est contra eum, qui detinet debitum,vel aliquam rem alienam cum peccato, ad quam de iure ciuili nulla competit *Quartũ remediu denuntiationis euangelicæ.*

117 actio;nam tunc præcedente vina monitione, ratione peccati potest iudex ecclesiasticus per euangelicam denuntiationem compellere detentorem ad pœnitentiam, & per consequens ad rei restitutionem,non solũ per censuras ecclesiasticas,sed etiam permissionem in possessionem, vt notat Bal. in auth. ad hæc col. 2. C. de vsur. declarat late Bar.in extrauaganti ad reprimendum verbo denũtiationem num.5. cum seq. Abb.in c. ad nostram in 2. de iure iur. idem Abb. & cæteri scribentes in c. nouit de iudic. Maranta de ordine iudiciorum 4.par.distin. 11. num,12.& in 6. par.vers.expeditas n.5.

118 Quintum remedium est in quisitio in causa criminali, quæ est generalis & specialis:generalis est, quando ex iudicis officio generaliter inquiritur,tam respectu personarum, quam delictorum super statu totius prouinciæ, Ciuitatis, aut loci inquirentis ad inuestiganda delicta; & de liquentes nulla nominata persona, nec delicto, vt inde ad specialem inquisicionem deueniatur l. congruit ff.de offi.præsid.c. sicut olim de accusatio c.1.de offi. ord. tradit Bar.in l. 2. §. si publico ff. de adult. Ang.in tract. maleficiorum verbo, hæc est quædam inquisitio num.3. Amad.de synd.num.30.Maranta de ordine iudiciorum 6.par.in tit.de inquisitione *Quintum remediu inquisitionis.*

num.

num.31.probat.l.1.tit.17. par.3. & l. 5.tit.1.par.7. sed hæc inquisitio generalis non potest fieri nisi de mandato regis, vt disponit.l 2.tit. 17. part. 3.& l.3.& 4.tit.1 lib.8.recop.

119 Alia est inquisitio specialis respectu delicti, quia de eo cóstat; sed est generalis quoad personas, quia ignoratur delinquens in quo casu absq; mandato regis fieri potest, vt notat Innoc.in c.bonæ in 1.num.5.de electione, vbi etiam Vbb.Specul.in ti. de inquisitione §.2.vers. vnde si certum, Bar.in d.l.2.§. si publico num. 17.ff.de adult.Bal. in l.edita in repetitione Patauina num.30.C.de edendo & in d. l.ea quidem nu.42.C.de accusatio.Annania, in c. qualiter & quando in 2.§. debet num.9. extra. eod.tit.& in c.inquisitionis num. 4. vbi etiam Feli.num.5.eod.ti Abb.in c.1.de offi.ord. Iuli.Clar.recept.sent. lib.5.§.fin.quæst.5.num. 5. & quæst. 50.num.4.Grego.Lop. in d.l. 2. tit. 17.p.3.in gl.verbo, *mandado del rey*, probat.d.l.1.& 3.tit.17.p.3. Et quam

120 uis de delicto specialiter non constet; si tamen agatur de certo genere delictorum, dicitur inquisitio specialis respectu delicti, & generalis respectu personarum, quam de iure regio iudex facere debet, vt disponit.l.36.tit.6.lib.3.recop.

121 Alia est inquisitio specialis respectu personarum & generalis quoad delicta; vt quando inquiritur in syndicatu contra officiales vel per aliquem visitatorem, vt tradit Ang. in d.vers.hæc est quædam inquisiti. num.3.Amad.de synd.num. 30.Maranta de ordine iudiciorum 6. par. tit.de inquisitione num. 31. Grego. Lop. in summa tit.17.par. 3. in glo. verbo *pesquisa*.

Alia est inquisitio specialis quoad

122 delictum & quoad personas, vt quando inquiritur de aliquo certo delicto contra aliquam personam nominatim de eo delicto infamatum, vt in c. postquam c. cum dilecti, cum alijs de electione, notat Bart.in d.l. 2.§.si publico ff.de adult.Bal.& Salic.in d.l. ea quidem C.de acusatio. Ang.in d.verbo, hæc est quædã inquisitio.Marian. Soci.in d. c.qualiter & quandó in 2.de acusatio.Maranta in d. tit de inquisitione. Gre. Lop.in d.gl. verbo *pesquisa* d.l.1.ti. 17.par.3.Et in hac vltima inquisitione requiritur infamia, quæ habet locum accusatoris l. iustissimos C. de offi.recto.prouin.c.qualiter & quãdo c.cum oprteat de accusatio. Salic.in d.l.eá quidem col.3.C. deacusatio. Iuli.Clar.plures allegans in d. §.fin.quæst.6.nu.2.& 3.vbi ait hanc esse communem opinionem l. 2. tit. 17. par.3.vbi Grego. Lop. notat in gloss.verbo, *en fecho de malafama* quod intellige, nisi in nonnulis casibus specialibus, in quibus absque infamia inquiri potest, vt tradit Specul.in tit.de inquisitione §.2.vers.li-

123 cet autem, Ang. in d. verbo hæc est quædam inquisitio, Maranta in d. tit.de inquisitione. Si vero sint indicia contra reum, potest absque infamia contra eum inquiri, vt notat Bar.in l.congruit ff. de officio præsid.& in d.l.2.§.si publico num.9.ff. de adult.Ang.in d.tract.maleficiorũ verbo fama publica col. 1. Salic. in d.l.ea quidem col.3.C. de acusatio. Bossius in tit. de inquisitione num. 8.Grego.Lop.in d.l.2.in glo.verbo, *en fecho de mala fama*, & in l.3.eiusdem tituli in glo. verbo *assi como*. Ant.Gome.in c.1. delictorum num. 49.

124 Plures alias species inquisitionis tradit Marianus Socinus in d.c.qualiter & quando in 2.de acusatio.art. 1.quæst.1.vbi ponit nouem diuisiones, inquisitionis, & totidem casus, in quibus inquisitio specialis procedit, quos etiam congerit Nauarr.in c.inter verba 2. quæst. 3. corolla 62. Augusti. in additio ad Ang. de male-

maleficijs ver. hæc est quedam inquisitio. num. 12. cum pluribus sequentibus; vbi plures alios casus tradit & Marantа de ordine iudiciorum in d. titu. de inquisitione pertotum, Anto. Gome. in d. c. 1. delictorum num. 49.

125 Et regulariter de consuetudine inquiritur in omnibus casibus, vt post plures testantur Anto. Gome. in loco proximè citato, & Iuli. Clar. in d. §. fin. quæst. 3. num. 6. Quod intellige præcedente infamia, aut indicijs, vt supra dictum est.

126 Et est aduertendum quòd non solum in publicis delictis habet locum inquisitio, sed etiam in priuatis, cùm ex delicto etiam pribato oriatur duplex actio. l. fin. ff. de priuat. delict. l. vtit. ff. de furt. l. prætor edixit. §. posse ff. de iniurijs cũ alijs in sequẽti remedio accusationis adductis: & ita expresse tenet Greg. Lop. in d. l. 3. ti. 17. par. 3. in glo. verbo, *a si como*, in fine, quod praxis in hoc regno obseruat.

127 Vltimo sciendum est hoc remedium inquisitionis esse extraordinarium, vt notat Innoc. in c. cum oporteat de accusationib. quem ibi sequũtur doctores, & tenent scribentes in rubri. extra. de iudic. vbi Decius in 1. lectura num. 76. & in 2. lectura num. 43. testatur hanc esse communem opinionem, dicunt etiam communem Berna. Dia. reg. 336. Sapia. in l. imperium nu. 29. ff. de iurisdictio. omni. iudi. & Iulius Clarus recepta um sententiarum §. fin. quæst. 3. num. 3. vbi post alios testatur etiam de iure canonico hanc esse communem opinionem.

128 Ex quo infertur, quòd cum remedium accusationis sit ordinarium, vt in sequenti remedio dicemus, facit cessare hoc remedium inquisitionis, vt tenent Albert. in 3. pa. statu. quæst. 57. Thom. Gram. consi. 28. nu. 11. Paul Merenda cons. 91 num 34. inter consilia criminalia Zileti lib. 2. Iuli. Clar. in d. §. fin. quæst. 3. nu. 4. vbi post Sali. in d. l. ea quidem n. 54. C. de acusatio. distinctionem facit. sed in hoc regno regulariter per acusationem superuenientem absque collusione & fraude factam cessat inquisitio, quamuis iudici permissum sit semper ex officio inquirere veritatem, ne delicta remaneant impunita.

129 Notandum tamen est, quòd deficiente accusatore si iudex ex officio procedat contra delinquentem, vel ad instantiam fisci, tunc inquisitionis remedium est ordinarium, & in eo proceditur, sicut in acusatione, cum inquisitio succedat loco accusationis, per ea quæ tradunt Anto. Gom. in d. c. 1. delictorum num. 49. & Iuli. Clar. in d. §. fi. q. 3. n. 6.

130 Sextum remedium est accusatio, quæ est delatio criminis ad vindictã publicam in iudicio, legitima subscriptione interueniente, vt tenent cõmuniter scribentes in l. libellorum ff. de acusatio. & in rub. extra, eodem tit. vbi Soci. num. 1. Feli. num. 3. & Beroiu. num. 21. testantur hanc esse communem opinionem, & Gigas de crimine læsæ maiest. q. 1. nu. 4. & Iuli. Clar. in §. fi. q. 12. n. 1. *Sextum remedium accusationis.*

131 Dubitari autem solet, an accusatio sit actio, vel officium iudicis, aut ius quoddam de perse; & sit officiũ iudicis est magis communis opinio doctorum, vt testantur Beroi. in d. rub. de accusatio. num. 7. in fine & Iuli. Clar. in d. quæst. 13. num. 2. vbi ait ab hac opinione non esse in practica recedendum. Sed verior opinio est, quòd accusatio nec per viam actionis, nec per officium iudicis expediatur, sed quòd sit ius quoddam de perse. ab ipsis remedijs separatum, vt probatur in principio insti. de publi. iudi. ibi; Nec omnino quicquam simile habent cum cæteris iudicijs, de quibus locuti sumus, hoc est, de actionibus & officio iudicijs, de quibus Imperator erat locutus. Et hanc vltimam opinionem tenet Bal. in l. imperium in 1. lectura num.

num.2.ff.de iurisdictione omnium iudicium. quem sequitur ibi Ias. num. 17. idem Bal. in l. placet, col. penul. C. de pedane. iudic. & hoc etiam sentit Bar. in extrauaganti ad reprimendum vers. per acusationem num. 25. & in l. libellorum §. sed si aliud nu. 2. ff. de acusatio. & in l. cum lex num. 9. in fine ff. de fideiussorib. & hanc opinionem late probat contra Areti. Beroi. in d. rub. de acusatio. nume. 7. cum pluribus sequentibus, quam etiã tenet Anto. Gome. lib. 3. variar. resolutio. c. 1. num. 3. malecitans Bar. pro contraria opinione. in d. l. cum lex ff. de fideiussorib. Et hac opinione obtenta ex mente Bar. in d. extrauag. ad reprimendum, vers. per accusationem num. 25. & in d. l. libellorum num. 2. ff. de acusationibus, melius accusatio potest diffiniri vt sit ius persequendi in iudicio ad vindictam publicam, sicut actio est ius persequendi in iudicio ad vtilitatem priuata m: quam diffinitionem ex Bar. notat & sequitur Beroi. in d. rub. de accusatio n. 26.

133 Sciendum tamen est, quôd ex quocunque delicto, tám priuato, quàm publico, oritur duplex remedium, scilicet accusatio ad publicam vindictam, & actio ad vtilitatem priuatam: & sic ex quocunque crimine potest agi criminaliter ad vindictam Reipublicæ & ciuiliter ad interesse, vel damnum, vt de delicto publico probatur in l. qui nomine ff. ad l. Corne. de fals. vbi Bar. & alij notant, & in l. 2. §. 1. ff. vi bonor. rapt. tenent gloss. Bar. & ceteri scribentes in l. defuncto ff. de publi. iudi. & de delicto priuato probatur in l. fi. ff. de priuat. delict. in l. vlti. ff. de furt. in l. præter & dixit, §. posse ff. de iniure. & in l. fin. ff. eod. tit. & in §. in summa, vbi Ang. insti eod. tit. & in §. liberorum insti. ad L. Aquiliam, & in l. 21. tit. 9. part. 7. tradit post alios Bossi. in tit. quomodo procedatur per actionem in delictis num. 1. & 2. & Anto. Gome. lib. 3. delictorum c. 3. num. 37. Et ita in delictis

134 publicis competit accusatio cuilibet de populo, dummodô non sit prohibitus accusare aliqua lege, & in priuatis delictis cõpetit ei, cuius interest, vt in principio, instit. de publicis iudi. & in l. qui accusare, vbi scribentes. ff. de accusatio. & in c. prohibentur 2. quæst. 1. tradit post alios Anto. Gom. d. lib. 3. delictorum. c. 1. nume. 28. & 31. & probat. l. 2. tit. 1. par. 7. & l. 14. tit. 8. ead. p.

135 Vnde quando pro crimine agitur ad pœnam applicandam parti, causa dicitur ciuilis & quãdo agitur ad pœna corporalẽ vel pecuniariã fisco applicãdã, causa dicitur criminalis, vt docet gl. in l. 3. in prin. verb. centũ aureorũ ff. de sepulchro violato, quã ibi sequitur Bar. & gl. 1. in l. aut damnum ff. de pœnis & in d. §. in summa verbo extraordinaria, insti. de iniur. tradunt Bar. in l. non solum §. vlti. ff. de procurat. Bal. in l. si quia per calumniã in prin. C. de episcop & cleri. Castrẽ. in l. 1. nu. 3. C. vbi de crimi. agi oport. Moli. in rub. de publi. iud. tenent etiã Anto. de But. col. 2. Abb. num. 5. Are. num. 19. Feli. num. 1. Deci. num. 95. in 1. lectura & in 2. lectura nume. 51. & Ripa num. 91. in rub. extra. de iudi. Guid. pap. cons. 149. num. 2. & cons. 80. num. 1. Bertran. cons. 51. num. 1. lib. 1. Ias. nume. 15. & Gome. nume. 18. in prin. insti de actio. Curtius Iunior in rubri. de iudi num. 18. Maranta de ordine iudi. 4. par. distin. 1. num. 2. Petr. Dueñas rẽ. 315. ampliatione 2. D. Ant. à Padilla in l. transigere num. 106. C. de transactio. Cephal. cons. 141. num. 21. lib. 1. & cons. 35. nume. 31. eod. lib. Ioan. Bapt. Asin. plures referens in praxi iudiciorum c. 5 nume. 14. Iuli. Clar. qui etiam plures cumulat, hanc dicentes communem opinionem, de

136 qua ipse quoque fidem facit in §. fin. quæst. 1. num. 2. vbi late hoc explicat.

Sed iure regio causa criminalis dicitur, quando pro delicto imponitur pœna

5. Thom.Gram.decis. 65. num. 6.& seq.& decis.103. num. 228. & decis. 105. num. 2. cum pluribus sequentibus, Gigas de crimine lesæ magest. quæst.19.lib.2.Alciat.consil.168.Ruy. consil.175.lib.1.Aymon.de antiquit.tẽpo.1.par.num.44.Anto.Cabriel.cõmu.opin.lib.1.tit.de probatio.conclusione 2.num.28. cum seq.& num.57. plures allegans Bossi.in tit.de principe num.80. & in tit. quomodo procedatur in crimine num.17.Bonacos. commu. opin. verbo testificationi princip.Bursat.consil.166.num.30.qui alios citat,& testatur hanc esse communem opinionem, ita nec standum est iudicio & sententiæ principis, quando secundum conscientiam reiectis allegationibus & probationibus in magnum alterius præiudiciũ iudicauit, cum militer eadem ratio in hoc casu.

114 Secundò limito dictam conclusionem non procedere, quando principis sententia respiceret propriam ipsius principis vtilitatem, quia tunc ei non est standum, sicut in hoc casu non statur eius testificationi, vt tenent Thom.Gram. d. decis.65 num. 7.Afflict.super consti.in rub.de magistr.procur.num.3.Aymon.de antiquit.tempor.1.par.num.5.Anto. Gabriel.d.2.conclusione num.65.Bossi. & alij proxime citati.

115 Iudex verò inferior regulariter tenetur iudicare secundum allegata & probata,& non secundum conscientiam l.illicitas §.veritas,vbi glo.Bar. Bal. & cæteri ff.de offi. præsid. glo. in c.1.vbi scribentes de offi.ord. maximè Alciat.num. 83. glo.etiam in c. 1.de reiudi.in 6. & in c. pastoralis §. quia verò de offi.de leg. vbi feli.nu. 23.cum duobus sequentibus ponit regulam cum septem limitationibus, tradunt Bart.& doctores in l.1. C. vt quæ desunt aduoc. iudex suppleat. Bernard.Diaz reg.377. vbi Ignatius Lop. eius additionator plures allegat,qui testantur hanc esse communem opinionem, Dominic. Soto lib. 5.de iusti.& iure quæst.4.arti.2. Iacob.Nouellus reg.49.vbi ponit quinque fallentias, Couarru.lib.1.variar. resolutio.c.1.num.6.qui ait hanc esse communem opinionem.

116 Quartum remedium est de nũtiatio euangelica, quæ extra iuris ciuilis terminos per legem euangelicã in causis ciuilibus inducta est contra eum, qui detinet debitum,vel aliquam rem alienam cum peccato, ad quam de iure ciuili nulla competit *Quartũ remediu denuntiationis euangelicæ.*

117 actio;nam tunc præcedente vina monitione, ratione peccati potest iudex ecclesiasticus per euangelicam denuntiationem compellere detentorem ad pœnitentiam, & per consequens ad rei restitutionem,non solũ per censuras ecclesiasticas,sed etiam permissionem in possessionem, vt notat Bal. in auth. ad hæc col. 2. C. de vsur. declarat late Bar.in extrauaganti ad reprimendum verbo denũtiationem num,5. cum seq. Abb.in c. ad nostram in 4. de iure iur. idem Abb. & cæteri scribentes in c. nouit de iudic. Maranta de ordine iudiciorum 4.par.distin. 11. num,12.& in 6. par.vers.expeditas n.5.

118 Quintum remedium est in quisitio in causa criminali, quæ est generalis & specialis:generalis est, quando ex iudicis officio generaliter inquiritur,tam respectu personarum, quam delictorum super statu totius prouinciæ, Ciuitatis, aut loci inquirentis ad inuestiganda delicta; & delinquentes nulla nominata persona, nec delicto, vt de inde ad specialem in quisicionem deueniatur l. congruit ff.de offi.præsid.c. sicut olim de accusatio c.1.de offi. ord. tradit Bar.in l. 2. §. si publico ff. de adult. Ang.in tract. maleficiorum verbo, hæc est quædam inquisitio num.3. Amad.de synd.num.30. Maranta de ordine iudiciorum 6.par.in tit.de inquisitione *Quintum remediu inquisitionis.*

num.

num.31.probat.l.1.tit.17. par.3. & l. 5.tit.1.par.7. sed hæc inquisitio generalis non potest fieri nisi de mandato regis, vt disponit.l 2.tit. 17. part. 3.& l.3.& 4.tit.1 lib.8.recop.

119 Alia est inquisitio specialis respectu delicti, quia de eo cõstat; sed est generalis quoad personas, quia ignoratur delinquens in quo casu absq; mandato regis fieri potest, vt notat Innoc.in c.bonæ in 1.num. 5.de electione, vbi etiam Vbb.Specul.in ti. de inquisitione §.2.vers. vnde si certum, Bar.in d.l.2.§. si publico num. 17.ff.de adult.Bal. in l.edita in repetitione Patauina num.30.C.de edendo & in d. l.ea quidem nu.42.C.de accusatio.Annania, in c. qualiter & quando in 2.§. debet num.9. extra eod.tit.& in c.inquisitionis num. 4. vbi etiam Feli.num.5.eod.ti Abb.in c.1.de offi.ord. Iuli.Clar.recept.sent. lib.5.§.fin.quæst.5.num. 5. & quæst. 50.num.4.Grego.Lop. in d.l. 2. tit. 17.p.3.in gl.verbo, *mandado del rey*, probat.d.l.1 & 3.tit.17.p.3. Et quamuis de delicto specialiter non constet; si tamen agatur de certo genere delictorum, dicitur inquisitio

120 specialis respectu delicti, & generalis respectu personarum, quam de iure regio iudex facere debet, vt disponit.l.36.tit.6.lib.3.recop.

121 Alia est inquisitio specialis respectu personarum & generalis quo ad delicta; vt quando inquiritur in syndicatu contra officiales vel per aliquem visitatorem, vt tradit Ang. in d.vers.hæc est quædam inquisiti. num.3.Amad.de synd.num. 30. Maranta de ordine iudiciorum 6. par. tit.de inquisitione num. 31. Grego. Lop. in summa tit.17.par. 3. in glo. verbo *pesquisa*

122 Alia est inquisitio specialis quoad delictum & quoad personas, vt quãdo inquiritur de aliquo certo delicto contra aliquem personam nominatim de eo delicto infamatum, vt in c. postquam c. cum dilecti, cum alijs de electione, notat Bart.in d.l. 2.§.si publico ff.de adult.Bal.& Salic.in d.l. ea quidem C.de acusatio. Ang.in d.verbo, hæc est quædã inquisitio.Marian. Soci.in d. c.qualiter & quando in 2.de acusatio.Maranta in d. tit de inquisitione. Gre. Lop.in d.gl. verbo *pesquisa* d.l.1.ti. 17.par.3.Et in hac vltima inquisitione requiritur infamia, quæ habet locum accusatoris l. iustissimos C. de offi.recto.prouin.c.qualiter & quãdo c.cum oprteat de accusatio. Salic.in d.l.eã quidem col.3.C. de acusatio. Iuli.Clar.plures allegans in d. §.fin.quæst.6.nu.2.& 3.vbi ait hanc esse communem opinionem l. 2. tit. 17. par. 3.vbi Grego. Lop. notat in gloss.verbo, *en fecho de malafama* quod intellige, nisi in nonnulis casibus specialibus, in quibus absque infamia inquiri potest, vt tradit Specul.in tit.de inquisitione §.2.vers.li-

123 cet autem, Ang. in d. verbo hæc est quædam inquisitio, Maranta in d. tit.de inquisitione. Si vero sint indicia contra reum, potest absque infamia contra eum inquiri, vt notat Bar.in l.congruit ff. de officio præsid.& in d.l.2.§.si publico num.9.ff. de adult.Ang.in d.tract.maleficiorũ verbo fama publica col. 1. Salic. in d.l.ea quidem col. 3.C. de acusatio. Bossius in tit. de inquisitione num. 8.Grego.Lop.in d.l.2.in glo.verbo, *en fecho de mala fama*, & in l.3.eiusdem tituli in glo. verbo *assi como*. Ant.Gome.in c.1. delictorum num. 49.

124 Plures alias species inquisitionis tradit Marianus Socinus in d.c.qualiter & quando in 2.de acusatio.art. 1.quæst.1.vbi ponit nouem diuisiones, inquisitionis, & totidem casus, in quibus inquisitio specialis procedit, quos etiam congerit Nauarr.in c.inter verba 2. quæst. 3. corolla 62. Augusti. in additio ad Ang. de

num.2.ff.de iurisdictione omnium iudicium. quem sequitur ibi Ias. num. 17. idem Bal.in l.placet, col. penul. C. de pedane.iudic.& hoc etiam sentit Bar.in extrauaganti ad reprimendum vers. per acusationem num. 25. & in l. libellorum §. sed si aliud nu. 2.ff.de acusatio.& in l.cum lex num. 9.in fine ff. de fideiussorib. & hanc opinionem late probat contra Areti. Beroi.in d.rub. de acusatio. nume. 7. cum pluribus sequentibus, quam etiā tenet Anto. Gome.lib.3.variar.resolutio.c.1.num. 3. malecitans Bar. pro contraria opinione.in d.l.cum lex ff. de fideiussorib. Et hac opinione obtenta ex mente Bar.in d.extrauag. ad reprimendum,vers.per accusationem num.25.& in d.l. libellorum num. 2. ff.de acusationibus, melius accusatio potest diffiniri vt sit ius persequendi in iudicio ad vindictam publicam,sicut actio est ius persequendi in iudicio ad vtilitatem priuatam:quam diffinitionem ex Bar. notat & sequitur Beroi.in d.rub.de accusatio n.26.

133 Sciendum tamen est,quôd ex quocunque delicto,tam priuato,quàm publico,oritur duplex remedium, scilicet accusatio ad publicam vindictam, & actio ad vtilitatem priuatam: & sic ex quocunque crimine potest agi criminaliter ad vindictam Reipublicæ & ciuiliter ad interesse,vel damnum, vt de delicto publico probatur in l.qui nomine ff.ad l.Corne.de fals. vbi Bar. & alij notant,& in l.2.§.1.ff. vi bonor.rapt.tenent gloss.Bar. & ceteri scribentes in l. defucto ff. de publi.iudi.& de delicto priuato probatur in l.fi. ff. de priuat. delict. in l. vlti. ff. de furt. in l.præter & dixit,§. posse ff. de iniure. & in l.fin. ff.eod. tit. & in §. in summa, vbi Ang. insti eod. tit. & in §.liberorum insti.ad l. Aquiliam,& in l.21.tit.9.part.7. tradit post alios Bossi. in tit. quomodo procedatur per actionem in delictis num.1.& 2. & Anto.Gome. lib.3.de- 134 lictorum c.3.num. 37.Et ita in delictis publicis competit accusatio cuilibet de populo, dummodô non sit prohibitus accusare aliqua lege,& in priuatis delictis cōperit ei, cuius interest, vt in principio,instit.de publicis iudi. & in l.qui accusare, vbi scribentes.ff. de accusatio. & in c. prohibentur 2. quæst.1.tradit post alios Anto. Gom. d.lib.3.delictorum.c.1. nume. 28. & 31.& probat.l.2.tit. 1. par. 7. & l.14. tit.8.ead.p.

135 Vnde quando pro crimine agitur ad pœnam applicandam parti, causa dicitur ciuilis & quādo agitur ad pœnam corporalē vel pecuniariā fisco applicādā,causa dicitur criminalis, vt docet gl. in l.3.in prin.verb.centū aureorū ff.de sepulchro violato,quā ibi sequitur Bar. & gl.1.in l. aut damnum ff.de pœnis & in d.§. in summa verbo extraordinaria, insti.de iniur.tradunt Bar.in l.non solum §.vlti.ff.de procurat.Bal.in l.si quis per calumniā in prin.C.de episcop & cleri.Castrē. in l.1.nu.3.C.vbi de crimi. agi opert. Moli.in rub.de publi.iud.tenent etiā Anto.de But.col.2. Abb.num.5.Are. num.19.Feli.num.1.Deci.num. 95. in 1.lectura & in 2. lectura nume. 51. & Ripa num. 91. in rub. extra. de iudi. Guid.pap.conf. 149.num. 2. & conf. 80.num.1.Bertr an.conf.51.num.1.lib. 1.Ias.nume.15. & Gome.nume.18. in prin. insti de actio. Curtius Iunior in rubri.de iudi num.18.Maranta de ordine iudi.4.par.distin.1. num.2. Petr. Dueñas rē.315.ampliatione 2.D.Ant. à Padilla in l.transigere num.106. C. de transactio.Cephal.conf. 141. num. 21.lib.1. & conf. 35. nume.31.eod.lib. Ioan.Bapt. Asin. plures referens in praxi iudiciorum c.5 nume.14. Iuli. Clar.qui etiam plures cumulat, hanc dicentes communem opinionem, de 136 qua ipse quoque fidem facit in §. fin. quæst.1.num.2.vbi late hoc explicat.

Sed iure regio causa criminalis dicitur, quando pro delicto imponitur pœna

pœna mortis,vel multilationis mem
bri , vel alia pœna corporis afflictiua
ex l.9.tit.4.par.3.in prin.ibi,*criminal
pleyto tanto quiere dezir como acuſa-
miento o querella que faze en juycio
vn home contra otro ſobre yerro que di
ze que a hecho.de que le pueda venir
muerte, o perdimiento de miembro, o
otro eſcarmiento en ſu cuerpo.o hecha-
miento de tierra*,idem probat. l.9.tit.
16. ead. par. cum alijs adductis per
Auendanium in ſuo dictionario ver-
bo,*criminal*,ex quibus affirmat, quòd
apud nos non dicitur cauſa crimina-
lis illa in qua quis condemnatur in
pœna pecuniaria fiſco applicanda,
cum ea pœna non comprehendatur
ſub dictis legibus regijs.cuius opinio
vera mihi non videtur,quia dictæ le-
ges regię non videntur excludere pœ
nam pecuniariam fiſco applicandã,
cum ſtatim & immediate dicta l. 9.
tit.16. par.3. dicat, *mas en todos los
otros que no fueſſen criminales,aſsi co-
mo por razo de debdo,o de raiz heredia
que demandaſſen en juicio*, &c. ſub
quibus etiam verbis non comprehen-
ditur dicta pœna pecuniaria fiſco ap-
plicanda, & ſicut nec ex prima part.
legis, neque ex ſecunda comprehen-
datur dicta pœna , nec ex aliqua alia
lege huius regni , hic caſus tanquam
omiſſus remanet in diſpoſitione iuris
communis: quod ſentit Grego. Lop.
in d.l.9.tit.4.par.3.in gloſſ. verbo *cri
minal* , qui in terminis dictæ legis ſe-
quitur ſupra dictam communem do-
ctorum opinionem , quam etiam ex-
preſſe tenet Didac. Perez in rub.tit.
137 1.lib.3.ordi.col.748.Et eam praxis in
hoc regno obſeruat,vt apparet in ap-
pellationibus quæ interponuntur ad
conſiſtorium , quæ locum non habet
in cauſis, in quibus pœna applicatur
fiſco,etiam intra ſummam a lege hu-
ius regni limitatam & expreſſam , &
in appellationibus quæ interponun-
tur ad Cancellarias regias , vbi iudi-
ces cauſarum criminalium,quos *alcal
des de corte y chancilleria* dicimus,
cognoſcunt de his cauſis criminali-
bus, in quibus imponitur pœna pecu
niaria fiſco applicata, & non audito-
res.qui cognoſcunt de ciuilibus cau-
ſis:& patet etiam in pluribus alijs caſi
bus , in quibus dicta communis opi-
nio practicatur.

138 Quod intellige , quando talis pœ-
na quæ venit aplicanda fiſco,deſcen-
dit ex delicto;ſecus ſi ex contractu par
tium,vt poſt Bal.& Alex. tradit Ma-
ranta de ordine iudicior. 4. par.diſti.
prima numero. 31. & Nauarr. in ru-
brica extra deudi. numer. 31. quod
ita intelligunt doctores ſupra pro
139 cõmuni opinione citati. Ex quibus
etiam intellige, quòd iudicium dici-
tur ciuile , quando agitur tantum ad
commodum pribatum de perſe.a iudi-
cio criminali ſeparatum , ſiue cauſa
deſcendat ex delicto , ſiue ex contra-
ctu,vt teſtatur.ex communi Maranta
d.4 par.diſtin.1.num.2. & Iuli.Clar.
in d.§.fin.quæſt.1.num.2.verſ.ex quo
rum omnium dictis , & verſ. quartus
caſus eſt.

140 Eſt amen aduertendum,quòd quam
uis ex quocunque crimine oriatur ac
cuſatio criminalis ad vindictam pu-
blicam, & actio ciuilis ad priuatam
vtilitatem, & poſsit agi ciuiliter &
criminaliter, vt ſuperius dictum eſt,
non tamen poſſunt hæc duo remedia
ſimul cumulari l. interdum ff. de pu-
blicis iudicijs tradunt ſcribentes in l.
edita. C. de edendo & Iuli. Clar. in
d.§.fin.quæſt.2.num.2. ſed ſi vnum re
medium principaliter & alterum in
cidenter minus principaliter propo-
nãtur , poſſunt ſimul intentari & cu-
mulari,vt notat Bar. in l. interdum §.
qui furem num.5.ff.de furt. & docto-
res in d.l.edita C. de edendo, vbi Ro-
ma.num. 143. & Curti. Iunior num.
198. teſtantur hanc eſſe communem
opinionem,& Roland. conſ.30.num
2.lib.2.& Iuli.Cla.loco ſuperius cita
to,quos etiam ad hoc allegauimus ſu

Pra

pra in primo remedio 18. diuisione num.55. Et in hoc casu cùm accusatio criminalis principaliter intentata ad vindictam publicam sit maior & dignior quâm ciuilis incidenter, proposita ad interesse & damnum tota causa dicitur criminalis, vt post alios tradit Iuli. Clar. in d. §. fin. q. 1. num. 3. vbi hoc late explicat.

142 Vltimò sciẽdũ est, quòd cum hoc remediũ accusationis sit ordinariũ, vt tenent. glo. Bar. & cæteri scribentes in l. 2. §. si publico. ff. de adul. Innoc. & alij in c. cum oporteat de accusatio. & doctores communiter in rub. de iudicijs, vbi Decius in 1. lectura num. 76. & in 2. lectura num. 43. testatur hanc esse communem opinionem, & Bernard. Diaz reg. 336. & Iuli. Clar. in d. §. fin. q. 3. num. 3. facit. cessare remedium extraordinarium, & sic remedium inquisitionis, quando quis prosequitur suam, vel suorum iniuriam, vt post Alberic. & alios tradit Iuli. Clar. in loco proxime citato quod praxis in hoc regno absque distinctione obseruat, cessante collusione & fraude, quamuis de iure communi longam faciat distinctionem. Salyc. in l. ea quidem num. 54. C. de accusatio. & alij per Iuli. Clar. in d. q. 3. num. 4. & 5. citati: quę praxis procedit etiam si parti offensę sit a iudice statutus terminus ad accusandum, & intra illum non accusauerit: quia si expresse non dixerit se nolle accusare, poterit postea accusare, cuius accusatione cessat inquisitio cõtra practicam, quam in contrarium tradit. Alex. in addictio. ad Bar. in l. 2. §. si publico num. 2. in verbo modum inquisitionis, ff. de adult. quem sequuntur communiter doctores, vt post Blan. testatur Iuli. Clar. in d. q. 3 num. 8. Modum autem procedendi per viam accusationis & inquisitionis dicemus, placente Deo in exercitio causę criminalis in lib. 4.

143 Septimum remedium est denunciatio, quę est delatio alicuius criminis apud iudicem competentem ad pęnam vel correctionem delinquenti inferendam, secundum Pręposit. in summa. 2. q. 8. & Bernard. Diaz in practica criminali c. 6. scribentes in c. nouit de iudi. vbi tradunt aliam diffinitionem quam late explicat Nauar. ibi notab. 5. nu. 2. in qua comprehenditur omnis denuntiatio, scilicet iudicialis, euangelica, & canonica: tradunt etiam Bart. in extrauag. ad reprimendum, versi. per denuntiationem, Salic. in l. ea quidem C. de accusatio. & in l. Diuus ff. de custo. reor. Maranta de ordine iudicior. 6. part. versi. ex prędicta materia. *septimũ remedium de nunciationis*

144 Et hæc denuntiatio fit ex duplici causa, aut publici delicti ratione quando agitur ad vindictam, vel vtilitatem publicam, pro vt diximus in præcedenti remedio accusationis in quo casu regulariter quilibet de populo admittitur ad denuntiandum, si specialiter de iure non sit prohibitus, vt notat. Bart. in l. Diuus, nu. 7. ff. de custo. reor. declarat Iuli. Clar. in d. §. fin. quæst. 7. num. 2. & de consuetudine in hoc regno omnes admittuntur, nisi in casibus in quibus specialiter per statutum vel consuetudinem non potest procedi, nisi ad instantiam partis, aut ratione alicuius muneris, vel officij: nam plures solent creari officiales publici ad denuntiandum contra eos, qui transgreduntur statuta, vel consuetudines ciuitatis. vt in l. 1. §. fin, ff. de offici. præfecti. vrb. & in dict. l. ea quidem C. de accusationib. tradunt Bartu. & scribentes in dicta l. diuus ff. de custo. reor. vel quando iudex creat fiscalem in aliqua causa, vt notant Bartu. & Platea in l. 2. de delat. lib. 10. idem Bart. in d. l. Diuus num. 7. & Salicet. in d. l. ea quidẽ C. de accusatio. num. 11. fit etiam

denunciatio ratione priuati delicti ad interesse,& vtilitatem priuatam, vt notat Speculator in tit. de denunciatione,§.2.versic.Priuata; tradũt Bart. in d.Extrauag.ad reprimendum, versic.Per denunciationem, Abb.& alij in dicto cap.nouit,de iudic. Maranta de ordine iudiciorum,6.p. versic.Expedita,num.3.

145 Modus autem procedendi per viã denunciationis est ordinarius, cap.licet heli,de simonia, d.Extrauagan.ad repriměndum,dicta l.ea quidem,C.de accusat. vbi latè Salicet. l.27.titu.1. par.7. & apud nos proceditur sicut per viam accusationis per libellum, aut per viam actus, vt suo loco dicemus.
146 Fit etiam denunciatio simpliciter,motu proprio alicuius, dando iudici solam delicti notitiam; & tunc,si delictum est ex his, de quibus iudex potest ex officio procedere per viam inquisitionis, quilibet admittitur ad hanc denuncitaionem, & iudex cũ aperta sit ei via inquirendi,tenetur inquirere de eo delicto, & recepta informatione, contra delinquentẽ procedere, iudiciario ordine, vt in §.remedio diximus; quia Reipublicæ interest,vt delicta ad Magistratum nonotitiam perueniant,ne remaneãt impunita,ex vulgatis iuribus; & ita in effectu notat Bartol.in dicta l. diuus, versic.Vlterius quæro ff.de custodia reorum, Salicet. in dicta l. ea quidẽ, quæst.13.C.de accusatio. Bos.in praxi,tit. de denunciatione, num.2. qui testatur,hanc esse communẽ opinionem, Iulius Clar. in dicto §.fin. q.7. num.2.
147 Et quando dictum denunciãtis sufficiat non solùm ad inquirendum,sed etiam ad condemnandũ,tradit idem Iulius Clar. loco proximè citato num.3. Cætera circa hoc denũciationis remedium, & modũ in eo procedendi in exercitio causæ criminalis,infra in lib.4.dicemus.

148 His itaque præmissis, vt ad exercitium actionum deueniamus, sciẽdum est,quòd ad hoc vt quis possit consequi in iudico quod sibi debetur, decem sunt necessaria. Primò requiritur, cõpetentis remedij electio; secundò, quòd obligatio procedat, ex qua orta sit actio; tertiò voluntas agendi; quartò potestas agendi de facto; quintò, potestas agendi de iure; sextò, potestas,agendi nomine alieno,hoc est, mandatũ; 141
septimò, vt reus possit de facto cõueniri; octauò,vt possit etiam reus de iure conueniri; nonò,potestas iudicantis; decimò, vt iudiciarius ordo seruetur, & vt libellus in scriptis offeratur,& reus citetur, & quia
149 per citationem inducitur contumacia. De quibus omnibus requisitis in hoc primo libro principaliter pro nunc tractandum est,vbi plures cõtingibilium quæstionum resolutiones non parum vtiles adducentur. Et tota ciuilis practica fundata de iure communi & regio, secundum hodiernum stylum, Deo duce, pro iuuenum exercitatione abundè declarabuntur, vbi plura notatu digna etiam pro maiorum vtilitate explicabuntur, & in secundo libro plures in specie actiones cum earũ materia practicabili interpretabuntur.

150 Quoad primum igitur requisitũ, actor antequàm in iudicio ius suum persequatur, aduertere, & maturè, deliberare debet, quod remedium de iure sibi cõpetere possit, etsi duo, vel plura sibi competant remedia contraria,vnum eligere debet, quo electo, non dabitur regulariter ei regressus ad alterum,l.quod in hæredem,§.eligere,ff.de tribut.tradũt glos.Bart.& cæteri Scribentes in lege,edita,C.de edendo; de quo facit regulam cum pluribus limitationibus,Marian.Socin.in cap.dilecti, numero 35. cum pluribus sequẽtibus, de libelli oblatione,& Anton.Gabr. lib.2.

lib. 2. communium opinio. in tit. de action. conclus. 1. 2. & 3. per totū, tradit etiam Federic. Schot. lib. 4. responsorum, respons. 17. per totum, & Guid. Pap. consi. 96. n. 65. & sequēti, l. 7. tit. 10. par. 3. quæ hoc declaramus in cap. vndecimo isto lib. Ad
151 quam electionem oportet, vt aduocatos consulat peritiores & expertos, l. si quis, ibi: Si cum peritioribus tractatum habuisses, facile cognosceres, C. de ingenu. & manumiss. quam ad hoc dicit singularem Barbac. consil. 1. num. 8. lib. 1. & in repetitione rubr. C. qui admitti, num. 15 nec opinioni vnius fidat; sed plurimorum consilia quærat, l. si idem cū eodem, ibi: Sabino Cassio, & Proculo placuit, ff. de iurisdictione omniū iudicum, l. cum filio, §. filio, ff. de vulga. & pupill. substitu. Et sic actor parabit sibi iudiciū & iustiā, iuxta illud Eccles. 18. c. Ante iudiciū, paraiusti tiā tibi; & antequam loquaris, disce,

EX CAPITE SECVN-do summaria.

1 *NEMO sine actione in indicio experiri potest.*

2 *Si quis sine actione experitur, acta reducuntur nulla, etiā parte non opponente.*

3 *Iudex ex officio suo, etiamsi reus t̄ceneri debet agentem sine actione repellere.*

4 *Iudex tenetur libellum sine actione lacerare, & actorem in expensis condemnare.*

5 *Iudex, qui non repellit a iudicio agentem sine actione, in expensis venit cōdemnandus, quādo reus ignorat actorem sine actione experiri.*

6 *Iudici si constat de calūnia, tenetur ex suo officio litigantem calumniosum a iud cio repellere.*

7 *Iudex tenetur ex officio repellere exceptionem euidenter calumniosam, etiam actore non petente.*

8 *Iudex ex officio suo tenetur repellere libellum ineptum, parte non petente.*

9 *Libellus, quibus modis dicatur ineptus, remissiue.*

10 *Iudex, si litigantem calumniosum non repellit, poterit altera pars se defendere, & cauilationes aduersarij per alias cauilationes repellere.*

11 *Pars interrogare in cōfesione tenetur dicere veritatem, etiam cōtra se.*

12 *Creditor ante diem agere non potest, & si agat, est a iuduce repellendus; nam actione carere dicitur, qui ante diē iudicium mouere intendit.*

13 *Fideiussor si ante diē soluit, actionem mandati, non habet nisi die aduenente.*

14 *In dilatione tacite a lege subintellecta, non datur actio antequam dies aduentat.*

15 *Legatarius cōditionale vel in diem, antequam dies, vel conditio existat, nec repudiari, nec peti potest, & ius de futuro in iudicio deduci*

ti sit deletum.

31 Creditor in diem potest ante diem agere, vt die adueniente ei soluatur, cum ante diem nata sit actio.

32 Indubio tempus presumitur appositum causa differende solutionis.

33 Solutio quamuis sit de futuro, creditor habet obligationem & actionem natam, & ius in spe certa de presenti, quod potest in iudicio deducere.

34 Lex nō quemadmodū, & l. non potest. ff. de iudi. & l. 1. in prin. ff. de vsur. quo modo intelligantur.

35 Successor maioratus potest, viuēte possessore, petere vt declaretur verus ipsius maioratus successor, & eius bona post mortem possessoris ad cū pertinere.

36 Ille cui aliquid ius competit, potest petere vt declaretur illud ius sibi competere.

37 Iudex potest compellere debitorē, vt faciat creditori instrumentum debiti ante diem vel conditionem, vt facilius possit creditor consequi debitum.

38 Qui pro debito alterius timet grauari, potest iudicis officium implorare, vt illud prohibeat.

39 Si deletum sit Chirographum debiti conditionalis, potest creditor ante euentum conditionis ius suum in iudicio deducere.

40 Legatarius potest agere pro legatis annuis futuris.

41 Valet sententia lata super vsuris nondum debitis, sed in futurum debendis.

42 Cautio potest peti pro dāno futuro.

43 Habens exceptionem contra creditorem, potest petere vt declaretur eam exceptionem sibi competere.

44 Debitor in diem vel sub conditione, licet non possit cogi vt soluat, vel vt caueat de dando: potest tamen condemnari ad dandum tempore, vel conditione adueniente.

45 Non solum quis potest agere in iudicio super iure de preterito & presenti, sed etiam super iure de futuro, quod habet in spe.

46 Actio preiudicialis de partu agnoscendo competit etiam agnato aduersus agnatum, vt pronuncietur agnatus, & econtra potest quis petere aliquem declarari non esse agnatum, vel coniunctum, aut proximum.

47 Proximus successor qui ius in aliqua successione immutabili habere sperat, potest incusare matrimonium, & dicere filios esse illegitimos, quo eos ab successione excludat, non solum incidenter, sed etiā principaliter.

48 Successor alicuius fideicōmissi ex dispositione immutabili & irreuocabili fundatoris, quę non est subiecta voluntati possessoris, dicitur habere ius quęsitum considerabile de presenti, quamuis implementū pendeat a futuro euentu, & sit interim suspensum.

49 Spes succedendi in feudo dicitur probabilis, & ius considerabile de presenti, quia sola volūtate vasalli possidentis auferri non potest, cū causa sit fundata in inuestitura feudi.

50 *Primogenitus, vel alius successor, qui obtinet primum locum in successione maioratus, vel fideicōmissarius, cui hęres grauatus tenetur post mortem, vel in diem, vel sub conditione aliquam rem restituere potest petere a possessore ipsius maioratus, vel ab herede grauato satisdationem, alias fidei commissarius, vel successor maioratus mittendus est in possessione bonorum.*

51 *Grauatus non solum tenetur cauere, sed etiam fideicōmissarius primus tenetur cautionem pręstare posterioribus.*

52 *Debitor in diem vel sub conditione potest cogi ad pręstandum cautionem.*

53 *Successor maioratus, vel fideicōmissarius vocatus sub conditione, potest petere inuentarij confectionem.*

54 *Successor maioratus potest viuente possessore impedire alienationem rerū maioratus, quę expresse prohibita sunt alienari: & similiter quando tacite sunt prohibita, si magna sit lapidatio.*

55 *Ius in spe quęsitum auferri non potest.*

56 *Ius in spe quęsitum etiam per principem auferri non potest.*

57 *Princeps sine iusta & legitima causa non potest tollere ius primogenituręnec conditiones eius mutare, nec derogare iuri vocatorum in eorum pręiudicium; quia consideratur ius, quod vocati habent in spe probabili de pręsenti.*

58 *Si princeps cum iusta causa vult derogare iure vocatorū substitui, vel successores maioratus citandi sunt.*

59 *Filius legitimatus per principem non excludit agnatos, & consanguineos proximiores vocatos ad maioratus successionem.*

60 *Fideicommissarius potest disponere de iure, quod in spe habet in fideicommisso conditionali, vel de eo quod est in spe probabili sicut de eo quod re ipsa competit.*

61 *Vxor tempore contractus matrimonij potest renunciare bonis lucrandis constante matrimonio, quia ex ipso cōtractu matrimonij habet ius in spe ad bona lucranda.*

62 *Clausula in contractibus apposita, quod quis remittit omne ius quod habet, vel habere sperat ex aliqua causa, debet intelligi ex causa fundata de presenti, cuius implementum pendet a futuro euentu, & nō ex causa de futuro.*

63 *Cum sponsa de futuro quamuis nō committitur adulterium tamen potest sponsa de futuro ab sponso accusari.*

64 *Successorem maioratus non esse admittendum viuente possessore, vt declaretur verus successor post mortem possessoris, tenent plures.*

65 *Ius quod habet successor maioratus, vel fideicommissarius in diē, vel sub conditione, est ius de futuro, & ante euentum conditionis fuper iure conditionale, & de futuro iudicium fundari non potest.*

66 *Iudicium fundari non potest ita quod ex post facto possit esse inane, & frustratorium.*

67 *Ante aduentum diei, vel conditionis*

tionis, legatum non potest repudiari, quia nō pertinet legatario, antequam dies veniat, vel conditio existat.

68 Si filius liberti impubes ex prima parte, bonorum possessionem accipiat, qui sequentis gradus sunt nō admittuntur.

69 In successione maioratus praefertur qui est proximior tempore mortis possessoris.

70 Successor maioratus si timet quod probationum copia possit perire, potest petere, vt testes ad perpetuam rei memoriam examinentur.

71 Primam opinionem tanquam veriorem & probabiliorem sequitur autor, & respondet fundamentis prosecunda opinione adductis.

72 L. non quemadmodū & l. non potest. ff. de iudi. & l. 1. §. 1. de vsur. loquūtur quando iudicium fundatur super iure de futuro respectu rei: secus quando iudicium fundatur super iure de praesenti respectu spei probabilis, vt in prima opinione.

73 Triplex est ius quod alieni competere potest, vnum ius de praesenti in totum: secundū ius de futuro ex causa de praesenti, quod debetur spe tantum, & non re, tertium ius est, quod competit de futuro ex causa de futuro, quod non debetur nec re nec spe.

74 L. non quem ad modum & l. non potest ff de iudic. & l. 1. §. 1. ff. de vsur procedunt in iure de futuro ex causa de futuro.

75 Intellectus ad l. litigatores §. fin ff. de arb. & ad l. si praetor. ff. de iudi & ad l. 26. titu. 4 part. 3.

76 Intellectus ad l. si ita scriptum §. 1. ff. de leg. 1. ibi non pertinet ad nos, antequam dies veniat.

77 Intellectus ad l. si filius qui patri §. Papinianus, vers. cum filius liberti, ibi: Qui sequentis gradus sunt, non admittuntur interim.

78 Intellectus ad l. cum ita legatur. §. in fideicommisso, & ad l. peto §. fratre ff. de leg. 2.

79 Mali euentus non sunt expectandi.

80 Testes ad perpetuam rei memoriā non recipiuntur, nisi subsit causa, hoc est, timor mortis, vel absentiae.

81 Succurritur reo exceptionē habenti, vt possit petere vt declaretur actionem sibi competere, non obstāte remedio probationis ad perpetuam rei memoriam.

82 Actio praeiudicialis quae competit successori maioratus, potest intentari affirmatiue & negatiue.

83 Praescriptio temporalis est exceptio, ideo iudex ex officio non potest repellere agentem, contra quē est praescriptum.

84 Quando nata est actio, licet eius dies nondum asserit, si reus non opponat, iudex ex offitio suo repellere non potest agentem ante diē:

85 Valet iudicium super iure de futuro superueniente, si pars non opponat.

86 Reo volente potest quis agere sine actione.

87 Quando quis agit de facto non ad

raquel. plures citãs in l. si vnquam ver bo reuertatur, num. 345. C. de reuoc. donatio. Segura in l. si ex legati causa num. 83. ff. de verbor. obligatio. vbi Didac. Perez in eius additionem plures allegat Redin. de Maiest. princip. in verbo, sed etiam per legitimos tramites, num. 130. Ioan. Cephal. conf. 112. num. 5. lib. 1. Menoch. d. lib. 1. de arbit.
4 iudi. quæst. 16. num. 3. Et tenetur iudex libellum sine actione lacerare, & actorem in expensis condemnare, vt scripsit Decius consi. 302. col. 1. & Curti. Senior consi. 163. col. 1. Bellon. cons. 25. num. 1. quos sequitur Menochi. loco citato, vbi post Curtium seniorem num. 31. & Iacob. de Sancto Georgo
5 in d. l. vbi pactum. C. de transactio. & Chassanæ. d. conf. 68. num. 26. ait, quod iudex qui non repellit à iudicio agentem sine actione, tenetur parti ad interesse, quando reus ignorat actorem sine actione experiri.

6 Quod procedit etiam in eo qui cum calumnia litigat: nam quando iudici constat de calumniã, tenetur etiam ex suo officio litigantem calumniosum a iudicio repellere, secundum glos. in l. qui cum maior. §. si patris mortem, verbo calũniosam. ff. de bon. libert. quod tenent quoque Bal. in l. 1. num. 11. C. quo modo & quando iudex. Imol. in l. penul. §. ad crimen. num. 21. vers. sexto fallit ff. de publi. iudi. Ripa in d. l. 4. §. hoc autem iudicium, num. 52. ff. de damno infecto Ias. in l. 1. §. 4. vbi etiam Purpurat. num. 115. ff. de offi. assessor. Anto. à Padilla in d. l. vbi pactum. num. 19. C. de transactio Redin.
7 loco citato. Et pari ratione tenetur iudex ex officio suo repellere exceptionem euidenter calumniosam, actore non petente. l. 1 in fine C. vt nemo priuat. gloss. in d. l. qui cum maior. §. si patris. ff. de bon. liber. Ang. in rub. instit. de exceptio. nu. 33. Redin. in d. verbo, sed etiam per legitimos tramites, num. 133. Immo libellum ineptum par-
8 te non petente iudex ex officio suo repellere debet, vt tenet gloss. in l. 1. verbo libellis. ff. de officio assessor. quam ibi sequuntur Bart. num. 2. Alberi. num. 1. Ang. num. 1. Ias. num 4. Purpu at. num. 100 & Orosci. num. 4. idem Bart. in l. si vnus. §. pactus ne peteret num. 20. ff. de pact. Anto. a Padilla, in d. l. vbi pactum num. 21. C. de transactio. & alij superius citati. Et
9 quibus modis libellus dicatur ineptus, declarat late Bologn. in dict. l. 1. num.
10 19. & 20. ff. de officio assessorum. Si vero iudex litigantem calumniosum non repellat, poterit altera pars se defendere, & cauillationes aduersarij per alias cauillationes repellere, nam non videtur fraudem facere, qui fraudem excludit. l. cum pater. §. si Titio fratri in fine ff. de leg. 2. c. dominus noster 23. q 2. glos. in c. cupientes verbo malignantium de electione in 6. Hip-
11 polyt. sing. 177. quod intellige extra confessionem, in qua interrogatus tenetur dicere veritatem etiam contra se ex his quæ notat glo. magna in c. 1. de confessis in 6. tradit. Beroi. in c. 1. num 46 de probatio.

12 Tertio extende, vt procedat dicta regula, & communis conclusio, etiam si nata sit actio & obligatio, si tamen eius dies nondum cessit, vt in creditore, qui ante diem agere non potest, etsi agat, est à iudice repellendus: nam actione carere dicitur, qui ante diem iudicium mouere intendit l. certi condictio, in prin. ff. si cert. pet. ibi; Cæterum si in diem sit, vel sub conditione obligatio, ante diem vel conditionem non potero agere. §. plus autem instit. de actio. §. temporales institut. de exceptio. capitulo 1. cum ibi notatis de plus petitio. l. iustas C. de iure fisci libro decimo l. eum qui calendis, ff. de verborum obligationibus l. cedere diem ff. de verbor. signi. male enim agere dicitur, qui ante diem agit. l. 1. §. fin. ff quando dies vsusfructus legati cedat, quem

ad hoc allegat Bar. in l. exceptionem C. de probatio. & in l. eum qui ita stipulatur in fine ff. de verb. oblig. & in l. lecta num. 22. ff. si cer. pet. quibus in locis communiter concluditur, quod si exceptio apponatur contra agentem ante diem, excludi
13 tur actor à petitione. Preterea, si fide iussor ante diem soluat, actionem mandati non habet nisi die aduenien te. l. fide iussor ff. mandati ibi; Ac ne mãdati, quidem actionem ante quam dies soluendi veniat, cum reo habe-
14 bit. Et in dilatione tacite à lege sub intellecta non datur actio, antequam dies adueniat. l. interdum ff. de verbor. oblig. l. 1. in fine ff. de conditio.
15 & demonstratio. Et antequam dies vel conditio existat, legatum conditionale vel in diem nec repudiari, nec peti potest. l. si ita scriptum §. si sub conditione ff. de leg. 2. Item ius de futuro in iudicio deduci non potest. l. non quemadmodum. l. non potest ff de iudi. l. 1. in prin. ff. de vsur.
16 Prædictam tamen extensionem intel ligo, si pars aduersa opponat: nam tunc iudex debet repellere agentem ante diem: secus si non opponat, cum statim obligatio & actio orta sit, etsi agenti ante diem obstet exceptio, ex his quę infra in quinta illatione dicemus.

Limita tamen primo supradictam regulam, & communem conclusionem non procedere, quando ex facto de præterito spes est actionem oriri pendente lite, etiam si de præsenti actio non competat, quia tunc agens sine actione repelli non potest. l. si Titius, vbi Bar. & scribentes ff. de verbor. obligatio. doctores in d. l. non potest. ff. de iudic. & in c. fin. vt lite pendente, Afflict. in c. 1. nu. 105. cum alijs sequentibus, qui successo. tene. Ruy. cons. 12. num. 8. lib. 4. Bellon. cons. 25. numero 3. Beroi. q. 102. Ioan. Cephal. cons. 112. numero 17. cum seq. lib. 1. Menochi. d. lib. 1. de arbitra. iudi. quest. 16. numero 5. Prosper. Pashet. cons. 107. numero 8. & cons. 159. num. 3.

18 Hinc est, quod actor qui in actione reali proposuit ius dominij, vel quasi, quod sibi non competebat, nulla causa remota expressa, quæ non est necessaria, vt notat glos. communiter recepta in l. 1. in principio ff. de edẽdo, & in c. 2. de libelli oblatio. tenent scribentes in c. examinata, & in c. dilecti de iudic. vbi Abb. num. 14. & Decius numero 9. testantur hanc esse communem opinionẽ. Si lite con testata pendente iudicio fiat dominus eiusdem rei, & sic ius dominij, vel quasi, sibi super veniat, includitur in generali petitione, & valet iudicium inchoatum sine actione, vel super iu-
19 re de futuro: & idem erit si proposuit ius dominij, vel quasi, certa & speciali causa expressa, ex qua dominium sibi superuenit, vt probatur in c. Abbate sane, vbi scribentes de re reiudi. in 6. & in l. si mater. §. si quis autem, & §. eandem ff. de exceptio.
20 rei iudi. Sed si dominium vel quasi superueniat ex alia diuersa causa, tũc non clauditur in petitione, & est repellẽdus actor ab illo iudicio, & reus absoluendus reseruato illo iure, quod superuenit actori, vt possit in alio iudicio agere, vt probatur etiam in d. c. Abbate sane & in d. §. si quis autem & in §. eadẽ & notat Ferrara in pract. in actione reali in verbo, deducendo
21 in presenti iudicio. Si vero actor egit actione personali, in qua non solum tenetur exprimere causam proximã, hoc est, ipsam obligationem, sed remotam, nempe contractum, ex quo oritur ipsa obligatio, vt notat glo. & doct. in d. l. 1. in principio ff. de edendo, & alij doctores supra citati, & ius superuenit ex noua causa, quę non retrotrahitur, tunc ius superueniens, quantumcunque specificatũ in ipsa

ipso libello, non clauditur in iudicio cœpto, sed in alio iudex debet illud reseruare. l. non potest. l. non quemadmodum ff. de iudicijs vbi scribentes & in dicto. c. Abbate sane de re iudicata in sexto. Si tamen ius super-
22 uenit ex causa de preterito quæ potest retro trahi licet libellus sit specialis cum expreßione causæ tale ius superueniés clauditur in iudicio cœpto & valet iudicium ceptum sine actione super iure de futuro. l. si rem la primera §. fin. ff. de pignoratitia actione cuius verba sunt, qui ante solutionem egit pignorati ia, licet non recte egit, tamen si offerat in iudicio pecuniam, debet rem pignoratam, & quod sua interest consequi, quem textum ita intelligunt ibi glo. Bar. Bal. & alij scribentes, idem probat. l. si mandauero tibi, vt à Titio. ff. mandati, cuius verba sunt, si mandauero tibi vt à Titio decem exegeris, & ante ea exacta mandati tecũ egero, si ante rem iudicatam exegeris, condemnandum esse constat. ex quibus iuribus non obscure colligitur, non recte ea iura intelligisse Ludouic. de Molina libro tertio de Hispan. primo gen. cap. decimo quarto numero vigesimo, dum ait, iudicium in dictis legibus valere super iure de futuro, quia ex partis tollerantia fuit continuatum ex traditis per doctores in. d. c. Albate sane de re iudicata in sexto, qui intellectus licet in se sit verus, prout infra dicetur, minime tamẽ ex dictis legibus probatur: verus enim sensus earum legum est, quod ideo ibi valet iudiciũ, quia ius, quod eo pendente superuenit, erat ex causa de preterito, quę poterat retrotrahi, vt intelligunt Ferrara in practica in forma libelli in actione reali in dicto verbo deducendo in presenti iudicio numero tertio. & Paul. Castren. in d. l. non potest num. octauo & in d. lege non quemadmodum numero tertio, ff. de Iudicijs.

Ex his etiam infertur, quod licet
23 actio non competat non ad implenti ex sua parte id quod debet. c. 1. quar. domi. propri. feud. priue. vbi notat Bal. l. Iulianus. §. offerri, vbi scribentes ff. de actionib. empti. & in l. cum proponas. C. de pact. tradunt. Alex. conf. 49. numero tertio & 4. numero secundo. Deci. conf. 421 Soci. conf. 273. col. 2. libro secundo & in l. 2. ad finem. C. de pact. Crauet. conf. 151. numero decimo & conf. 199. numero decimo quinto. Grat. conf. 25. in principio lib. primo Plot. in l. si quando numero 166. C. vnde vi Mendoss. ad Roma. conf. 244. nu. quarto. Vrsil. ad Afflict. decis. 220. numero tertio & quarto. Caualcan. in tract. de vsu fruct. mulier. numero 166. Roland à Valle conf. 53. numero vigesimo octauo. libro primo. Franc. Becci. conf. 4. numero trigesimo nono. Simon de Pret. conf. 97. numero quadragesimo septimo. libro primo Hippolyt, Riminald. conf. 52. numer. decimo. libro primo & ille qui vult prius agere, probare debet pro sua parte esse ad impletum, vt scripserunt Bar. in. l. in illa. ff. de verborum obligationibus, Alex dicto conf. 49. numero tertio, & conf. 101. ante finem. lib. secundo, & conf. 41. col. 2. libro tertio & conf. 79. lib. 4. & conf. 52. lib. 6. Philip. Corne. conf. 101. col. 2. & conf. 111. col. 3. & conf. 113. col. 2. lib. 1. & conf. 11. col penul. lib 2. Crauet. conf. 193. num. 15. Hippolyt Riminald. dicto conf. 52. num. 11. lib. 1. quod procedit in omnibus contractibus, vt declarat Alex. conf. 112. num. 2. lib. 2. & conf. 222. num 14. eod. lib. cum pluribus alijs allegatis per Coz. conf. 94. nu. 45. 49. & Simon. de Pret. dicto conf. 97. numero 49. Attamen
24 agens poterit pendente iudicio ex sua parte ad implere, & iudicum conualidare, vt notat Alex. conf. 27 col.

30 Quarto infertur, quod ius conditionale potest in iudiciū deduci ante aduentum conditionis, si Chirographum debiti sit deletum. l. lege Aquilia si deletum Chirographum ff. ad legem Aquiliam: nam ratione iuris quod creditor habet in spe de præsenti potest ius de futuro in iudicio deducere, & alia etiam ratione, quia debitor erat in dolo Chirographum delendo, vt notat glo. quam ibi communiter sequuntur scribentes in dicta l. 1. C. de sent. quæ sine certa quantitate proferuntur, Bar. et alij in l. 1. ff. de vsur. Ludouic. de Molina loco citato nu. 22. quod probatur ex l. 1. tit. 2. par. 3. ibi, *esso mismo de lo que attende de que deue auer enel tiempo que es por venir, de que el semeja que le fazen cosa por que adelante pueda ser embargado, o perdido todo.*

31 Quinto infertur, quod creditor in die potest ante diem agere, vt die adueniente ei soluatur: nam cum ante diem nata sit actio & obligatio. l. cedere diem, vbi Alciat. num. 10. ff. de verbor. signi. Ripa & alij scribentes in l. ita stipulatus. ff. de verbor. obligatio. Alex conf. 133. num. 9. lib. 5. talis actio in iudicio proponi & exerceri potest, non obstante diei vel temporis oppositione, quia cum ab initio ex contractu sit nata obligatio & actio mediante iuris dispositione, non potuit alterari, nec tolli ac ipsis contrahentibus per adiectionem diei vel temporis, vt post Bar. in d. l. stipulatus num. 39. ff. de verbor. obligatio. tradit Octauia. Cacher. in d. decis. 130. num. 9.

32 & 10. arg. l. Cerdonem. ff. de operis libert. & quia indubio tempus præsumitur appositum causa differendæ solutionis, vt notat Bar. in l. eum qui ita. §. qui ita ff. de ver. obli. & ita quamuis solutio sit de futuro,

33 creditor habet actionem & obligationem natam, & ius in spe certa de præsenti, quod poterit in iudicium deducere per supra dicta iura, & cum agatur tantum ad declarationem debiti, vt eius solutio fiat adueniente die non dicitur agi super iure de futuro, nec peti ante diem secundum Octauian. Cacher. in loco citato, qui in num 15. satisfacit. l. non

34 quemadmodum, & l. non potest. ff. de iudi. & l. 1. in prin. ff. de vsur. dicens illa iura procedere, quando aliquid in totum pendet à futuro euentu, secus si vires capiat à præsenti statu, à quo dependentiam habet status futurus, & iura supra citata, quę disponunt, quod ante tempus agi non posit, procedunt, vt ipse Cacher. etiam ait quo ad effectum, vt solutio tunc fiat: secus si actio ante tēpus proponatur, vt adueniente tempore solutio fiat, vt respondet Afflict. decis. 279. in fine, vbi testatur ita fuisse iudicatum in Neapolitaneo consilio.

35 Sexto infertur, quod viuente possessore maioratus poterit eius successor petere, vt declaretur verus ipsius maioratus successor, & eius bona post mortē possessoris ad eum pertinere, quia cum abinitio ex institutione firma & inmutabili maioratus, mediante iuris dispositione successor habeat ius in spe de pręsenti non dicitur super iure de futuro agi, cum agatur tantum ad declarationem successionis respectu iuris, quod successor habet de presenti in spe probabili, a quo dependet status futurus dictę successionis, adueniente morte possessoris, in cuius confirmationem primo adducitur l. si duo patroni, in prin. & l. vti frui. §. verum ff. si vsusfruct. pet. l. Aurelius §.

36 centum. iuncta glo. vltima. ff. de liberatio. leg. quibus iuribus probatur, quod ille cui aliquod ius cōpetit potest petere vt declaretur illud ius sibi competere

37 competere, Secundò adducitur, l. sicut datam, C. de liberali causa, vbi probatur quòd iudex potest compellere debitorem, vt faciat creditori instrumentum debiti, ante diē vel conditionem, vt faciliùs possit
38 creditor consequi debitum. Tertiò probatur hæc opinio ex l. 3. C. qui bon. cedere poss. vbi ille qui pro debito alterius timet grauari, potest iudicis officium implorare, vt
39 illud prohibeat. Quartò adducitur text. in l. Aquilia. ff. ad l. Aquil. vbi si chyrographum debiti conditionalis sit deletum potest creditor ante euentum conditionis ius suum in iudicium deducere. Quintò text. in l.
40 5. C. de fideicommiss. vbi legatarius
41 potest agere pro legatis annuis futuris. Sextò l. 1. C. de senten. quæ sine certa quantit. profer. vbi valet, sententia lata super vsuris nondum
42 debitis, sed in futurum debendis. Septimo. l. si finita. §. eleganter, ff. de damno infecto vbi potest peti cau-
43 tio pro damno futuro. Octauo. l. si contendat iuncta glos. ff. de fideiussorib. vbi si quis habet exceptionem contra creditorem, potest petere, vt declaretur eam exceptionem sibi
44 competere. Nono adducitur. l. in omnibus, ff. de iudi. vbi licet debitor in diem, vel sub coditione non possit cogi, vt soluat; vel vt caueat de dando; potest tamen condemnari ad dandum tempore, vel conditione adueniente; ita in hoc casu licet non possit successor maioratus agere contra possessorem, vt restituat ei bona maioratus post mortem, potest tamen petere vt declaretur successor mortuo ipso possessore. Decimo probatur ex l. 1. titu. 2. part. 3. ibi. *Esso mismo de luego atiende que deue auer en el tiempo que es por venir de que el semeja que le fazen cosa porque adelan e pueda er embargado o perdido odo:* ex qua l. expres-

45 se probatur, quod quis non solum potest agere in iudicio super iure de præterito & præsenti, sed etiam super iure de futuro, quod habet in spe quibus fundamentis hanc opinionem in terminis maioratuum Hispanorum expresse tenent Roderic. Suarez allegatione quarta per totam, Gouarrub. lib. 1. variarum resolutio, cap. 18. numer. 8. Simanc. de primoge. Hispaniar. lib. 1. cap. 28. Pelaez à Mieres in tractat. maiora. secunda parte in initio, numer. 64. & eam etiam sequutus fuit Gregor. Lop. in dict. l. 1. tit. 2. part. 3. in glo. verbo, *en el tiempo que es por venir*, licet dicat fortius eam procedere, quando vltimus possessor dissipat, vel alienat bona maioratus.

46 In quorum opinionis confirmationem vndecimo adde, quòd actio præiudicialis de partu agnoscendo competit, & datur etiam agnato aduersus agnatum, vt pronuntietur agnatus, quia sua interest, vt declaretur esse agnatum, vt possit ferre nomen familiæ & agnationis, & vti armis, & insignibus nobiliū, & sperare feuda, aut alias successiones, & econtra potest etiam quis petere aliquem declarari non esse agnatum, vel coniunctum, aut proximum, vt tradit Ioan. de Blonasco in §. præiudiciales in actione qua quæritur, an quis sit filius instit. de actio. ibi tenent etiam Ias. num. 47. & Misingerius num. 27. Vuesemb. conf. 44. num. 10. & seq. diximus in c. 1. §. vlti. lib. 1.

47 Duodecimo facit, quod successor proximus, qui ius in aliqua successione immutabili habere sperat, potest in cusare matrimonium, & dicere filios esse illegitimos, quo eos ab successione excludat non solum incidenter, sed etiam principaliter, l. vbicumque, §. interdum, vbi Bar. numer. 1. ff. de ventre in possess. mit.

Innoc.

Innoc. in cap. tuam de ordine cognitio. Speculat. in titul. qui filij sint legitimi circa principium, idem Bar. in l. siue contra §. primo, numer 16. ff. de liber agnoscend. Vuensemb. in dict. consil. 44. numer. 10. cum alijs sequent.

48 Decimotertiò facit quod successor alicuius fideicommissi ex dispositione immutabili, & irreuocabili fundatoris, quæ non est subiecta voluntati possessoris, dicitur habere ius quæsitum considerabile de præsenti, quamuis implementum pendeat à futuro euentu, & sit interim suspēsum, vt notat Bart. in l. is potest numer. 11. ff. de acquirend. hæredit. quem ibi sequuntur doctores, idem Bart. in l. qui cum tutoribus, col. prima. ff. de transactio. & in l. qui Romæ. §. duo fratres in prima solutione, quęst. 6. quem ibi etiamsequūtur scribentes. ff. de verbor. obligatio Castrens. in l 1. num. 5. C. de pact. Alexand. consi. 67. numer. 16. lib. 1. & cons. 5, num. 9. lib. 7. Ruyn. consil. 39. dum. 20. lib. 1. & consi. 68. num. 26. lib. 2. & cōsi. 99. nu. 5. lib. 3. Rip. in l. ex facto. §. si quis rogatus, num. 45. ff. ad Trebellian. Purpur. in l. 1. numer. 15. C. de pact. & in l. vltima, numer. 260. eod. titul. Soci. Iunior cons. 12. num. 6. lib. 4. Parisi. consi. 1. num. 43. lib. 2. Cephal. cons. 381. num. 5. lib. 3. Riminald. Iunior qui hanc testatur communem opinionem cons. 46. numer. 69. cum sequent. lib. 1. Pelaez a Mieres in tracta. maior. 2. part. in initio num. 52. Et sic cûm successor maioratus in vita vltimi possessoris habeat ius considerabile de præsenti ex inmutabili fundatoris dispositione, poterit petere vt declaretur verus successor illius maioratus, cûm agat super iure de præsenti, & non in totum de futuro.

49 Decimo quartò similiter facit, quòd spes succedendi in feudo dicitur probabilis, & ius considerabile de præsenti, quia sola volūtate vasalli posidentis auferri non potest, cûm causa sit fundata in inuestitura feudi, vt tradit Bertrand. cons. 112. nu. 26. & 27. lib. 2. Ruyn. cōs. 3. n. 31. & cōs. 36. n. 16. lib. 3. Soci. Iun. cōs. 12. num. 7. lib. 1. Cagnol. in l. fin. num. 284. C. de pact. Hippolyt. Rimin. dict. cons. 46. num. 72. lib. 1. Menoc. consi. 108. num. 64. lib. 2.

50 Decimoquintò facit, quòd primogenitus, vel alius successor, qui obtinet primum locum in successione maioratus, vel fideicomissarius, cui hæres grauatus tenetur post mortem, vel in diem; vel sub conditione aliquam rem restituere, potest petere à possessore ipsius maioratus, vel ab hærede grauato satisdationem. l. peto. §. fratre, vbi doctores. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. libertis in fin. ff. eod. titul. l. inter omnes 1. responso, vbi Bart. & communiter doctores. ff. qui satisdare cogant. l. 1. & 2. ff. vt legat. seu fideicommiss. nomine caueat. l. cum Archimedoram. C. vt in possess. lege Bart. in d. l. is potest, num. 11. ff. de acquir. hæredit idem Bart. Castrens. & Imol. qui hanc testatur communem opinionem in l. cum tale. §. 1. ff de conditio. & demonstratio. Alexand. consi. 187. col 3. lib. 5. Bertrand. cons. 96. num. 5. lib. 1. Ruyn, cons. 92. num. 16. lib 3. Ioan. Lup. in repetitione. c. per vestras §. 44. num. 5. Ludouic. de Molin lib. 1. de Hispan primog. c 15, num. 17. & seq. Rolan. consi. 100. nu. 46. lib 2. Cephal. cons. 85, & 111. lib. 1. & cons. 381. num. 29. lib. 3. Alias fideicommissarius, vel successor maioratus mittēdus est in possessione bonorum. l. si postquam. l. qui legati. l. certa. C. vt legat. nomi caueat. tradūt

51 doctores proxime citati. Et non solū grauatus tenetur cauere, sed etiam fideicommissarius primus tenetur cau-

cautionem præstare posterioribus.l, etiam. §. 1.vt legat, nomine caueat. l.sed si plures.ff.qui sat. cog. vbi Alberic.Fulgos. & alij, Cephal. loco
52 citato. Et similiter debitor in diem, vel sub conditione potest cogi ad præstandam cautionem. l. in omnibus.ff. de iudit. & creditor. conditionalis quantum ad hunc effectum, vt sibi caueatur, creditor est, licet secus sit ad debitum exigendum, vt notat gloss.in l.is cui, verbo creditorem.ff.de actio.& obligatio, Aretin. in. §. si sub conditione in fine, instit.de verbor. obligatio. Ripa in l. ita stipulatus, num.88.ff.eod.titul. quos refert & sequitur Cephal dict. consl.385.num.31. lib. 3. ex quibus aperte colligitur successorem maioratus, vel fideicommissarium, viuente vltimo possessore, vel hærede grauato, habere ius considerabile de præsenti: nam alias non possent petere prædictam cautionem.

53 Decimosexto facit, quôd ex proximè dicta ratione successor maioratus, vel fideicommissarius vocatus sub conditione potest petere inuentarij confectionem, vt tradit Ludouic.de Molina lib.1.de Hispanor. primogenijs. cap. 28. numer.1. cum sequentib. & Cephal. plures referens.dict.consl. 281. numer.33. & 34. lib.3.

54 Decimoseptimô facit quod successor maioratus potest viuente possessore ipsius maioratus impedire alienationem rerum maioratus, quæ expresse prohibita sunt alienari, & similiter quando tacite sunt prohibita, si magna sit lapidatio.l.cum pater.§. libertis.ff. de leg.2.l. imperator. ff. ad Trebellian. declarat late Ludouic.de Molina de Hispan.primogen. lib. 1. cap. 16. num. 1. cum sequent.& num.18.& 19.& 33. quod non posset facere, si non haberet ius in spe probabili de præsenti.

55 Decimo octauo facit quod ius in spe quæsitum auferri non potest. l. in diem, §. non autem, vbi Bart. ff. de aqua pluuia arcend. quam ad hoc notat Bal. consl. 431. col. 2. lib. 2.& in l.si constante. C.de donatio. ante nupt. idem Bart, in l.post emancipationem.§. illud. ff. de liberatio. leg.& in l.spem.C.de donatio.Deci.in cap.1.numer.4.de rescript. late Tiraquell.post leges connub. gloss. 2, num. 40. & in tract. de retract. sangui. §.26.gloss.3. num. 4. Menochi.consi.108. num.63.lib.2.Pelaez à Mieres in tract. maiorat.2.part. in initio, num. 48. etiam per principem de plenitudine potestatis nisi
56 ex causa legitima & publica dato bono cambio. l. item berberatum. §. 1. ff. de rei vendi.l. Lucius. ff. de euictio. cum alijs adductis per Ludouic. de Molina in dict. tractat. de Hispan. primogenijs lib.3. cap.3. numer.20. & 21.

57 Decimo nono facit, quôd princeps sine iusta & legitima causa non potest tollere ius primogenituræ, nec conditiones eius mutare, nec derogare iuri vocatorum in eorum præiudicium, l. si testamentum. C. de testament. vbi Fulgos. Roman. Cornæ. Ias. & communiter doctores, Castrens.consl.164.num.5.lib 2. Alexand.consl. 3. num. 6. lib.5. Deci.consi.294. num. 10. & consl. 357. num.6. & consl. 403. numer.13. & 14. & consl. 445. num. 22. & consi. 557. num 4. cum sequent.& consi. 689. Aymon consi.131. num. 20. & 30.Couarr.plures referens lib.3.variar.resolutio.c. 6. num. 7. Pinel. in 1.part.rub. C. derescind. vendi. c.2. num.19.cum plurib.seq.& anteced. Mencha. de successio, crea, lib .1.§. 1. num, 29. Anto. à Padilla in authent.res quæ.num. 118.C. communia deleg.Burg.de Paz in procemio ll.Taur.num.327.cum plurib.seque. Ludo.

Ludouic. de Moli. libro primo de Hispa. primoge. c. 8. numero 31. qui plures refert. Pelaez à Mieres late in tract. maiorat. 2. parte. in initio num. 46. cum pluribus seq. & ratio est, quia consideratur ius, quod vocati habent in spe probabili de præsenti.

58 Vigesimo facit, quod si princeps cum iusta causa velit derogare iuri vocatorum, substituti, vel successores maioratus citandi sunt, vt notat Bar. in l. nam ita diuus. ff. de adoptio & in l. 2. C. de tempor. appellatio. Soci. in l. Gallus. §. & quid si tantum numero 27. ff. de liber. & posthu. cum alijs adductis per Ludouic. de Molina. d. libro tertio cap. 8. numero 33. & in citatione substituti quoad ligitimationem principis plura diximus in cap. 7. §. lib. primo quæ citatio non esset necessaria, si successor non haberet ius de præsenti in spe probabili, ideo citandus est, quia dicta spes consideratur in vita possessoris.

59 Vigesimo primo facit, quod filius legitimatus per principem non excludit agnatos & cõsanguineos proximiores vocatos ad maioratus successionem, vt late tradit & declarat Ludouicus de Molina in d. tract. lib. tertio cap. tertio, numero tertio. cum pluribus sequentibus, Manti. de coniect. vlti. volunt. lib. 11. tit. 11. lib. 4. quia consideratur ius quæsitum, quod habent in spe probabili.

60 Vigesimo secundo facit, quod quis potest disponere de iure, quod in spe habet in fideicommisso conditionali, vel de eo quod est in spe probabili, sicut de eo, quod re ipsa competit. l. foem. C. de donatio. lib. primo. vbi Bar. C. de pact. idem Bar. & alij in l. qui Romę. §. duo fratres. q. 6. vbi Crot. numero 53. & 61. ff. de verb. oblig. Soci. in l. Gallus. §. videndum numero 3. ff. de liber. & posthu. Ruy cons. 24. num. 4. & cons. 295. num. 5. libro primo quos sequitur, Cephal d. cons. 381. numero sexto. libro tertio quibus adde. Carol. Moli. in consti. Parisi. 1. par. §. 8. glo. 3. numer. 28. & Pelaez à Mieres in d. 2. par. tra. maior. in initio num. 65.

61 Vigesimo tertio facit, quod vxor tempore contractus matrimonij potest renuntiare bonis lucrandis constante matrimonio. c. 1. de filijs nat. ex matrimo. ad morgana contra in vsib. feud. tenet Bernard. in c. 2. de donatio. inter vir. & vxor. Faber in rub. insti. de nup. Rodericus Suareẓ in l. 1. tit. 5. l. 3. fori limit. 1. Ioan. Lup. in rub. de donatio inter virum & vxorem. §. 63. num. 1. Anto. Come. in lib. 60. Tauri, quos sequitur. Ioan. à Matienzo in l. 9. tit. 9. libro 1. recop. glo. 1. num. 1. quia ex ipso contractu matrimonij habet ius in spe ad bona lucranda.

62 Vigesimo quarto facit, quod clausula in contractibus apposita, quod quis remittit omne ius quod habet, vel habere sperat ex aliqua causa, debet intelligi ex causa fundata de præsenti, cuius implementum pendet à futuro euentu, & non ex causa de futuro, vt notant Bar. & alij in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. q. 6. ff. de verb. oblig. idem Bar. in l. si vxor. §. diuus ff. ad. l. Iuli. de adul. & in l. quod seruius, col. fin de conditio. causa data, & in l. qui cum tutoribus in prin. ff. de trãsactio. Ang. cons. 55. porti cõs. 57. numero 13. & 16. Cephal cons. 526. num. 78. lib. 4.

63 Vigesimoquinto facit quod quamuis cum sponsa de futuro non committitur adulterium tamen potest sponsa de futuro ab sponso accusari. d. l. si vxor §. diuus ff. ad l. Iuli. de adult. quia vt ibi ait iurisconsultus non solum non licet matrimonium violare sed nec matrimonij spem.

64 Contrariam tamen opinionẽ, nempe successorem maioratus nõ esse ad-

D mittendum

mittendum, viuente possessore, vt declaretur verus successor post mortem possessoris, tenent Anto. Gome. in l. 40. Tauri. numero 78. Arius Pinell. in l. 1. in 3. p. numero 78. C. de bon. mater. Vasq. qui. libro 1. de successio. creatio. §. 6. n. 46. D. Antonio Padilla in l. 1. num. 30. C. de fideicommissis, & Ludouic. de Molina.
65 lib. 3. de Hispan primoge. c. 14. num. 10. cum alijs sequentibus, moti primo, quod ius quod habet successor maioratus, vel fideicommissarius in diem, vel sub conditione, est ius de futuro, & ante euentum códitionis super iure conditionali, & de futuro, iudicium fundari non potest. l. non quemadmodum. l. non potest ff. de
65 iud. l. 1. §. 1. ff. de vsur. cum alijs. Secundo, quod iudicium non potest fundari, ita quod ex post facto possit esse inane & frustratoriū. l. litigatores §. fin. l. nó distinguemus, vers. in summa ff. de arbitris. l. si prætor. ff. de iudi. cum alijs. l. 26. tit. 4. par. 3. ibi, *e assi el trabajo que ouiessen passado en oyendo las, tornarse les ya en escarnio y en vergüença.* Tertio l. si ita
67 scriptum §. 1. ff. de leg. 2. vbi ante aduentum diei vel conditionis legatum non potest repudiari, quia non pertinet legatario, ante quam dies veniat, vel conditio existat. Quarto l. si filius qui patri. §. cum filius alias.
68 §. Papinianus vers. cum filius ff. de bon. libert. vbi si filius liberti impubes ex prima parte, bonorum possessionem accipiat, qui sequentis gradus sunt, non admittuntur. Quinto l. cum ita legatur. §. in fideicommisso & l. peto, §. fratre. ff. de leg. 2. vbi
69 probatur quod in maioratus successione præfertur qui est proximior tépore mortis possessoris. Sexto & vltimo in fauorem sue opinionis ad lu-
70 cunt, quod si successor maioratus timet quod probationum copia possit perire, potest petere vt testes ad perpetuam rei memoriam examinentur, vt in c. quoniam frequenter, vbi scribentes, vt lite non cótest. cum alijs.

71 Sed his non obstantibus prima opinio verior & probabilior semper mihi visa fuit ex iuribus supra pro ea adductis, & non obstat primum fundamentum adductum pro hac vlti-
72 ma opinione ex l. non quemadmodum & l. non potest ff. de iudi. & l. 1. §. primo. ff. de vsuris. nam dicta iura loquuntur, quando iudicium fundatur super iure de futuro respectu rei in prima autem opinione iudiciū fundatur super iure de præsenti res-
73 pectu spei probabilis. Pro cuius solutionis declaratione præsupponendum est, quod triplex est ius, quod alicui, competere potest, vnum ius est de præsenti in totum competens, vt quando cessit, & venit dies, & hoc dicitur deberi re ex eo quod præsens est obligatio, & actor habet actionem, per quam rem habere videtur. l. qui actionem ff. de reg. iur. Aliud est ius de futuro ex causa de præsenti, quod debetur spe tantum, & non re, vt ius quod habet fideicommissarius ex fideicommisso conditionali, vel successor maioratus ex maioratu, vel ius conditionale suspensum per contractum, vel aliquam dispositionem, cuius implementum pendet a futuro euentu, quod dicitur ius de futuro quantum ad ipsum implementum: sed eius spes dicitur ius acquisitum de præsenti, quia causatur ex actu subsistente de præsenti, & hæc spes dicitur firma fundata in actu de præsenti perfecto, quia non potest variari ex facto vel voluntate debitoris, vel grauati, seu possessoris maioratus, vel alterius personæ: & sic cum successor maioratus ius habeat ex prima immutabili & irreuocabili dispositione fundatoris, dicitur habere ius quæsitum considerabile

derabile de præsenti, vt in fideicommisso conditionali notat. Bar. in l. is potest. numero vndecimo. ff. de acquirenda hæredit. quem ibi sequũtur scribentes, idem Bar. in. l. qui cum tutoribus col. 1. ff. de transactio. & in l. qui Romæ. §. duo fratres in 1. solutione, q. 6. vbi etiam eum sequũtur doctores ff. de verb. oblig. Castr. in l. 1. numero quinto. C. de pact. & tenent. Alex. Rub. Ripa, Purpu. Soci Iunior. Parisi, Mieres, Cephal. & Hippolyt. Rimi. qui testatur de communi in locis supra in, 13. fundamento primæ opinionis allegatis. Aliud, & tertium ius est, quod competit de futuro ex causa de futuro, quod non debetur, nec re quia nulla competit actio de præsenti, nec spe, quia nulla est spes firma nec certa, vt in successione cõsanguineorum viuentium, in qua non dicitur lucrum certum, nec radicatum, sed pendens à mutabili voluntate viuentis. l. 4. ff. de adimendis. legat. l. pactum. l. vlti. C. de pact. & hæc succedendi spes non consideratur, cum viuentis nulla sit hæreditas; vt notant doctores in. l. C. de pact. Bar. & alij in. d. l. qui Romæ. §. duo fratres in 1. oppositione, ff. de verb. oblig. Castren. cons. 44. libro primo Ias. in. l. rescripta col. 2. C. de prec. imper. offer. Menochi cons. 4. numero decimonono & cons. 47. numero centesimo trigesimo secundo. lib. primo

74 Cephal. d. cons. 526. numero septuagesimo nono. cum seq. & in hoc iure de futuro ex causa de futuro procedunt dictę leges, non quemadmodum & l. non potes. ff de iudi. & l. 1. §. 1. ff. de vsur. quæ procedere non possunt in nostro casu, cum successor maioratus non petat, vt vltimus successor condemnetur ad restitutionem bonorũ, nec de ipsa successione respectu rei tractetur, sed de probabili spe succedendi, quæ habet causam subsistentem de præsenti, cuius respectu est ius præsens, quod ei competit, non ab vltimo possessore, sed à primo fundatore, qui maioratum instituit, vel fideicommissum reliquit. l. cohęredi. §. cum filię. ff. de vulg. & pup l. substitut. cum alijs.

Similiter non obstat secundum fundamentum ex l. litigato es. §. fin. ff. de arbitris, & ex l. si prętor. ff. de iudi. & ex l. 26. titulo quarto part.

75 3. quibus respondetur, quod procedere possunt, quando iudicium in totum a principio potest reddi inane: sed in hoc casu iudicium non fundatur, vt possit reddi frustratorium, cum fiat super iure quęsito in spe probabili fundata in actu de pręsenti: nam quamuis possit contingere casus, vt iudicium fiat frustratorium respectu rei, hoc est, respectu successionis: non tamen respectu spei, super qua fundatur iudicium, cum ius sit præsens in spe, ex qua successor cõmodum etiam de pręsenti consequitur in qualitate, authoritate, & existimatione, ad contrahendum matrimonium, & vxorem ditissimam inueniendum, & ad plura alia: & sic potius debet attendi ius pręsens certum quàm futurum incertum. Immò admittere hanc exceptionem esset tractare de iure de futuro, contra d. l. non quemadmodum, & l. non potest. ff. de iudic.

76 Pariter non obstat tertium fundamentum ex l. si ita scriptum. §. primo. ff. de leg. 1. ibi: Non pertinet à l. nos, ante quàm dies veniat, cui respondetur, quod legatum non pertinet ad nos, antequam dies veniat respectu rei, hoc est, quod ante aduentum diei vel conditionis legatũ nõ potest peti, quia est ius de futuro, quod nõ tollitur simplici repudiatione, vt ibi intelligunt doctores. sed in nostro casu tractatur prout nõ semel

dictum est, de iure quęsito respectu spei, quæ est fundata in actu subsisten te de præsenti, licet eius solutio, seu restitutio pendeat à futuro euentu, l. 2. ff. statu liber. l. quod seruius. ff. de condictio. ob caus.

77 Similiter non obstat quartum fundamentum ex l. si filius qui patri. §. Papinianus, vers. cum filius liberti, ibi; Qui sequentis gradus sunt, nó admittuntur interim, nam respondetur quod non admittuntur respectu rei, secus respectu spei: quod non obscure colligitur ex illo text. vbi patronus defuncti petebat bonorum possessionem, quam filius impubes liberti, qui erat in primo gradu, acceperat, possessor vero maioratus nó petit bonorum possessionem maioratus; sed vt declaretur successor ipsius maioratus post mortem possessoris.

78 Nec obstat quintum fundamentum ex l. cum ita legatur. §. in fideicommisso, & ex. l. peto §. fratre ff. de leg. 2. nam dicta iura etiam procedunt, quando tractatur de possessione, seu restitutione bonorum maioratus; in quo casu attenditur proximitas tempore mortis testatoris, & præfertur in successione qui tunc est proximior, sed nunc non agitur de successione sed de spe probabili, quam successor habet viuente possessore, & sic præfertur qui est proximior in vita, maxime quia ex præteritis sumitur præsumptio circa futura, vt in c. ex studijs de pręsumptio, & mali euentus non sunt expectandi. l. inter stipulantem. §. sacram, vbi Bar. & alij scribentes. ff. de verb. oblig.

80 Nec etiam obstat sextum & vltimum fundamentum, quia probatio ad perpetuam rei memoriam non est sufficiens remedium, cum in ea testes non recipiantur nisi sub sit causa, hoc est timor mortis, vel absentiæ, vt tradunt scribentes in d. c. quoniam frequenter, vt lite non contestata, & poterit successor maioratus repentina morte, vel absentia testium ius suum amittere, ideo per l. si contendat. ff.

81 de fideiussorib. succurritur reo exceptionem habenti, vt possit petere vt declaretur actionem sibi competere, non obstãte dicto remedio probationis ad perpetuam rei memoriam, vt notant glo. & communiter scribentes in d. l. si contendat. Ex quibus omnibus fundamentis non parum remanet probata dicta prima opinio, quę non solum vera; sed etiam æqua est, cum vita hominis sit breuis, & lites malitijs hominum fiant immortales: ideo eam praxis obseruat, quamuis de contraria obseruantia testatur Ludouic. de Molina in d. c. 14.

82 Quam opinionem extende, vt non solum actio præiudicialis, quæ competit successori maioratus prodicta opinione, possit intentari affirmatiue petendo se delarari successorem, sed etiam negatiue petendo aliquem declarari non successorem, vel proximiorem, & ei non competere spem succedẽdi in maioratu, vt notat Ioan. de Blonasco in §. præiudiciales, insti. de actio. in actione qua quæritur, an quis sit filius vel non, quem ibi sequũtur. Ias. numero quadragesimo septimo & Minsingeri. numero vigesimo septimo. Bar. in l. 3. numero decimo sexto. ff. de liber. agnos. Vuensemb. cons. 44. numero decimo & seq. & probatur in c. 1. & in c. lator, & in c; peruenit, qui filij sint legitimi, diximus in actione de partu agnoscendo. Sed vt ad limitationes dictæ regulæ, & communis conclusionis redeamus, a quibus longum digressum fecimus cum occasione magna.

83 Tertio limita supradictam conclusionem procedere, quando ipso iure tollitur actio, secus si ope exceptionis agẽs excludatur, vt si actio sit præscripta: Nam cũ præscriptio tẽporalis sit exceptio; iudex ex officio nó potest repellere

repellere agentem, contra quem est præscriptum, vt notat gloss. in l. sicut verbo facultatem. C. de præscriptio. 30. vel 40. annorum, quam ibi sequuntur Bald. & Salicet. tradit late Guid. Pap. quæst. 221. Brlb. in tract. præscriptio. 1. par. prim. quæst. 8. Boeri. pecis. 344. numer. 7. cum sequent. Parlador, rerum quoti. cap. 1. §. 1, numer. 8. Et an creditor executionem petens post decennium, sit ex officio à iudice repellendus, diximus in cap. vltimo secundi libri.

84 Quarto limita dictam conclusionem non procedere, quando nata est actio, licet eius dies nondum asserit, quia si pars non opponat, iudex ex suo officio repellere non potest agētem ante diem. §. appellantur, versi. temporales, instit. de exceptio. Bart. in l. eum qui ita, num. 5. ff. de verbor. obligat. vbi Alexand. num. 12. & Ias. num. 15. & alij, idem Bart. in l. lecta num. 21. ff. si cert. petat. vbi Ias. num. 22. & Purpur. num. 75. testantur hāc esse commudum oppinionem idem Bart. in l. ita stipulatus, num. 40. ff. de verbor. obligatio, vbi Aretin. nu. 16. & Ripa. num. 86. Anto. Gome. plures referens lib. 2. variar. resolutio. c. 11. num. 25. quos sequitur Anto. à Padilla in l. vbi pactum num. 20. C. de transactio. & quid in via executiua si creditor petat executionem contra debitorem ante diem, an iudex teneatur daremandatum de exequendo, diximus in c. vltimo lib. 2.

85 Et intellige dictam proximam limitationem non solùm quando quis agit actione nata ante diem, sed etiam si deducata aliud ius de futuro contra d. l. non quem ad modum & l. non potest. ff. de iudic. & l. 1. §. 1. ff. de vsur. quę locum habent, quando opponitur à parte, aliàs si non opponatur, valet iudicium, & poterit iudex super iure de futuro superueniente pronunciare, vt probatur in c. abbate sane, vbi scribentes de re iudicata in sexto tradit Alex. consl. 95. num. 3. lib. 1. Octauia. Cacher. decis. 130. num. 3. Ludouic. de Molina lib. 3. de Hispa. primogenijs c. 14. num. 20.

86 Quinto limita, nisi quis agat reo expresse volente, tunc nanque sine actione potest experiri. l. Iulianus §. 1. vers. quantum. ff. ad exhibend. glos. magna circa medium in d. l. vbi pactum, vbi Salyc. C. de transactiā tradunt Bart. & Ias. num. 3. & alij in d. l. si Titius ff. de verbor. obligatio.

87 Sextò limita dictam conclusionem non procedere, quando quis agit de facto. non ad finem consequendi sententiam, sed ad finem vt alia actio oriatur, seu acquiratur. l. nuda. C. de contrahenda & commit. stipulacione, tradunt Bar. Ias. & alij in d. l. sititius ff. de berbor. obligatio.

88 Septimo limita non procedere, quando actio ab initio cōpetebat, sed ex post facto deficit, vt in l. si post acceptum, vbi doctores ff. de rei vendi. explicat Bal in l. vnica in 2. quęst. C. de aliedatio. iudi. mutandi causa fact. scribentes in d. l. si Titius ff. de verb. oblig.

89 octauo limita dictam conclusionem non procedere, quando esset dubium, an actio competeret, & nihil esset oppositum, quia tunc valeret processus & sententia. l. cum putarem. ff. familię ercifcun. c. abbate sane, vers. quoniam, de re iudi. in sexto Bar. & Ias. num. 3. in d. l. Sititius. ff. de verbor. obligatio.

80 Nono limita dictam cōclusionem, & eius communem extensionem, vt iudex ex suo officio teneatur repellere agentem sine actione, & calumniosum litigatorem, quando exactis colligitur agentem actionem non habere, vel cum calumnia litigare, secus si ex coniecturis extrinsecis. Percipiatur, vt intelligunt Bar. & Aretin. in l. si ita sit scriptum. ff. de leg. pri. Castren. in d. l. vbi pactum, col. penul. C. de

C. de transactio. Feli. in.c. de cetero col 3. de re iudi. Tiraquell. in. l. si vnquam, verbo reuertatur. numer. 346. C. de reuoc. donatio. deci. Curti. & Cagnol. num. 165. in. l. lecta ff. si cert. pet. Redin. de maiest. princip. verbo, sed etiam per legitimos tramites num 136.

91 Vltimo loco notandum est, quod contra agentem sine actione datur reo conuento exceptio, quę dicitur intentionis & facti. d. l. si pupilli. §. videamus ff. de nego. gest. l. qui se debere, vbi late scribentes. ff. de condictio. ob caus. & notatur in rub. extra de exceptio. & in. l. En. vbi Bar. ff. de consti. pecu. Bal. in l. si vnus. §. & generaliter. ff. de pact. Deci. in regula non videtur cepisse. ff. de reg. iuris. Hieronym. Cagnol in. l. 1. nu. 28. ff. de pact. Corne. consi. 291. col. 3.

92 lib. 4. Quæ exceptio semper, & per quemcunque opponi potest, quoniã erradicat, & eneruat agentis fundamenta ea quæ reddit, saltem minus vera, vt scripserunt Cyn. & alij in l. cum seruum. C. de seruis fugitiuis, Bal. consi. 150. in fine lib. 1. Mantua in l. quod te mihi in 2. lectura. numero 28. ff. si cert. pet.

EX CAPITE TERTIO summaria.

1 *NEMO inuitus agere vel accusare precise compellitur.*

2 *Si quis tacite vel expresse se adstrinxerit ad agendum vel accusandum, potest compelli agere, vel accusare.*

3 *Diffamare est ad iudicium prouocare.*

4 *Accusatori differenti accusationem statuitur a iudice terminus ad procedendum, quo termino translato amplius non auditur.*

5 *Creditor, qui in termino a iudice statuto non comparet, post terminum non auditur, quia videtur iuri hypothecarum renunciasse.*

6 *Prętor denegat suam iurisdictionem ei, qui de iure suo non proposuit intra tempus ab ipso prętore statutum.*

7 *Quando actor malitiose suspendit ius suum experiri contra mercatorem, vel viatorem animo impediendi iter suum, ad instantiam rei compellendus est per iudicem, vt intra breue tempus a iudice statutum contra eum agat: alias non audiatur, donec reus reuersus fuerit.*

8 *Prima ratio decisionis legis diffamari, est quia malitijs hominum est obuiandum.*

9 *Secunda ratio eiusdem decisionis est ne diffamans spectet tempus agendi, quo reus diffamatus probationibus careat, & periculum sit in mora.*

10 *Tertia ratio est, quia diffamatio affert*

affert magnum preiudicium diffamato, cum impediat contrahendi, seu alienandi facultatem, & pretium minuat: sicut accidit in fundo litigioso, qui propter litigiũ valet minus.

11 *Quarta ratio dict. l. est, ne dominia rerum in incerto maneant.*

12 *Quinta ratio est, quia verbum diffamare accipitur pro diuulgare, ac spargere famam, vel futuram i..cturam in alterius status famę, ac bonorum detrimentum.*

13 *Fama semiplenam facit probationem.*

14 *Fama in his quę sunt difficilis probationis plene probat.*

15 *Fama malum, quo non aliud velocius vllum mobilitate viget, viresq; acquirit eundo.*

16 *Melius est ante tempus ocurrere, quam post vulneratam causam remedium quęrere.*

17 *Sexta & vltima ratio decisionis dict. l. diffamari est quia interest reipublice subditos habere honestos, & locuplete.*

18 *Remedium. l. diffamari procedit generaliter, & indistincte in omnibus diffamationum causis ciuilibus & criminalibus, realibus, & personalibus, & in petitorio, & possessorio iudicio.*

19 *Casus similes dicuntur, in quibus viget eadem ratio, quę tanquam lex communis ad eos attendi debet.*

20 *Ratio tanquam mens & anima dispositionis attendi debet.*

21 *Quando in simili dispositione militat eadem ratio, non dicitur lex, seu dispositio extendi, sed enucleari, quia non sumus in casu extensionis, sed comprehensionis, & in interpretatione intellectiua, & comprehensiua, quę dicitur esse generi.*

22 *Ille cui aliqua exceptio competit, potest petere a iudice, vt declaretur exceptionem sibi competere contra aliquem, & in ea eum defendat, ne ab aduersario inquietetur, & illi perpetuum imponatur silentium.*

23 *Remedia. l. diffamari, & l. si contendat, differen..: nam in remedio, dict. l. diffamari est necessaria diffamatio in remedio vero. l. si contendat non est necessaria, & differunt quoque quod in terminis dict. l. si contendat actor statim cogitur agere, alias iudicium super exceptione procedere debet perpetuum silentium imponi, sed in terminis. l. diffamari cogitur actor in termino constituto agere, quo elapso imponitur ei silentium perpetuum.*

16 *Differunt etiam dicta remedia, quod in terminis dict. l. si contendat debitor fatetur debitum. & actor releuator ab onere probandi, sed in terminis. l. diffamari reus diffamatus non fatetur de-*

 bitum,

bitū, sed fundat se super iure actoris.

25 Titulus vt nemo inuitus agere, vel accusare cogatur intelligendus est, vt quis precise non possit cōpelli, sed causatiue.

26 Nemo compellitur agere, vel accusare, nisi se adstringerit ad agendum expresse, vel tacite.

27 Diffamare est ad iudicium prouocare.

28 Rejicitur opinio Franc. Sarmient.

29 Remedium d. l. diffamari competit diffamato, siue iactantia fiat per errorem, siue per malignitatem.

30 In casu l. diffamari differunt error & malignitas: quia quando quis diffamat malignitate, id facit dolo, & competit etiam diffamato contra diffamantem actio de dolo & interesse: quando vero errore non datur actio de dolo, sed condictio ex d. l. diffamari.

31 Remedium l. diffamari est condictio ex lege, & potest concurrere cum alia actione.

32 Remedium l. diffamari procedit etiamsi diffamatio facta sit extra iudicium.

33 Duplex beneficium competit diffamato ex l. diffamari, scilicet condictio ex lege, & iudicis officium.

34 Reus intentans remedium l. diffamari potest trahere actorem coram iudice ordinario ipsius rei diffamati, quia regulariter potius debet attendi origo naturalis quam accidentalis.

35 Diffamanti non debet sua diffamaio afferre lucrum, & diffamato incommodum.

36 Diffamatus si plures habet iudices, poterit actor diffamans eligere ex his quem maluerit.

37 Remedium l. diffamari generaliter contra omnes personas etiam ratione fori priuilegiatas competit, & sic contra quamlibet personā ecclesiasticam diffamantem, & eam trahere coram ipsius diffamati iudice seculare.

38 Diffamatus in terminis d. l. diffamari, est reus & actor tenetur eius forum sequi.

39 In terminis dictę l. diffamari sufficit vnica monitio, quod praxis etiam obseruat.

40 Remediū l. diffamari locū habet pręcedente diffamatione probata saltē sumarię, & ita seruatur in practica.

41 Intentans remedium l. diffamari tenetur simul cum diffamatione & iactantia docere de iure suō.

42 Quod intelligit author, quando diffamatus non habet pręsumptionē pro se, & in eum transfert diffamans onus probandi: secus quando reus diffamatus habet fundatam intentionem & pręsumptionem pro se.

43 Omnis res pręsumitur libera, nisi probetur contrarium.

44 In omnibus actionibus realibus, & personalibus ciuilibus, & criminalibus, in quibus actore non probante reus est absoluendus, diffamatus non tenetur docere de iure suo

suo in terminis dictę l. diffamari.

45 *Remedium. l. diffamari procedit quando diffamatus habet ius de presenti in aliqua re, quam diffamans dicit suam esse: secus si ius habeat de futuro.*

46 *Intellectus ad dictã. l. diffamari.*

47 *Viuente vltimo possessore maioratus, an eius successor possit petere, vt mortuo possessore declaretur verus ipsius maioratus successor in terminis d. l. diffamari.*

48 *Successori maioratus pręcedente summaria informatione iactantię & iuris sui, competit remedium l. diffamari: quod procedit etiam in fratre contra fratrem, & in cõsanguineo aduersus consanguineũ diffamantem.*

49 *Forma libelli in remedio dictę l. diffamari. C. de ingenu. & manumiss.*

50 *Forma libelli in remedio. l. si contendat. ff. de fideiussorib.*

51 *Regulariter in potestate actoris est experiri, quando velit, ideo actor ante quam agat, debet rem diligẽter explorare, & tunc ad agendũ procedere.*

52 *Reus inuitus trahitur ad iudiciũ, quia actio datur actori in eius commodum & beneficium, & in inuitum non confertur beneficium.*

53 *Regula. l. qui in alterius ff de reg. iur. procedit in herede conuento, & non in herede actore.*

CAPVT TERTIVM.

DE VOLVNTATE QVAE AD AGENdum in iudicio necessaria est.

1 TERTIO In exercitio
actionis requiritur volun-
tas agendi; nam nemo in-
uitus agere vel accusare compelli-
tur. l. vnica. C. vt nemo inuit. age
re vel accusare cogat. l. creditor. C.
de pignoribus. l. vltima. C. de vsur.
pupil. cum alijs. l. 46. titu. 2. par. 3.

Quod intellige, nisi tacite vel ex-
2 presse quis se adstrinxerit ad agen-
dum, quia tunc potest cogi agere vel
accusare, vt notant scribentes in d. l.
vnica, & in l. diffamari. C. de inge-
nuis & manu missis vbi si quis ali-
quem diffamat, super aliquo iure ad
3 strinxit se tacite ad agendum, cum
diffamare sit ad iudicium prouocare,
vt inquit ibi Bal. quem sequuntur cę-
teri doctores, praesertim Blarc. cap.
3. num. sexto, & Octauian. Cache-
ra. decis. 151. num. 6. & Gerard. Ma-
zoll. cons. 14. nume. 6. & sic licet
pręcise quis compelli non possit age-
4 re vel accusare, vt in dictis iuribus dis
ponitur; potest tamen causatiue, cum
diffamando prouocetur, quod etiam
probatur in. l. si ea C. de his qui ac-
cusare non possunt, vbi accusatori
differenti accusationem statuitur a
iudice terminus ad procedendum
quo termino trãslato amplius non
auditur: & sic quamuis pręcise non
compellitur, accusare cogitur tamen
5 causatiue, & in. l. si eo tempore. C. de

 remisisione

5 remiſsione pignor. vbi creditor qui in termino à iudice ſtatuto non comparet, poſt terminũ nõ auditur, quia videtur iuri hypothecarum renunciaſſe, vbi etiam cauſatiue cõpellitur agere, nam ſi non agat, amittit ius ſuum, quod iudex poſtea negat, vt notat ibi glo. in verbo amiſiſſe. & in. l. ſed etſi per pretorem, §. ait prætor.
6 ff. ex quib. cauſ. maior. vbi prætor denegat iuriſdictionem ſuam ei qui de iure ſuo non propoſuit intra tempus ab ipſo prætore ſtatutum: quod etiã probatur in pluribus alijs caſibus, vt in l. 3. §. ſi ad diem ff. de re milit. & in l. iuſiurandum & ad §. ſi is ff. de iureiur. & in l. ſi ſeruus. ff. de bon. autho. iud. poſsi. & in l. Senatus. §. diuus & in §. ſeq. ff. de iure fiſci, & in l. contumacia. ff. de re iudi. & in l. mancipiorum ff. eod. tit. & in l. 1 C. de generali abolitio. quibus adde de iure regio alium caſum, in quo actor compelli poteſt ad agendum quem ponit.
7 l. 47. tit. 2 par. 3. Videlicet quando actor malitioſe ſuſpendit ius ſuum experiri contra mercatorem, vel viatorem animo impediendi iter ſuum, nam ad inſtantiam rei compellendus eſt per iudicem, vt intra breue tempus à iudice ſtatutum contra eum agat, alias non audiatur, donec reus reuerſus fuerit, ſed in hoc caſu non imponit ur perpetuum ſilentium, ſed differtur facultas agendi, quamuis de iure communi contrarium tenet Salyc. in d. l. vnica. C. vt nemo inuitus agere vel accuſare cogatur, coniungẽs hũc caſum cũ caſu d. l. diffamari. C. de ingenu. & manumiſſ. in quo po
8 nitur ſilẽtiũ. Sed quæ eſt ratio, quia in d. l. diffamari aſtringitur diffamãs ad agẽdũ, & cõpellitur cauſatiue agere, & prima ratio deciſionis dictæ legis eſt, quia malitijs hominum eſt obuiandum. l. in fundo cum ſimilibus, vbi glo. & ſcribentes. ff. de rei vendicatio. l. 1. ff. de eo quod certo loco. c. vt famę de ſent. excommunicatio. Et ſic ſuccurritur diffamato, vt in detrimentum eius ſtatus, famæ, exiſtimationis poſſeſsionis, ac bonorum diffamator famam ſpargere deſinat. Se
9 cunda ratio, ex qua ſuccurritur diffamato eſt, ne diffamans ſpectet tempus agendi, quo reus diffamatus probationibus careat, & periculum ſit in mora, vt notãt Innoc. Hoſti. Ioan. Andre. & alij in c. lator. qui filij ſint legitimi, & alij citati per Blare. in d.
10 l. diffamari. cap. 1. numero 2. Tertia eſt ratio, quia diffamatio affert magnum præiudicium diffamato, cum impediat contrahendi, ſeu alienandi facultatem & pretium minuat, ſicut accidit in fundo litigioſo, qui propter litigium, valet minus, arg. l. quod ſæpe in fine de contrahenda emptione, & notatur in l. mortis cauſa capimus de donatio. cauſa mort. & in l. 2. C. de reſcind. venditio notat. Corne. conſ. 206. lib. 3. Soci. & Ripa. in l. 1. §. ſi hæres ff. ad Trebellian. Cerard. Maroll. conſ. 14. numero 18.
11 Quarta ratio eſt, ne dominia rerum in incerto maneant, & ſit finis litiũ. l. 1. ff. de vſucapio. l. vlti. ff. pro ſocio l. properandum. l. apertiſsimi. C. de iudi. l. quiſquis. §. prætere a. ff. de poſtulando. c. finem litibus. c. venerabilis de dolo & contumacia, cum alijs.
12 Quinta ratio eſt, quia verbum diffamare ſecundum communem doctorum intellectum in dict. l. diffamari accipitur pro diuulgare, ac ſpargere famam, vel futuram iacturam in alterius ſtatus famę, ac bonorum de
13 trimentum, & ſic in dict. l. diffamari accipitur in malam partem, vt probatur in dict. l. apud Labeonem. §. ſi quis libello, & in l. lex. Cornelia. §. vlti. cum l. ſeq. ff. de iniurijs, & tenent communiter ſcribentes in d. l. diffamari, & Bar. in l. Turpia in prin. ff. de leg. 1. quem ibi ſequũtur cæteri doct. teſte Alex. col. 2.

Feli. in c. inquisitionis. §. quæsi visti in 2. notab. de accusationib. testatur communem Blare. in. d. l. diffamari in arg. verbo diffamari, numero primo. Et fama semi plenam facit pro-
13 bationem l. 3. §. eiusdem ff. de testib. vbi glo. & doctores c. veniens el. 1. extra eod. tit. Bar. in. l. de minore. §. tormenta. ff. de questio. Soci. cons. 22. numero septimo, libro primo. Feli. in c. ex tenore. numero sexto de rescript., Decius. in. c. dilecti. num. 36. de appellatio. vbi ait hanc esse communem doctorum opinionē Beroi. cons. 193. num. 23. cum plurib. seq. lib. 3. Bursat. cons. 20. nu. 30.
14 lib. 1. Et in his quę sunt difficilis probationis plene probat, vt in filiatione ad opinenda alimenta. ex l. fin. tit. 19. part. 4. & in factis antiquis. vt abunde suo loco dicemus. Et quia
15 fama malum, quo non aliud velocius vllum mobilitate viget, viresque acquirit eundo, vt Poet. in 4. libro.
16 AEnei. inquit. Ideo melius est ante tempus occurrere, quam post vulneratam causam remedium quærere. l. 1. quando liceat vnicuique sine iudice se vindicare. l. fin. C. in quib. causi in integrum. restitu. non est necessaria. Sexta & vltima ratio est, quia
17 reipublicæ interest subditos habere honestos & locupletes, vt in authen. vt iudices sine quoque suffra. §. considerenus, col. 2. Bal. Alexan. Ias. Decius & moderni in. l. qui se patris. C. vnde liberi.
18 Ex quibus rationibus primo extende d. l. diffamari, vt eius remedium procedat generaliter, & in distincte in omnibus diffamationum causis ciuilibus, & criminalibus realibus & personalibus, & in petitorio & possessorio iudicio, vt tenent. Bal. num. 2. Salyc. num. 1. Cagnol. nu. tertio. Blare. numer. 2. in d. l. diffamari & Bar. Bal. & Castren. in. l. Papinianus. §. si quis postrem. in fine ff. de in offi. test. idem Bar. in l. si quis libertatis. nu. 8. ff. de petitio. hære dit. Bal. Salyc. Castren. Alex. & cæteri in l. vnica. C. vt nemo inuit. agere vel accusare cogat. Innoc. Feli. & alij in. c. conquerente de offi. ordi. Areti. Feli. Deci. & Parisi. in c. in presentia de probatio. Imol. & moderni in l. de pupillo §. si is cui. ff. de noui oper. Roma. cons. 53. & in apostil. ad Ang. in tract. maleficiorum, verbo nec ad Titij querelam. Alex. cons. 103. lib. 5. Socin. cons. 41. col. 3. lib. 1. Geor. Natt. in Clem. sæpe de verb. signi. Boe. i decis. 225. nu. 7. Aquer. & Purpu. num. 28. in. l. & quę à diuo. C. de edendo, Gome. in §. præiudiciales nu. 7. de actio. Ripa. in lib. 1. respon. c. 8. nu. 8. Anto. Natt. cons. 656. num. 2. lib. 3. Couarru. lib. 3. Variar. resolutio. c. 18. num. 7. Grego. Lop. in d. l. 46. tit. 2. par. 3. verbo *alguns*. Anto. Gabriel 2. par. recept. sent. tit. de octio. conclu. 6. num. 3. Ludouic. de Molina lib. 3. de Hispan. primogenijs c. 14. num. 24. cum seq. Cephal. cons. 381. num. 11. lib. 3. quod expresse probat. d. l. 46. ibi, *o en*
19 *otras cosas semejantes*, casus enim similes dicuntur, in quibus viget eadem ratio, quæ tanquam lex communis ad eos attendi debet. c. consuetudo. 1. distinct. Calderi. cons. 1. vt lite pendente, & cons. 1. de regularibus.
20 Grauet. cons. 190. numero secundo, quæ etiam tanquam mens & anima dispositionis est attendenda. l. cum mulier. ff. soluto matrimonio. l. cum pater §. dulcissimis. ff. de leg. 2. l. regula. §. cum quis. ff. de iuris & facti ignor. tradit late Tiraquell. de vtroque retract. titul. 1. §. 20. glo. vnica. nu. 2. cum seq. & in l. si vt quā
21 verbo libertis. n. 45. C. de reu. donat. & sic. d. l. diffamari nō dicitur extendi, sed enunciari, quia non sumus in casu extētionis, sed cōprehēsionis, & in interpretatione intellectiua, & cōprehensiua,

diffamatus per diffamationem errore
factam, sicut malignitate.

30 In hoc tamen differunt error &
malignitas in hoc casu, quod quando
quis diffamat malignitate, id facit
dolo, & competit etiam diffamato
contra diffamantē actio de dolo, &
interesse, vt notat Specul. in titul.
de emptione & venditione. §. nunc
dicendum est; vers. vltimo nota,
quem sequitur Roma. conf. 53. col.
31 2. & Blare. in d. l. diffamari, capit.
1. num. 17. Nam remedium. d. l. dif-
famari cum sit condictio ex lege, po-
test concurrere cum alia actione, vt
notat Bar. in l. vnica in fine ff. de
cōditione ex lege per dictam. l. dif-
famari, & l. quoties, ff. de actio. &
obligatio.

32 Tertio extende, vt remedium. d. l.
diffamari procedat etiam si diffama-
tio facta sit extra iudicium: nam dif-
famare est in vulgo prædicare, vel
coram iudice, vel extra iudiciū etiā
coram paucis, vt scripsit Bal. quem
ibi alij sequuntur in d. l. diffamari,
Alex. in l. turpia. ff. de leg. 1. Abb. in
c. conquerēte de offi. ord. Soci. conf.
45. in fine lib. 1. Couarru. in d. c. 18.
num. 8. Mazoll. d. conf. 14. num. 7.

33 Quarto extende, vt duplex bene-
ficium competat diffamato ex d. l.
diffamari, scilicet condictio ex lege,
& iudicis officium, quod etiam im-
plorare potest: nam quādo verba le-
gis ad iudicem diriguntur, prout in
d. l. diffamari, officium iudicis com-
petit. l. quod si minor. §. fin. ff. de mi-
norib. l. 1. eod. tit. notat glo. in l. si
soror. C. de collatio. Bar. in l. manci-
piorum. ff. de optio. leg. & in l. vni-
ca num. 6. ff. de condictio ex lege &
in l. 3. num. 6. ff. de aliment. leg. Abb.
in c. sępe num. 11. de resti. Spoliat. &
interminis d. l. diffamari probat Bla-
re. ibi. c. 1. num. 5. cum seq. quod in-
tellige prout declarauimus supra in
c. 1. remedio 2.

34 Quinto extende, vt reus in ten-
tans remedium. d. l. diffamari possit
trahere actorem coram iudice ordi-
nario ipsius rei diffamati, ea ratione,
quia regulariter potius debet atten-
di origo naturalis causæ, quam acci-
dentalis & inspecta origine causæ,
diffamatus dicitur reus prouocatus
ad causam, vt notauit Bart. in l. so-
cietatem. §. arbitrorum. num. 19. ff.
pro socio, Alex. conf. 103. col. 2. lib.
5. Crauet conf. 182. num. 2, dicentes,
35 quod ad iudicandum aliquem esse
actorem vel reum, debet attendi ori-
ginaria causa. l. qui habet in prin. ff.
de tut. Et alia etiam ratione. quia dif-
famanti non debet sua diffamatio af-
ferre lucrum, & diffamato incommo
dum, & hanc opinionem tenent. Bar.
Salyc. Alex. Imol. & Cagnol num.
9. in d. l. diffamari. Ang in l. quam-
diu la. 3. col. 3. ff. de acqui. hæredit.
Ang. in rub. de exceptio. insti. q. 9.
Abb. Feli. & alij in c. si quis contra
clericum de foro compet. Boeri. de-
cis. 255. num. 7. Cap. decis. 18. num. 1.
cum seq. Couarru. d. c. 18. numer 5.
Parisi. conf. 80. in fine lib. 4. Anto.
Gabriel. 2. par. recept. sent. titul. de
actionib. conclu. 6. numer. 41. Anto.
Natt. conf. 656. num. 2. lib. 3. Octa-
uian. Cacher. decis. 151. per totam,
plures citans qui testantur hanc esse
36 magis communem opinionē Bursat,
qui alios etiam allegat. conf. 16. nu.
58. Si vero diffamatus plures habeat
iudices, poterit actor diffamans eli-
gere ex his quem maluerit, vt scrip-
serunt Soci. conf. 94. num. 6. lib. 3.
Petrus de Benitend. decis. 66. num. 2.
Couarru. d. c. 18. num. 6. Mazoll. d.
conf. 14. num. 4.

37 Sexto extende, vt d. l. diffamari
remedium generaliter contra omnes
personas, etiam ratione fori priuile-
giatas, competat, quæ in hoc casu, suo
priuilegio gaudere non possunt: &
sic laicus diffamatus potest intentare
iudicium

iudicium.d.l. contra quamlibet personam ecclesiasticam diffamantem, & eam trahere coram ipsius diffamati iudicē secularem, vt notat Innoc. in c. conquerente de offi. ord. Alex. cons. 103. col.2. lib. 5.capi. decis.18. num.7. vbi ita iudicatum refert Couar u.d.c.18.num.5. Blanc.in d.l.diffamari. c.3, num.7.quod procedit ex
38 ratione præcedentis extensionis. Nā cum diffamatus sit reus, actor tenetur sequi forum rei.l.fin C.vbi in rē actio.l. iuris ordinem. C. de iurisdictio. omni. iudi. c. si diligenti c. si quis contra clericum.c.cum sit generale de foro.compet.cum alijs.

39 Septimo extende vt sufficiat vnica monitio in terminis. d. l. diffamari, vt scripserunt Roma.in d. l.quandiu la.3. num. 12. ff. de acqui. hæredit. quem ibi sequitur Areti.col.6.dicēs hanc esse communē opinionē Alex. & Ias. in.l. fin. ff. de ferijs, Feli. in c.ex literis de constitutionib.& in c. accepimus numer.6. de fide instrum. Deci.in.l.fin.col.3.C. de edicto diui Adria.toll.Cotta in memorialib.iure verbo iudex potest statuere terminū Petrus de Benitend.d.decis.66.num. 1 Cagnol. plura adducens fundamēta in d. l. diffamari num.7. & 8. qui satisfacit fundamentis in contrarium adductis, Couarru. d.c. 18.numer. 2. quod praxis in his Hispaniarum regnis obseruat.

40 Limita tamen dict. l. diffamari remedium locum habere præcedente diffamatione probata saltem summarie, vt tenent Bar. in l. Titia. ff. de accusationibus. Bal. in l. 2. C.ne filius pro patre, Ang in tract. maleficiorū, vers.nec ad querelam Titij, Ang. in d. rub. insti. de exceptionib.num.29. Salyc. in.l. 3.C,qui bon.cedere poss. Natta in Clem.sæpe, de verb. signi. Cagnol. post alios in d. l. diffamari. num.6. Boeri d.decis.255. Couarru. in d.c.18.num.2. Anto.Gabriel in d. tit. de actio conclu.6. num. 24. Ludouic. de Molina de Hispan. primo gen c.14.num.31.Cerard.Mazoll. d. cons.14.num.8.& 33. & ita seruatur de stylo, licet Couarru. loco citato contrarium referat.

41 Secundo limita, vt intentans dictę l. diffamari remediū, teneatur simul cum diffamatione & iactantia docere de iure suo, vt tenet. Innoc. in c. Abbate col.1. de verbor. signi. Castren. in l.si contendat.ff.de fide instrumentorib. Areti.cons. 68. Petrus de Benitend. decis. 66.num.2. Anto. Gabriel dicta conclu. 6.num.37.& sentit Mazoll. d.cons.14.num.12. 22.& 33. nam si diffamans habet iustam iactandi causam, non videtur inferre iniuriam diffamato,si sui iuris conseruandi causa dicit ius habere in aliqua re,vel aliquem esse suum debitorem vt post Ricard. & Cyn. ita intelligit dictam. l. diffamari,Bal. in l. ob cōmissa C. ad. l. Iuli. de adult. dicens eam.l. procedere,quando diffamatio fit sine iusta causa,quem intellectum sequitur etiam Mazoll.d.cons.14.nu.
42 23. qui colligitur ex eadem l. diffamari ibi. Diffamari statum ingeniorum,aut errore,aut malignitate, per iniquum est. Ex quo infertur à contrario sensu, quod si non errore aut dolo, sed cum iusta causa quis dicit se ius habere in aliqua re, nō est iniquum,sed permissum quod intelligo necessarium esse in casibus, vbi ex probatione summaria iactantiæ colligitur reum diffamatum non habere præsumptionem pro se,& in eum diffamante onus probationis transferre, vt in casibus,quos notat glos. in lege actor,quod asseuerat verbo non adstringit.C.de probationib.vbi explicant scribentes,& soci in reg. 112.& in alijs similibus, secus tamen,quando reus diffamatus habet fundatam intentionem,& prę sumptionē pro se vt in d. l. diffamari: nam quis præsumitur

mitur ingenuus, & liber nisi probetur contrarium, vt colligitur ex illa. l. & probat. l. ad probationem & l. vis eius. C. de probatio. l. si filius. l. circa. l. si quis. ff. eod. tit. l. 1. l. liberis. §. fin ff. de liberali causa. l. 5. tit. 14. par. 3. vel in alijs seruitutibus, quia omnis res prҫsumitur libera, nisi probetur contrarium. l. altius. l. si in
43 ædibus. C. de seruit. & aqua, cũ alijs. & in delictis quæ non præsumuntur, l. merito. ff. pro socio cum similibus.
44 Et generaliter in omnibus actionibus realibus & personalibus ciuilibus, & criminalibus, in quibus actore non probante reus est absoluendus, vt in d. l. actor quod asseuerat. C. de probatio. l. qui accusare. C. de edendo cum alijs.
45 Tertio limita vt remedium dictæ. l. diffamari procedat, quando diffamatus habet ius de præsenti in aliqua re, quam diffamãs dicit suam esse, secus vero si ius habeat de futuro, cum tractus futuri tempo is ad iudicis officium non spectet l t §. 1. ff de vsur. l. non potest. l. non quemadmodum ff. de iudi. cum alijs. Cuius restrictio
46 non obscure colligitur ex d. l. diffamari, nam ingenuus ibi diffamatus erat, in quasi possessione ingenuitatis, de cuius præsenti statu tractabatur: & ita dicit textus, diffama i statum ingenuorum, seu errore, seu malignitate per in quum est, & ita eam intelligunt Bal. in l. si ea num. 9. C. de his qui accusare nõ possunt, Areti. cons. 68. Boeri. decis. 255. Petrus de Benitend. decis. 66. in fine. Anto. Gabriel in d. tit. de actio. conclu. 6. num. 38. Gerard Mazoll. d. cons. 14. nu. 22. cum seq. Anto Gome in. l. 40. Tauri. num. 79. Ludouic. de Molina. d. c. 14. num. 22. & 23. qui ita etiam intelligunt dictam. l. si contendat. ff. de fide iussor.
47 Ex quo infertur, quod viuente vltimo possessore maioratus eius successor non potest petere, vt mortuo possessore declaretur verus ipsius maioratus successor, vt tenent Anto. Gom. & Ludouic. de Molina in locis proxime citatis, & Arius Pinell. in. l. 1. in. 3. par. num. 78. C. de bő. mater Vasqui. l. 1. de successio. creatio. §. 6. num. 46. Anto. à Padilla in l. 1. num. 30. C. de fide cõmiss. quos citauimus in c. præcedenti num. 64. Sed contrariam opinionem tenent Roderic. Suarez in allegatione 4. per totam, Couarru. lib. 1. variar resolutio. c. 18. num. 8. Simanc. de primoge. Hispa. lib. 1. cap. 28. Pelaez à Mieres in tract. maiorat. 2. par in initio num. 64. eamque sequitur Greg. Lop. in l. 1. tit. 2. par. 3. in glos. verbo *enel tiempo que es p r venir*, quamuis dicat fortius procedere, quando vltimus possessor dissipat, vel alienat bona maioratus. Et hanc vltimam opinionem tanquam veriorem secuti sumus in dicto c præcedenti, eamque pluribus fundamentis probauimus a num. 35. vsque ad 82. & ratio fundamentalis & principalis est, quia successor maioratus, vel alcuius fideicommissi ex dispositione irreuocabili fundatoris dicitur habere ius quҫsitum considerabile de præsenti, quãuis implemnetũ pendeat a futuro euentu, & interim sit suspensum: & quamuis dicatur ius de futuro quantum ad ipsum implementum, eius spes est firma, & dicitur ius acquisitũ de præsenti, quia causat rex actu perfecto subsistente de præsenti, qui non potest variari ex volũtate possessoris maioratus, vel alterius personæ. Ex quo sequitur successori maioratus competere etiam remedium dictæ. l. diffamari. si talis successor simul cum iactantia saltem summariæ doceat de iure suo, hoc est, quod bona quæ possidet vltimus possessor, sũt maioratus, & restitutioni subiecta & quod ipse successor est in quasi possessione

possessione primogenituræ, aut fraternitatis, vel proximitatis, vt fundet intentionem suam contra iactantem, & diffamantem, vt supra in numero 41. diximus.

49 Forma autem libelli in remedio dictæ.l. diffamari secundum doctores, ibi hæc erit, quod diffamatus debet narrare diffamationem sui iuris, aut personæ in sui de decus, & damnum sine causa factum, & petere vt intra breuem terminum à iudice assignatum suis iuribus in iudicio experiatur, & eo non agente intra illum terminum imponatur ei perpetuum silentium per officium iudicis, vt de cætero non audiatur, & porrecto libello, data quæ informatione iactantiæ, & sui iuris, si fundatam non habeat intentionem suã de iure, prout supra dictum est, iudex assignabit diffamanti terminum, intra quem sua iura in iudicium deducat, & eo non agente intra illum terminum pronunciabit non esse de cætero audiendum, eique perpetuũ imponet silentium.

50 In remedio vero. l. si con endit. ff. de fidei iussoribus reus debet narrare factum & exceptionem, quam contra actionem creditoris habet, & petere vt declaretur illam exceptionem contra dictam actionẽ sibi competere, seque ab ea liberum esse, & quod creditori perpetuum silentium imponatur officiũ iudicis implorãdo.

51 Alias autem regulariter in potestate actoris est experiri quando velit. l. qui in alterius ibi, cum sit in potestate eius quando velit experiri ff. de reg. iur. ideo ibi Caius Iurisconsultus cõtinuo inquit, quod actor antequam agat, cum sit in eius potestate agere quando velit, debet rem diligenter explorare, & tunc ad agẽdum procedere.

52 In reo autem nimis diuersum est, nam inuitus trahitur ad iudicium. l. inter stipulantem. §. stichum. ff. de verbor. obligatio. Et ratio diuersitatis est, quia actio datur actori in eius commodum & beneficium, & in inuitum non confertur beneficium. l. inuito. ff. de regul. iur. quod secus est in reo qui præcisse satisfacere tenetur.

53 Ideo regula. l. qui in alterius locum succedunt, iustam habent causam ignorantiæ ff. de regul. iur. limitatur, vt procedat in hærede conuento, & non in hærede actore, quem ignorantia non excusat, cum possit sibi imputari, cur antequam ad iudicium veniret, diligenter rem non explorauerit, certiorque factus fuerit, vt post alios explicant. Decius & Cagnol. num. 13. in d. l. qui in alterius, idem Cagnol. in l. 2. num. 224. C. de pact. inter emptor. & vendit.

EX

EX CAPITE QVARTO summaria.

1 *IN Exercitio actionis requiritur potestas agendi de facto ex parte actoris.*

2 *Impeditur quis de facto agere in iudicio, multis ex causis.*

3 *Impeditus agere facti impedimento, si lęsus sit, restituitur in integrũ, ex clausula generali aduersus lesionem.*

4 *Plures sunt impedimenti causę, quibus maior ex generali clausula restitui potest.*

5 *Maior restituitur ex causa absentię probabili, & necessaria.*

6 *Restituitur in integrum maior ex causa captiuitatis.*

7 *Captus a latronibus, vel per vim coniectus in vinculis, restituitur in integrum.*

8 *Restituitur maior impeditus, si impedimentum proueniat ex facto Principis.*

9 *Restituitur maior, si captus esset in vinculis a iudice etiam sua culpa:*

10 *Restituitur is qui sine dedecore in publico apparere non potest.*

11 *Restituitur maior impeditus magna infirmitate.*

12 *Restituitur in integrum maior detentus infirmitate suorum.*

13 *Impedimentum ęgritudinis grauis excusat a mora & pœna.*

14 *Impeditus tempestate, vel multitudine nimium, restituitur in integrũ.*

15 *Ex causa belli restituitur maior in integrum*

16 *Bellum dicitur casus fortuitus.*

17 *Ex causa pestis restituitur maior in integrum.*

18 *Pestis dicitur casus fortuitus.*

19 *Pauperes & miserabiles personę, restituuntur in integrum ex causa paupertatis.*

20 *Restitutio in integrum est miserationis suffragium, ideo miserabilibus personis congruit.*

21 *Ob plura alia impedimenta restituitur maior, remissiue.*

22 *Per in integrum restitutionem subuenitur ei, qui ex necessitate, & non voluntate abfuit, & impeditur.*

23 *In omnibus casibus, in quibus impedimentum excusat, datur maioribus restitutio in integrum.*

24 *Vbicunq; iudici ęquum videbitur, potest absentẽ, vel legitime impedimentum restituere in integrũ aduersus lęsionem, ex clausula generali.*

25 *Restitutio in integrum ex clausula generali datur legitime impeditis, vel ex causa necessaria absentibus, etiam aduersus pręsumptionem iuris & iure.*

26 *Impedimentum, seu difficultas, excusat a pœna & mora.*

27 *Impedimentum procuratoris excusat dominum, & contra illud datur*

E

durante ipso impedimento potest mittere excusatorem ad allegandas causas absentię, & impedimenti, non solum in causis ciuilibus sed etiam criminalibus: & si admissus non fuerit excusator, processus, & sententia erit nulla.

48 *Restitutio in integrum, quę ex clausula generali conceditur maioribus impeditis, solum datur impedito facti impedimento.*

49 *Restitutio in integrum ex clausula generali non competit, vbi cessat equitas quia non datur in priuilegium personę, sed tantum ex equitate & iusta causa.*

50 *Restitutio in integrum ex clausula generali tantummodo conceditur quando eam petens certat de damno euitando, non vero de lucro captando.*

51 *Restituitur maior in integrum, non solum pro lucro certo, sed verisimili, si absque alterius in iuria proueniat.*

52 *Maior lęsus restituitur in integrum, nisi aliunde ius suum consequi possit, quia restitutio ex clausula generali cessat, vbi alio remedio ordinario succurri potest agenti.*

53 *Remedium ordinarium facit cessare remedium extraordinariū restitutionis ex clausula generali, quādo ambo remedia concurrunt contra eundem, & non contra diuersos, & ad diuersa: quia tunc remedium extraordinarium concurrit cum ordinario.*

54 *Remedium extraordinariū concurrit cum ordinario, quando pinguis prouidet quam ordinarium.*

55 *Quamuis contra impeditum impedimento facti, etiam ex iustissima causa, prescriptio currat, attamen ex clausula generali impeditus restituitur in integrum.*

56 *Impedito iure non currit prescriptio.*

57 *Licet ignorans ius sibi ad rem, quę prescribitur, competere, iuste dicatur impeditus agere, tamen datur ei restitutio in integrum ex clausula generali aduersus prescriptionem.*

58 *Ignoranti datur restitutio in integrum ex clausula generali etiam cōtra prescripnem 30. annorum.*

59 *Restituitur maior ex capite ignorantię per clausulam generalē, etiā contra prescriptionem 40. annorum, quam opinionem defendit autor à num 69.*

60 *Contrariam opinionem, nempe quod restitutio ex clausula generali non detur ignoranti aduersus prescriptionem 40. annorum, tenent multi, quorum plures testantur de communiori opinione.*

61 *Presumptio quadragenaria plenissimam inducit securitatem.*

62 *Exceptio prescriptionis opposita excludit remedium contra eam.*

63 *Qui fundum patrimonialem quadraginta annis possederit, nullam actionem aut molestiam, aut inquietudinem formi dare debet.*

64 *In vsucapione iure completa nullus recursus admittitur.*

65 *In prescriptionum materia nihilo-*

nihil omnino curatur scientia vel ignorantia, contra quem pręscribitur.

66 Dominia non debent perpetuò esse in incerto.

67 Restitutio ex capite ignorantię datur intra quadriennium a die scientię.

68 Impeditus & ignorans ęquiparantur: nam qui ignorat ius sibi competere ad rem quę prescribitur, iuste dicitur impeditus, ne agere posit.

69 Ignorans dicitur impeditus impedimento facti, & iuris: & ignorantia probabilis dicitur iustum impedimentum.

70 Impeditus & ignorans, non dicuntur ius suum negligere.

71 Ignorans non videtur consentire: nam ignorantia excludit consensum, adeo quod iuramentum tunc non operatur.

72 Ignorans defectum alicuius actus non dicitur illum ratificare, & approbare.

73 Ignorans nō dicitur cōtēnere.

74 Ignoranti, culpa imputari non potest.

75 Ignorans non videtur remittere ius sibi competens.

76 Ignorans retinet suam possessionem.

77 Ignorans non habet velle nec nolle.

78 Intellectus ad l. omnes, & ad l. fi. C. de prescrip. 30. vel. 40. annorū, & ad l. vlti. C. de fund. patrim. lib. 11. & ad. l. vnicam. C. de vsu capio. trasfor.

79 Per verba quantumuis generalia legis, vel statuti, nunquam intelligitur derogatum beneficium restitutionis in integrum, nisi de eo fiat specialis mentio.

80 Intellectus ad. l. 4. tit. 21. lib. 4. recopillatio. & ad. l. 52. tit. 4. lib. 2. & ad. l. 5. tit. 17. & ad. l. 7. tit. 18. lib. 4. eiusdem recopillationis.

81 Quando ex verbis & mente legis vel statuti, & ex negocij qualitate posit colligi, quod beneficiū restitutionis sit exclusum, tunc verba generalia comprehendunt etiā restitutionem in integrum.

82 Per verba generalia, quod quis molestari vel inquietari non posit directe, vel indirecte a quauis persona, non tollitur speciale preuilegium restitutionis in integrum.

83 Restitutio in integrum non censetur sublata, si lex generaliter nulla ratione litē restaurare velit.

84 Actionis remedium vbi negatur, non censetur denegatum officium iudicis in restitutione in integrum.

85 Per vniuersalem negatiuam excluditur solum remedium iuris cō munis, non autē remediū extraordinariū inductū de iure speciali.

86 Vbi cunque est remotū omne remedium, nunquam videtur exclusum remediū extraordinarium.

87 Exceptione quacunque exclusa ex forma statuti, non intelligitur exclusum beneficiū restitutionis

88 Prescriptio 30. vel 40. annorū licet currat adulto, non tamen ei, dene-

denegatur restitutio in integrum aduersus eam.

89 *Tempus datum a statuto vel consuetudine, licet currat minori, tamen datur ei restitutio in integrum.*

90 *Licet lex dicat plenissimam securitatem tribui per praescriptionem longissimam, & nullam pati debere molestiam, vel inquietudinem, qui ita praescribit: tamen per talia verba generalia non tollitur beneficium restitutionis in integrum.*

91 *Lex generaliter loquens non intelligitur derogare iuribus antiquis specialiter loquentibus, sed debet secundum ea iura limitari & distingui.*

92 *Intellectus ad. l. omnes. C. de praescriptione. 30. vel 40. annorum.*

93 *Res quantumcunque generalis, vniuersalis, & praecissa, restringitur, ne quis indebite damnum patiatur.*

94 *Verba vniuersalia restringi debent ad id quod est rationis.*

95 *In varietate opinionum pro aequitate contra rigorem pronunciandum est.*

96 *Restitutio in integrum ex clausula generali nititur aequitate, ideo nunquam conceditur nisi concurrente aequitate.*

97 *Praescriptio quamuis bono publico introducta sit, tamen est contra naturalem aequitatem, quia dicitur nemini cum alterius iactura locupletari.*

98 *Exceptio praescriptionis tanquam adiosa reijcitur, quando causa agitatur corã arbitro procedente secundum veritatẽ & aequitatẽ.*

99 *Fundans se ex tempore dicitur iuuari ex circumuẽtione temporis.*

100 *Impium & iniquum dicitur praesidium temporis.*

101 *Remedium restitutionis ex clausula generali fauorabilius est remedio praescriptionis.*

102 *Restitutio ex clausula generali non conceditur ei, qui certat de lucro captando.*

103 *L. omnes & l. fin. C. de praescriptio. 30. vel. 40. annorum & l. vlti. C. de fund. patrim. lib. 11. & l. vnic. de vsucapio. trãsfor. procedunt in remedio ordinario.*

104 *Quamuis in materia praescriptionis non curatur de scientia vel ignorantia illius, cõtra quẽ praescribitur: tamẽ ex aequitate datur cõtra praescriptionem 30. vel. 40. annorum ignoranti restitutio in integrum ex clausula generali.*

105 *Ignorans dicitur absens & impeditus.*

106 *Per restitutionẽ in integrũ ex capite ignorantiae non cessat omnino remedium ordinarium praescriptionis, sed ex aequitate limitatur.*

107 *Restitutio in integrũ ex clausula generali datur ignorãti aduersus praescriptionẽ 40. ann. quãdo ignorãtia est probabilis & iustissima.*

108 *Ignorãs ad impetrãdã restitutionẽ in integrũ ex clausula generali tenetur probare ignorantiã, cũ sit fundamentum suae intentionis.*

109 *Ignorãtia debet esse probabilis, & iustissima, & probãda est cũ hac*

 qualitate,

qualitate, sicut quando aliqua qualitas est adiecta a lege, statuto, vel aliqua dispositione, quia tunc non solum debet res principalis probari, sed etiã qualitas illa, ad hoc vt cõueniat verbis legis, vel dispositionis.

110 Ignorantia contra praescriptionem .40. annorũ probanda est aliter quàm per iuramentum partis, cum sit contra eam praesumptio ex longissima praescriptione.

111 Ignorantia regulariter probatur per iuramentum.

112 Ignorãtia nõ probatur periuramẽtũ, quãdo de magno praeiudicio agit.

113 Ignorantia non praesumitur, nec probatur iuramento partis, quando allegatur ignorantia facti, quod publice notum fuit, & cuius non est verisimilis ignorantia.

114 Ignorantia coniecturis praesumitur, & praesumptio ignorantiae potentior est praesumptione scientiae.

115 Ignorantia probatur probando, illud quod de necessitate facit deuenire ad eam.

116 Ignorãtia probatur probãdo id, per quod verisimiliter deuenitur ẽd eam.

117 Ex absentia & separata habitatione inducitur praesumptio iustae, & probabilis ignorantiae contra praesumptionem scientiae ob consanguinitatem & vicinitatem.

118 Ignorantia probatur probando aliquem fuisse infirmum, in quo praesumitur ignorantia: & idem in detento in vinculis.

119 Scientia si superueniat ante cõpletam praescriptionem, cessat restitutio ex capite ignorantiae aduersus longissimam praescriptionem, cũ a die scientiae currat quadriennium ad petendum eam restitutionem, nisi plus temporis quam quadriennium deficiat, quando superuenit scientia, quia tunc non erit necessaria restitutio, cum competat remedium ordinarium.

120 Scientia si ante completam praescriptionem .40. annorum superuenerit, quadriennium currit a die finis praescriptionis.

121 Restitutio quae competit maiori ex capite ignorantiae contra praescriptionem. 40. annorum fortius procedit in minore, Ecclesia, vniuersitate, & fisco.

122 Restitutio in integrum ex capite ignorantiae non datur aduersus centenariam & immemorialem praescriptionem.

123 Restitutio in integrum ex clausula generali ex capite probabilis ignorantiae datur aduersus canonem non solutum.

124 Restitutio in integrum ex clausula generali conceditur emphiteutae, qui propter impedimentum legitimum, seu difficultatem non soluit canonem intra tempus.

125 Minor qui successit absque ignorantia emphiteutae, & non soluit canonem intra tempus cõgruum, cadit a iure suo sine spe restitutionis, cum hoc contingat per non factũ ipsius minoris, cũ quo nihil gestũ fuit.

126 Quando contractus incipit a defuncto maiori, & nihil gestum est cum minore, qui ei successit, non consideratur persona minoris, sed maioris, a quo initium habuit, ideo

ideo minori non competit restitutio in integrum.

117 Minori qui successit in ius alterius, succurritur ex capite probabilis ignorantię per clausulam generalem, & non subuenitur ei per restitutionem in integrum ex capite de minoribus.

118 Valet regulariter argumentū, non subuenitur minori ex capite de minorib⁹: ergo nec maiori ex edicto, ex quibus causis maiores.

129 Fauorabilior est restitutio quę competit minoribus, quam quę datur maioribus, etiam reypublicę causa absentibus.

130 Restitutio in integrum datur hęredibus absentis, qui ignorans decessit, non adita hęreditate sibi delata.

131 Subcurritur patri absenti ex causa reipublicę si filius decessit non adita, vel petita bonorum possessione, quando pater non potuit filio iubere, vt peteret.

132 Licet instantia currat non obstantibus impedimentis facti, tamen conceditur imped.to restitutio in integrū ex clausula generali.

133 Infirmus restituitur in integrum ex clausula generali aduersus sententiam.

134 Si maior ex iusta causa ignorans ad quem appellare debeat, vel per errorem ad alium iudicem quam deberet prouocauit, & interim lapsa sint tempora exequendę appellationis, restituendus est aduersus appellationem, & transcursum temporis.

135 Impeditus appellare restituitur in integrum ex clausula generali aduersus transcursum temporis ad appellandum.

136 Sententia lata prętextu falsorum instrumentorum retractatur per modum restitutionis in integrum ex clausula generali: quod procedit, etiā si sententia lata fuerit, absque dolo, & falsa probatione victoris.

137 Quę dicantur instrumenta de nouo reperta.

138 Instrumēta esse de nouo reperta probatur per iuramentum ea producentis.

136 Maior ex clausula generali restituendus est, etiam lata sententia, & in rem iudicatam translata, si ad probandum suos testes intermino produxerit: & tabellio vel iudex intra terminum non examinauerit.

140 Citatus iusto impedimento impeditus, non dicitur contumax, & per restitutionem ex clausula generali reponenda est causa in pristino statu citationis.

141 Restituendus est in integrum impeditus nuntiare nouum opus ex clausula generali.

142 Impedimētū excusat a periurio, nisi iuramentū sit iam in cursum.

143 Restituitur in integrum ex clausula generali patronus impeditus ad pręsentandum.

144 Absens iusta causa, si pacto conuenerit, vt creditor lapso termino possint pignus vendere, est restiendus in integrum, ex clausula generali aduersus venditionem.

145 Conductor restitutionē in integrum,

 grum,

grum ex clausula generali excusatur, & fit ei remissio pro rata pensionis, si causa belli fructus non perceperit.

146 *Emphyteuta qui soluit pensionem in recompensationem fructuũ excusatur, & fit ei remissio mercedis pro rata damni propter impedimentum belli.*

147 *Excusatur debitor prestationis, si tempore belli eam non prestiterit.*

148 *Belli causa fit regulariter remissio mercedis, non solum quando facta est locatio, sed etiã quando est pura fructuum venditio.*

149 *Remissio mercedis facienda est, non solum propter bellum, sed etiam timore belli.*

150 *Pestis causa datur restitutio in integrum aduersus instantiã perẽptam, vel cursum fatalium.*

151 *Citatus excausatur a contumacia ex causa pestis.*

152 *Pestis excusat a mora.*

153 *Emphyteuta impeditus soluere canon. proprter pestem, non cadit a iure suo.*

154 *Conductor potest recedere a cultura agrorum, & a domo conducta propter pestem, ob quam fit remissio mercedis.*

155 *In casibus supradictis belli & pestis fit remissio mercedis de iure, nisi cõductor, vel emptor periculu casus fortuiti in se susceperit.*

156 *Pestis excusat a periurio, quando adeo viget in loco, quo ius reddi non potest.*

157 *Pestis excusat matrem, quę nõ petijt tutorem dari filijs intra tẽpus debitum.*

158 *Pestis tempore valet testamentũ cõditum cum minore numero testium, quando numerus de iure necessarius inuenire non potest.*

159 *Emphyteuta qui non soluit canonem ob paupertatem, non cadit a iure suo.*

160 *Remissio pensionis fit ex causa incendij casu peruenienti.*

161 *Restituitur in integrũ ex clausula generali maior lęsus ob iustũ facti errorem.*

162 *Error excludit consensum, & sic errans non videtur consentire.*

163 *Errantis nulla est voluntas, nec errans quicquam fateri dicitur.*

164 *Error facit ne aliquod pręiudicium censeatur allatum errãti.*

165 *Facta per errorem possunt reuocari: siue facta fuerint extraiudicium, siue sint acta iudicialia, tã decissoria, quã pręparatoria.*

166 *Erroris reuocatio fieri potest vsq; ad conclusionẽ in causa & iustissima causa, vsque ad sententiam.*

167 *Si quis extraiudicium per errorem fateatur rem propriam esse alterius, dominium in eum non transfert.*

168 *Si quis per errorem fatetur rem suam esse sub fideicommisso, vel maioratu cum nõ sit, sibi non pręiudicat.*

169 *Confessio erronea facta in iudicio retractari potest, quod procedit in alijs quibuscumque confessionibus.*

170 Cõ-

170 *Confessio erronea etiã gemina ta reuocari potest.*

171 *In positionibus confessio facta per errorem iudicialiter res eundi, & reuocari potest.*

172 *Confessio erronea quo modo reuocari possit, remissiue.*

173 *Error in traditione alicus rei ex parte recipientis, impedit dominij translationem, & pręscribendi conditionem, secus si error fuerit ex parte tradentis.*

174 *Error in solutione vitiat, & impedit liberationem.*

175 *Solutio per errorem facta repeti potest.*

176 *Ex errore nulla oritur obligatio, cum errans non videatur consentire.*

177 *Contractus per errorem initus reuocatur, & a quolibet contractu, seu actu facto sub errore & credulitate, potest quilibet ex contrahentibus recedere.*

178 *Error in materia vitiat contractum.*

179 *Diuisio facta per errorem retractatur de texto errore, etiam si interueniat iuramentum.*

180 *Error computationum allegari & emendari semper debet.*

181 *Error calculi non solum semel allegari potest, & rationes calculandę, atque in eunde sunt, sed bis, ter, quater, & pluries, si postquam semel rationes datę sunt & calculatę de aliquo errore vel negligentia ad ministrationis constat.*

182 *Error calculi vsque ad 30. annos allegari potest.*

183 *Error a periurio excusat.*

184 *Error notarij non vitiat scripturam.*

185 *Error in nomine non vitiat, quando de corpore constat.*

186 *Error in confinibus rei vendi tę, & in confinibus rei legatę, non nocet.*

187 *Electio per errorem facta reuocatur, cum errantis nulla sit voluntas.*

188 *Error non vitiat inuentarium, sed corrigi potest quandocunque.*

189 *Restitui potest hęres maior, si per errorem inuentario res in serendas omiserit aut non in seren das ad scripserit.*

190 *Error aduocati parti non nocet.*

191 *Dictum pestis per errorem puti non nocet.*

192 *Quotiescunque in processu constat de errore, iudex tenetur sequi veritatem & secundum eã iudicare.*

193 *Sententia per errorem lata di citur nulla, quãdo error oculo corporeo cerni potest.*

194 *Error expressus in relatione videtur expressus in sententia, quę refertur ad eam.*

195 *Appellatio per errorem interposita reuocatur, & appellans restituitur aduersus transcursum temporis.*

166 *Error non solum non nocet in facto alieno, sed etiam potest quis contrauenire facto proprio erronco, & propriæ confessioni.*

CAPVT QVARTVM.

DE POTESTATE AGENDI DE FACTO *in iudicio, & restitutione maiorum, ex clausula generali, aduersus facti impedimentum.*

1 QVARTO in exercitio actionis, vt quis posit cõsequi in iudicio, quod sibi debetur, requiritur potestas agendi de facto, l. 1. ff. de diuers. & temporalib. præscriptionib. ibi: Et quidem imprimis exigendum est, vt sit facultas agendi.
2 Et impeditur quis de facto agere in iudicio ex causis, de quibus in dicta l. 1. ibi: Proinde siue apud hostes sit, siue reipublicæ causa absit, siue in vinculis sit, aut si tempestate in aliquo loco, vel regione detineatur, vt neque experiri, nec mandare possit, experiundi potestatem non habet. Sed si impeditus facti impedimento læsus sit, datur ei de iure restitutio in integrum ex clausula generali aduersus impedimentum, & læsionem. l. 1 in fine. l. non enim. l. in eadem causa cum alijs legibus sequentibus. ff. ex quibus causis maiores.
3 Plures autem sunt impedimenti causæ, quibus maior ex generali clausula restitui potest: nã primo succur
5 ritur impedito causa absentiæ probabili, & necessaria, vt in eo, qui abest causa militiæ, vel Regis, vel reipublicæ, vel alia simili causa, vel causa probabili tantum, vt si quis absit studiorum causa, vel necessaria tantum, vt in eo qui absit causa relegationis, siue exilij, in quibus tribus generibus regulariter reuersus restituitur in integrum, vt declarat glos. in l. fin. verbo appellare, vbi Bart. n. 13. cum seq. notat. ff. de in integrum restitutione. Ias. nu. 7. Gom. n. 14. & alij in §. rursus insti. de actio. Mauri in tract. de restitutio. c. 333. cum alijs seq. vbi in c. 351. refert plures casus, quibus abesse dicitur causa reipublicæ, quod etiam disponit. l. 10. & 11. titu. 23. part. 3.
6 Secundò restituitur in integrum maior causa captiuitatis. l. ab hostibus in 1. respõso. ff. ex quib. caus. maior. d. l. 1. ff. de diuers. & tempor. præscript.

script.d.l.10.in fin.tit.23.par.3.

7 Tertio iusta erit causa conceden dæ restitutionis, si aliquis esset captus à latronibus, vel per vim esset cóiectus in vincula.l.succurritur.ff. ex quib.caus.maior notat Ias.in d.§. rursus. n.48.instit.de actio.vbi etiã tradũt alij, quod disponit l.11.ti 7.p. 3.ibi: *O si lo embargassen ladrones o enemigos conocidos, que le tuuiessen los caminos, o q̃ le ouiessen desafiado, o fues sen mas poderosos que el, demanera q̃ no osasse venir a menos de peligro de muerte*, probatur etiam in l.2.eiusdẽ tit. & in l.12.tit.23.eadem par.

8 Quartò restituitur impeditus, si impedimentum proueniat ex facto principis, quod dicitur iustũ impedimẽtũ, & legitimũ. l.sed etsi per prætorẽ.ff.ex quib.caus.maior.notãt Abbas, & alij in c.ex transmissa de præscript.vbi Fel.n.8. Alex.in l.properandũ.§.sin autẽ vtraque in fine. C. de iudi. & in l. de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de noui oper.nuntia. Paris.conf.5.nu.52.& seq. lib.4. Ioseph.Ludou.decis.106.nu 10.

9 Quintò restituitur in integrũ maior, si captus esset in vinculis à iudice secũdũ Bar.& Alex.in l.2.§.simili; modo.ff.si quis captio. quos sequitur Greg.Lop.in d.l.11.tit.7.par. 3.in gl.verbo, *o si fuesse pr. so*, & quãuis loquãtur in iudice iniuste procedẽte, idẽ dicẽdũ est, quãdo quis iuste sua culpa captus, & impeditus est, ex notatis infra in 5.limita. n.39.

10 Sextò restituitur in integrum is, qui sine dedecore in publico apparere nõ potest, vt inquit Iurisc óśultus in d.l.in eadẽ.ff.ex quib.caus.maior, ibi: In vinculis autẽ etiã eos accipimus, qui ita alligati sunt, vt sine decore nõ possunt in publico apparere, vbi notat gl.in verbo nõ possũt

11 Septimò, iusta etiam erit causa restitutionis in integrum impedimentum magnæ infirmitatis.l.quæsitum §.1.ff.de re iudic.l.apud.§.si in arbitrium de doli exceptio.l.2.§.si quis in iudicio, vbi scribẽtes.ff.si quis cautionib. Frãc.Marc.decis.1324.nu.4. Beroi.conf.18.num.78. & 110. lib.3. Becci.conf.104 nu.6. l.2.tit.7.part. 3.ibi: *E los que fueren enfermos de gran enfermedad, o feridos de guissa que non pudiessen venir*, & l.11. eiusdem tituli, ibi: *Fuesse embargado de gran enfermedad*, probat etiam l. 12. titu.23.ead.part.& l.37. tit.11.par.5.

12. Quod procedit, etiamsi quis detentus sit infirmitate suorum, vt notat glos.in ca.communis filius.23. dist. Alber.Alex.& alij in d.l.2.§.si quis in iudicio.ff.si quis cautio.idẽ Alex. in l.quæsitum n.8.ff.de re iudic.Sebastian.Medic.in tract. de cas.fo r. 1.par.q.4.num.37.Greg. Lop.in d.l. 11.tit.7.part.3.in glos verbo, *Fuesse embargado de gran enfermedad*. Et

13 hoc impedimẽtum ægritudinis grauis excusat a mora, & pœna.l. si vehenda.§.idem iuris ad legem Rhod. de iact.l.celsus.§.1.de arbitris, notat Bal.in l.diffamari nu.5.in fine. C.de ingenu.& manumiss.cum alijs infra in secunda extensione allegatis.

14 Octauò, iusta causa est, si aliquis esset impeditus tempestate, vel multitudine niuium in aliquo loco dict. l.1.ff.de diuers. & temporalib. præscript.d.l. 2. §. si quis in iudicio, vbi DD.ff.si quis cautio.d.l.11.ti.7.par. 3.ibi: *O ouo embargo en el camino por llenas de rios, o de grandes nieues, o de otra tempestad*, quod probat etiã l.12.tit.23.eodem part.& l.37. tit.11. part.5.

15 Nonò, iustum impedimentum est bellum, vt notant scribentes, in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. Bald. consil.45. Afflict. decisio.50. numero 4. Rebuff.in tractat. de excusationib. numero 37. in tertio tomo super constitu. Galli. qui dicunt causam belli esse iustam causam restitutionis, & bellum dicitur casus fortuitus. l. in rebus.ff.commodati,

tenent

terent Socin.conf.123.lib.4. Corn.
16 cõſ.12.nu.4.l b.1.Alba.conf.1.Curt.
Iun.conf.85.nu.3.lib.2.Neuiz.conf.
91.nu.5.Craue. conf.6.nu.99.Porti.
conf.143.Rimin.conf.5.nu.128.Boſs.
in tractat.de remiſsio. merc.num.1.
& 93.

17 Decimò iuſtũ impedimentum eſt peſtis, quod dat cauſam excuſationis,& reſtitutionis, cap.ad ſupplicationem de renũtiatio. c.ex parte,el 1.de appellatio.tradit Ripa in tract. de peſte,in 3.par.Rebuf.in d.titu.de
18 excuſat.nu.36. Et dicitur caſus fortuitus,vt idem Ripa ſcripſit in dicto tract.de peſte,in tit.de priuileg.contra temp.peſt.nu 68. Corneu. conſ. 128.n.25.lib.2.Igne.in l.contractus, nu.101.ff.de reg.iur.Boſsi in d.tract. de remiſ.merc.nu.40.

19 Vndecimo iuſta etiam erit cauſa, impedimẽtum paupertatis,nam pauperibus, & miſerabilibus perſonis maioribus reſtitutio in integrum cõceditur ratione paupertatis, vt conſuluit Bald.conſ.465.col. vlt. lib.1. quem refert, & ſequitur Rebuff. in tractat.de ſent.proui.art.3. gloſ.vlt. nu.23.in 3.tomo ſuper conſti. Galli. vbi multa adducit priuilegia conceſſa in fauorem pauperum, & miſerabilium perſonarum ; idem circa hanc reſtitutionem tenet Federic. Scot.in 2.par.reſponſ.lib.5.reſponſo 2.nu.3.Aimon,conſ.202.col.1.& 2. lib.2 Syluan.conſ.69. n.20.lib.1.& tradunt DD.præſertim Abb.Imol. & Dec.in c.ex ratione de appellat.
20 Reſtitutio enim in integrum eſt miſerationis ſuffragium,ideo miſerabilibus perſonis congruit,l.præſes ff. de minorib.l.3.in princ.rem rat.hab.
21 Plura alia impedimenta, ex quibus ſuccurritur impeditis per reſtitutionem in integrum,refert Rebuf. in d. tract.de excuſat.n.33.cum plur. ſeq.
22 Duodecimo generaliter per reſtitutionem in integrũ ſubuenitur ei, qui ex neceſsitate,& non voluntate abfuit,& impeditur. l. ſed & ſi per Prætorem. ff. ex quib. cauſ. maior. quod probatur ex generalitate dictæ l.11.tit.3.par.7.ibi:*O ſi fueſſe embargado por alguna otra razon ſemejante deſtas.*

23 Deniq; in omnibus caſibus,in quibus impedimentum excuſat,reſtitutio in integrum maioribus datur,vt notat gloſ.in l.commeatus. ff. de re milit.Bart.in l.ſi quis in graui.§.elegãter.ff.ad Sillanian.Aret.cõſ.16. num.3.&conſ.104.num.9.Ang.in l. ſi ita nu.2.ff.de verbor.obligat. Iaſ. in l.cum quidam num.1.ff.de acqui. hæred. Ioſeph.Ludou.deciſ.36.n.2.

24 Et vbicunque iudici æquum videbitur,poteſt abſentem,vel legitime impeditum reſtituere in integrũ aduerſus læſionem ex clauſula generali,niſi contrarium iure cautũ ſit,l.1. ff.ex quib.cauſ.maior.ibi: Item ſi qua alia iuſta mihi cauſa videbitur, in integrum reſtituam,&c.vbi glo. & ſcribentes hoc declarant, & in d. § rurſus inſtit. de actio. vbi Iaſ.nume.31.Doctores in d.l.2.§.ſi quis in iudicio. ff. ſi quis cautio. dicta l. 11. & 12.tit.7.part.3. l.12.tit.23. eadem par.l.37.tit.11.par.5.

25 Quod primo extende, vt adeo dicta reſtitutio ex clauſula generali locum habeat,quod detur legitime impeditis , vel ex cauſa neceſſaria abſentibus etiam aduerſus præſumptionem iuris,& de iure, puta aduerſus ſententiam,quæ tranſiuit in rem iudicatam,vt ſcripſerunt Ruin. conſil.68.lib.1. Bertrãd.conſ.273.lib.1. & conſ.301.lib.3. Cagnol.in l. 2.nu. 224.C.de pact.inter emptor.& venditor.Federic.Scot.2.par.reſpon.libro 1.reſp.8.nu.9.

26 Secundo extende,vt impedimẽtum , ſeu difficultas excuſet etiam à pœna,& mora, l. 1. §.ſi frater.ff. de collatio. bonorum , capite ſicut, & vltim. vbi Hoſtienſ. & Abbas de iure iurando , & notatur

in l. continuus. §. illud. ff. de verborũ obligatio. idem Abbas in cap. significasti, num. 11. de foro compet Federic. cõs. 122. num. 5. Ripa in l. quod te mihi, num. 38. vbi Cagnol. nume. 104. ff. si certum petatur. Tiraquell. de vtroque retract. tit. 1. §. 1. glos. 10. nu. 120. Petr. Duen. in reg. 199. Natta cons. 50. num. 7. lib. 2. Ioseph. Ludouic. decis. 115. nu. 9. Sebast. Medic. in tracta. de fortuit. casib. 1. par. q. 4. nu. 40. vbi alios refert.

27 Tertio extende, vt impedimentũ procuratoris excuset etiam dominũ & cõtra illud detur restitutio in integrum ipsi domino. Bart. in l. cum filius. §. in hac, n. 6. ff. de verb. oblig. Gemi. in cap. cupientes. §. insuper de electio. in 6. Ang. in l. cum à matre. C. qui pet. tut. poss. qui ait, quod difficultas superueniens in persona procuratoris missi ad tutorem petendũ excusat matrem. Sebast. Medic. in d. tract. de fortuit. casib. 1. p. q. 4. nu. 46 & 49.

28 Quartò extende, vt si plures officium cõmune habeant, & vnus fuerit impeditus, reliqui dicuntur impediti, & omnibus competit restitutio in integrum aduersus impedimentum, vt scripsit Anton. de Butrio. in c. 1. num. 6. de offic. de leg. quem refert, & sequitur Sebast Medic. in dicto tract. de fortuit. casib. 1. par. q. 4. num. 43.

29 Limita tamen primo supradictam restitutionem in integrum, quæ aduersus impedimentum conceditur, vt petenda sit intra quadriennium. l. fin. C. de tempor. in integrum resti. capit. 1. de restitutio. in integrum. l. 47. titulo 13. partita 5. quod intellige secundũ. l. 10. & 11. titulo 23. partit. 3. vbi Gregor. Lop. latius hoc explicat.

30 Secundò limita, vt qui allegat impedimentum, cum sit facti, illud probare teneatur, dicta l. qui commeatus, vbi Bartol. ff. de re milit. notant idem Bartol. Alexand. & alij in dict. l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cautio, vbi Ias. testatur hanc esse cõmunem opinionem idem Alexand. consil. 49. num. 5. lib. 2. Decius in c. ex ratione, num. 17. de appellat. & in cons. 454. num. 6. vbi plures allegat Sebastian. Vant. de nullit. in rub. de nullit. ex defectu iurisdictionis, nu. 166. Iosephus Ludouicus in decisione 36. numero 2. quod probat dicta l. 11. titulo 7. partita 3. ibi: *Pudiere prouar, &c.*

31 Probatur tamen impedimentum, iuramento. l. cum oportet. §. cum quis, ibi: Cuius fidem, &c. vbi glos. ff. de excusatio. tut. capite 1. 22. quæst. 1. glos. in cap. statutum, verbo proprio iuramento de rescript. in sexto. Innocent. in cap. ex literis in fide restit. in integrum. Federic. de Senis, cons. 109. Roma. sing. 211. nu. 2. Roch. decis. 32. in antiquis. Afflictus, decis. 79. num. 2. Felin. in ca. ex parte, el 2. de rescript. Dec. in dicto cons. 454. nu. 6. qui plures allegat Tiraquell. de retract. 1. par. §. 4. glos. 1. num. 7. Iacob. Nouell. in reg. 14. vbi ait, hanc esse communem opinionẽ. Socin. Iun. cons. 79. num. 14. libro 1. Becci. plures alios citans, cons. 104. num. 10. quod intelligo, quando aliter probari non potest, quam per iuramentum, in quo etiam casum relinquendum est arbitrio iudicis inspecta grauitate, vel paruitate præiudicij, & qualitate impedimenti, ac considerato loco, vbi fuit impedimentum, vt tenent Ioann. Andr. & Gemi. in capite 1. de dolo, & contumacia in sexto. Guid. Pap. quæst. 64. Curt. Sen. in l. admonendi num. 280. de iureiuran. Alexan. in d. l. 2. §. quod diximus, num. 2. ff. si quis cautio. vbi testatur de cõmuni. Dec. in d. c. ex ratione, num. 14. de appellat. Rebuf. in tract. de excusat. num. 62. cum sequent. in 3. tomo super const. regi. Sebastia. Vant. in tit. de nullit. ex

ex defectu iurisdictio.ordi.nu.166. in fine. Menoch.qui alios refert, libro 2. de arbitra. iudi. cent. 2. casu. 118.nume.3.Iacob. Nouell.in dicta regula 14.Greg.Lop.in d.l. 11.titu. 7.part.3.in glos.verbo, *E prouadola.*

32 Aduertendũ tamen est, quòd in casu quo impedimentum probandum sit per iuramentum impediti, debet ei à iudice deferri, & antequam deferatur, non debet impeditus iuramentũ subire, alioquin nihil ei proderit.l.3. ff. de iureiur.tradunt expresse.Bartol.cons.72.Iacob.in l.in exceptio §.vlt.in fine. ff.de probat. quos refert, & sequitur Rebuf.in d. tract.de excusat.nu.66.

33 Sed præcedentem limitationem sublimita, nisi impedimentũ sit notorium, quia tunc non est necessaria probatio diligẽtiæ, vt concludit Felin.in c.ex transmissa, num.2.6.& 7. de præscriptio.vbi Paris.nu.12.Afflict.decis.50.num.5.Boer.decis.40. nu.7.Cagnol. qui plures allegat in l.in omnibus n.5.ff.de reg.iur.Octauia.Cacher.decis.9.n.4.

34 Tertiò limita, nisi impedimentũ sit affectatum, tunc namque impeditus non excusatur.l.3.§.subuenitur. ff.ad Sillanian.l.si fideiussor.§.si necessaria.ff. qui sat.cog. notat Areti. in c.veniens, n.54.de accusat. Felin. in cap.vlt.de testib.Syluest.Aldeb. in §.item tria in 7.limit.instit.de excusat.tut. Rubeus in l. penult. §. ad crimen, nume.205. ff.de publi.iudi. Grauat.in additio ad prax.vest.lib. 6.cap.vlt.num.24. Ioseph. Ludoui. decis.36.nume.3.Menoch.cons.100. num.114.lib.1.

35 Quartò limita supradictam conclusionem procedere, quando impedimentum, seu difficultas remoueri non potest, nam si euitari possit, tũc non excusat. dicta l. qui fideiussor. §.si necessaria ff. qui sat.cog.notat Bart.in d. l. sed etsi per prætorem. §.2.ff.ex quib.caus.maior.& in l.qui bus diebus, vbi Bald.& Soc.in 3.notab.ff.de conditionib.& demonstrationib.Anto.in c.inter, num.2.de cleri.non residentib.Decius in l.quandiu, num.14.C.qui admitti, & cons. 167.Gozad.cons.38. nume.11.Crot. cons.87.nu.15.Paris.cons.67.nu.64. lib.3.Ripa in l.quod te mihi.nu.39. ff.si cert.pet.Crauet.cons.270.nu.3. Ant.Natt.cons.50.num.7.& consil. 60 n.13.Soc.Iun.cons.76.n.79.lib. 1.Ioseph.Lud.d.decis.36.num.8.& decis.115.nume.9.Menoch.lib.2.de arbitra.iudi.cent.3.casu 237.num.20. & casu 118. ad finem, & cons.100. num.116.lib.1.Cephal.cons.770.nu. 37.lib.5.Hippol.Rimin.cons.398.n. 25.lib.4. Sebas.Medic.de casib. for

36 tui.1.par.q.4.nume.14. Nam non videtur quis impeditus, nisi fecerit omne id quod potuerit, vt impedimentum remouerit, dicta l.qui commeatus de re milit.cap.ex transmissa, vbi Innocen.Butr.Abb. Felin.& alij de præscript.Roma.cons.332.in princ.Alex.cons.49. nume.5. lib.2. Afflict.decis.50 nume.4.Deci.in l. qui potest facere.ff.de reg.iur.& in d.l.quandiu, num.14. idem Cephal. cons.708.nu.53.lib.5.Idem Hippol. Rim.cons.404.num.51.lib.4 & cõs. 426.nu.44.eodem libro, & alij proxime citati. Ideo impeditus duo

37 probare debet: primum, quod impedimentum fuit tale, vt à nemine potuerit remoueri d. l.sed etsi.§.2.ff. ex quib.caus.maior. Doctores cita-

38 ti, secũdũ quod impeditus adhibuit omnem diligentiam ad illud remouendum, quod si non fuisset, actus fuisset sequutus. d.l.2.§.quod diximus.ff si quis cautio. d.l.qui cõmeatus, vbi Bart.ff.de re milit.Dec.cõs. 454.n.6.Boer.decis.40.nu.4.Ruin. cõs.15.n.5.lib.4.& cõs.24.n.4 eodẽ lib.Crauet.cõs.151.n.22. Ant.Natt, cõs 258.n.6.Meno.d.cõs.100.n.119. & lib.2 de arbit.iud.cent.3.casu 118. Becci.plures allegans.cons.104.n.3.

Quin-

38 Quinto limita, vt tunc impeditus impedimento facti excusetur, quando non sua culpa impedimentum fuit natum, secus si sua culpa, vt scripserunt Alex. num. 9. Soci. num. 35. Butrig. num. 65. Ripa num. 53. & Sodal. nume. 112. in l. quod te mihi. ff. si cert. pet. Dec. latè in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 30. de constit. Ruin. cons. 150. num. 10. lib. 1. Crauet. cons. 247. Pinel. in authent. nisi tricennale, nu. 46. C. de bon. matern. Becci.
39 d. cons. 104. num. 17. Quod intellige, quando culpa directè tendit ad impediendum, secus tamen, quando culpa nō fuit ordinata ad casum impedimenti, tunc namque impeditus excusatur, etiam si dederit causam impedimento. cap. quia diuersitatem de concēssio. præbend. notat Alex. cons. 58. num. 6. lib. 5. Iaſ. num. 26. & Gomez, nu. 15. in §. rursus inst. de actio. Felin. in c. 1. de præscript. Dec. in l. 1. in 1. lectura, n. 27. & in 2. lectura, nu. 68. C. qui admitti, Balb. in tract. de præscript. 1. par princ. casu 22. num. 21. Igneus in l. 2. §. si conditioni, num. 85. ff. ad Sillanian. Paris. cons. 104. num. 146. lib. 1. Crauet. cons. 201. num. 29. & cons. 247. ad finem, Chassan. in consuet. Burg. rub. 11. §. 2. num. 38. Couarruu in epit. de sponſ. 2. par. cap. 3. §. 5. num. 7. Pinel. in d. authēt. nisi tricennale, num. 46. C. de bon. mater. Beccius dicto con
40 sil. 104. nume. 6. Ex quo infertur, quòd excusatur is, qui sua culpa est in vinculis detentus, vel qui sua culpa factus est pauper, vel qui sua culpa est infirmus.

41 Sextò limita, vt tunc impeditus excusetur, quando impedimentum in specie, & indiuiduo exprimitur, vt notat Bartol. consil. 97. Alexand. in l. vltima. num. 15. ff. de ferijs, & in consil. 101. nume. 4. lib. 5. decis. Bon. 45. num. 6. Sebastian. Medic. in dict. tract. de casib. fortui. 1. par. quæst. 4. num. 25.

42 Septimò limita supradictam conclusionem non procedere in debitore quantitatis impedito, quem impedimentum non excusat, vt notabit Bartol. Ang. & Imol. in l. continuus. §. illud. ff. de verborum obligatio. Bartol. colum. 2. Bald. numer. 14 Ang. col. 2. Alex. num. 9. Iaſ. nu. 29. Parpal. num. 25. Butrig. num. 58. & Ripa, num. 52. in d. l. quod te mihi. ff. si certum petatur. Quod intellige, nisi in pœna legali tunc namque impedimentum etiam in debitore quantitatis excusat. cap. cupientes. §. si vero, de electio. in 6. Roma. col. 2. Alexand. num. 9. Socin. nu. 37. Butrig nu. 65. Ripa, nu. 53. & Ioann. Sodal. num. 100. in dict. l. quod te. ff. certum petatur. Ruin. cōſ. 150. num. 11. lib. 1. Beccius in dicto cons. 104. num. 16.

43 Octauò limita, vt durante impedimento, impeditus excusetur: nam cessante causa impedimenti cessat illius remedium. l. etsi contra, vbi notant scribentes ff. de nupt. cap. post translationem, vbi scribentes de renuntiat. tradit Bald. in l. si ob turpē. ff. de condition. obturpem causam. Mantua, consilio 161. Tiraquell. in regula cessante causa, numero 118. Sebastian. Medic. in dicto tractatu de casib. fortui. 1. par. quæst. 4. num. 8. & 9. & probat l. 37. tit. 11. par. 5. ibi: *E deuelo aduzir a derecho luego que fuere libre de aquel embargo.*

44 Ex quo infertur, quod si citatus sit impeditus, cessante impedimento tenetur comparere quam citius potuerit absque noua citatione, capit. cum dilecti, vbi notant Innocent. & Hostienſ. de dolo, & contumacia quorum opinio videtur approbari per dict. l. 37. vbi Gregor. Lop. notat, licet Angel. & alij in dict. l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio. cōtrarium teneant.

45 Nono limita, vt impeditus excusetur quando de tali impedimento fuerit

fuerit protestatus, alias secus. d. l. 2. §. quod diximus, vbi Doctores. ff. si quis cautio. l. fin. C. de his qui per met. iudi. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori, vbi Bar. & Alex. num. 9. & 27. de noui. oper. nuntia. c. fin. de appellatio. glo. in c. cupientes. §. quod si per viginti, verbo proposita de electio, Anto. de Butrio conf. 28. Roma. conf. 352. Franc. de Arctio, conf. 153 Imol. in . c. fin. de appellatio. Abb. post Innoc. & Anto. in c. ex transmissa de præscriptio. vbi Feli. num. 5. & 6. ponit regulam cum tribus limitationibus, & in c. venerabilis nu. 7. de iudi. Afflict. decis. 29. & decis. 50. num. 3. Boeri. decis. 40. num. 6. Ripa. in tract. de peste. tit. de priuileg. iudi. num. 22. & 24. Parisi. in d. c. ex transmissa num. 14. de præscriptio & conf. 101. num. 95. & conf. 124. num. 3. lib. 1. Gozad. conf. 66. num. 8. Tiraquell. lib. 1. retract. § 9. glo. 3. num. 20. Soci. Iunior. conf. 104. num. 26. lib. 3. Grauat. in additio. ad prax. vestr. lib. 6. c. vlti. num. 24. in fine, Bernard. Diaz reg. 325. Minsing. in cent. 3. obserua. 59. vbi testatur hanc esse communem opinionem Iosephus Ludouic. decis. 36. num. 3. Menochi. in conf. 100. num. 118. lib. 1. Hippolyt. Rimi. conf. 498. num. 28. lib 4. contrariam tamē opinionem, nempe quòd non sit necessaria protestatio, tenet Alex. conf. 92. lib. 1. & in. l. 2. §. quod diximus num. 7. vbi Curti. Io additio. & Ias. num. 7. & 8. ff. si quis cautio. Areti. conf. 161. col. 3. vers. sed redeundo, Decius, in. l. in omnibus num. 10. & 11. vbi etiam Cagnol. ff. de reg. iur. idem. Decius conf. 356. col. 3. vers. tertio responde, & conf. 566. num. 5. & in c. vltimo. num. 5. de appellatio. Ruy. conf. 138. num. 5. & seq. lib. 5. Foller. in consti. regni. in tit. de offi. iustitiar. num. 37. Rebuff. in tit. de excusatio. num. 52. in 4. tomo super consti. regi. vbi ponit regulam, quòd impeditus non teneatur protestari, quā ampliat quatuor modis, & alijs duobus modis limitat, Ruy. conf. 150. n. 14. cū duobus seq. lib. 1. & cōs. 138. n. 4. & seq. lib. 5. Soc. Iun. conf. 104. n. 16. lib. 3. dicens hanc opinionem esse veriorem, & magis communem Neuiz conf. 50. num. 16. Rube. in repeti. l. non solum. §. morte num. 418. & seq. ff. de noui. oper. nuntia. plures allegans Ripa. in tract. de peste. in tit. de priuileg. iud. ca. pestis num. 24. cum duob. seq. qui testatur de communi Grauet. in conf. 252. num. 5. Parisius conf. 101. num. 95. & conf. 5. nu. 68. lib. 4. Pinell. in authen. nisi tricenale, nu. 48. c. de bon. mater. Beci. conf. 104. num. 10. Sebastian. Medic. in tract. de casibus fortuitis. 1. p. 4. num. 11. Cacher. decis. 177. nu. 12. quorū opinio verior videtur ex traditis per eos, quamuis protestatio sit vtilis, & ad cautelam [illegible].

45 Decimo limita dictam conclusionem procedere quando impeditus mittere non possit procuratorem, quia qui potest comparere per procuratorem potest impedimentū remoue. e. l. Papin. exuli in prin. ff. de minor. l. sed etsi per prætorem. ff. ex quib. caus. maior. l. 1. vbi gl. ff. de diuers. & temporal præscript. facit. l. 1. §. vsus. ff. de procurator & probatur hoc à contrario sensu in c. querellā de procurat. vbi notant DD. præsertim. Ant. nu. 8. Innoc. in c. cum inter de electio. gl. in c. cum dilecti de dolo, & contumacia, & in c. si ægrotās. 5. q. 3. Rebuf. in d. tract. de excusat. n. 68. vbi format regulā, quā ampliat, septem modis, & limitat alijs sex modis. Ioseph. Ludo. decis. 36. num. 6. Sebast. Medic. in tract. de casibus fortuitis 1. p. q. 4. n. 18. Cephal. cōs. 770. n. 39. lib. 5. & hæc opinio verior est, licet Zasi. in l. quæsitum. ff. de re iudic. in contrarium formet regulā, quam limitat sex modis, & Bernard. Diaz in reg. 326.

Si

47 Si vero impeditus iusto impedimento sit reus, qui personaliter tenetur comparere, durante ipso impedimento potest mittere excusatorem ad allegandas causas absentiæ & impedimenti. c. cum dilecti de dolo & contumatia. c. veniens de accusationib. c. si ægrotans. 5. q. 3. c. bonæ memoriæ. §. nos igitur de electio. l. seruum §. publicæ. ff. de procurato. l. penul. §. ad crimen ff. de publi. iudi. vbi Bar. & alij notant. l. inter. ff. eod. tit. tradit late Rebuff. in dicto tract. de excusatio per totum in 3. tomo super consti. regi. quod procedit ex dictis iuribus non solum in causis ciuilibus, sed etiam in criminalibus, vt notat Bar. in d. §. ad crimen & in extrauaganti ad reprimendum, verbo neglexerit Anto. de Canar. in tract. de excusatio. per totum Rebuff. in eodem tract. nu. 17. Parladori. rerum quoti. c. 20. nu. 3. probat. l. 12. tit. 5. par. 3. ibi: *Pero si algun ome fuesse acusado o reptado sobre tal pleyto como sobre dicho es, e non fuesse presente enel logar dolo acusassen, estonce bien podria su personero, o otro ome que lo quisiesse defender, razonar, o mostrar porel alguna escusança derecha, si la ouiesse: por que no puede venir el acusado. E por esto deue el Iudgador senalar plaço aque pueda aueriguar la escusa que pone por el: e si la probare, deue le valer*, &c. & nota verba, *o otro ome que lo quisiesse defender, &c* vbi probatur, quod absque mandato absentis potest quilibet eum excusare allegando causas absentiæ quam conclusionem de iure communi testatur communem. Soci. in c. veniens col. 30. de accusationib. & Rebuff nu. 24. & Parladori. nu. 3. in locis superius citatis, & in causis ciuilibus probat. l. 11. tit. 7. par. 3. quod adeo procedit, quod si admissus non fuerit excusator processus & sententia erit nulla, vt tenent Bar. in d. extrauaganti ad reprimendum vers. neglexerit & Rebuff. nu 21. & Parladori. nu. 3. vbi supra.

48 Vndecimo limita, vt restitutio in integrum, quæ ex clausula generali conceditur maioribus impeditis, solum detur impeditis impedimēto facti, & ita loquuntur omnes leges in titulo ex quibus causis maiores, & ita loquitur. l. 2. de resti. in integrum, quę vult ob iustum errorem dari restitutionem in integrum: nam intelligenda est in errore facti non iuris, vt late declarat Cagnol. cons. 5. num. 7. lib. 3.

49 Duodecimo limita dictam restitutionem ex clausula generali non competere, vbi cessat æquitas, quia non datur in priuilegium personæ, sed tantum ex ęquitate, & iusta causa l. 1. l. quod si minor §. non semper. l. nec vtilem. l. sed etsi per prætorem. §. hęc clausula & per totū ff. ex quibus caus. maior. l. 1. ff. de resti. in integrum, tenet Bar. communiter receptus in l. AEmilius ff. de minoribus, quē sequūtur plures citati per Ruy. cons. 119. nu. 21. lib. 5. Alex. cons. 168. numero 13. lib. 7. Soci. Inior. cōs. 46. nu. 47. lib. 4. vbi testatur de communi. Crauet. cons. 271. num. 6. Roland. cons. 10. numero 9 & 219. lib. 2. Cephal. cons. 356. numer. 2. lib. 3. Bursat. cons. 60. nu. 6. lib. 1.

50 Hinc est, quod hęc restitutio in integrum ex clausula generali tantummodo conceditur, quando eam petēs certat de damno euitando, non vero de lucro captando cum pœna & iactura alterius, quod æquitas non patitur. l. nam hoc natura ff. de conditio indebi. quod probatur ex l. sciendum ff. ex quib. caus. maior. & in specie tenet glo. in l. ait. §. item ei ff. eodem tit. & in l. 1. C. de annali exceptione scribentes in l. 3. §. labeo ff. de acqui. posse. Alex. cons. 71. col. 2 lib. 1. Tiraquell. de retract. Lignagier. §. 35. glo. 4. nu. 26. & 44. Cephal. cons. 215. nu. 5. lib. 2. & cons. 314. numer. 39. libro 3. & cons. 605. nu. 47. cum seq. lib. 4.

lib. 4. vbi hanc testatur communem opinionem. Ioan. â Matienzo plu.es alios referens in l. 8. tit. 11. glo. 12. nu. 18. vbi post Tiraquell. Couarru. & alios infert ex hoc, quod maior prętextu ignorantię restitui non potest contra lapsum nouem dierum retractus.

51 Si vero lucrum absque alterius iniuria proueniat restitui quis potest in integrum non solum pro lucro certo, sed etiam veri simili, vt tenent Ang. Castren. Roma. Rapha. Cuma. Alex. & Ias. in l. cum quidā in prin. per illum textum ff. de acqui. hered. Soci. iunior qui ait hanc esse communem opinionem. conf. 46. nu. 43. lib. 4. Ioan. Cephal. in d. conf. 605. num. 54. lib. 4.

52 Decimo tertio limita dictam conclusionem non procedere, si læsus aliunde ius suum consequi possit, nā restitutio ex dicta clausula generali cessat, vbi alio remedio ordinario succurri potest agenti, vt notat Bar. in l. si infanti nu. 11. C. de iure deliberandi, & in l. qui duos, vbi etiam Soci. ff. de reb. dubijs, idem Bar. in l. AEmilius ff. de minorib. Ruy. conf. 119. num. 18. 19. & 21. lib. 5. qui alios allegat, & testatur hanc esse communem opinionem, Soci. Iunior cōf. 45. num. 47. lib. 4. Guid. Panciról. conf. 165. num. 17. Et ratio est, quia restitutio ex clausula generali cōceditur tantum ex æquitate, vt dictum est, & cessat æquitas, quoties læsus

53 potest succurri alio remedio. Quod intellige, quando ambo remedia cōcurrunt contra eundem non contra diuersos, & ad diuersa, quia tunc remedium extra ordinarium concurrit cum ordinario, vt declarat Bar. quem alij sequuntur in l. etiam C. si tutor vel curator inter ve. & in l. in causæ l. 2. in prin. ff. de minorib. Castren. in l. 1. C. dicto. tit. si tutor, vel curator Guid. Pancirol. dict. conf. 165. nu. 17. Becci. conf. 12. nu. 78. Quod fortius

54 procedit, quando extra ordinarium remedium pinguius prouidet, vt notat glo. in l. fin. vbi Bal. nu. 5. C. si aduers rem iudi. Alex. conf. 103. nu. 6. Aymon. conf. 202. in fine, Becci. d. conf. 12. nu. 79.

55 Ex quibus sic expositis plurima deducēda sunt, & primo infertur, quod quamuis contra impeditum impedimento facti etiam ex iustissima causa præscriptio curat, attamen ex clausula generali impeditus restituitur in integrum aduersus præscriptionem. l. & Attilicinus in fine ff. de seruit. rusti. prędior. l. 1. §. si quis autem vbi notant glo. Bar. & alij ff. de itinere, actuque priuato. l. si partem §. 1 vbi glo. verbo vtendo ff. quemadmodum seruit. amitt. idem Bar. in l. Senatusconsulto numer. 2. ff. de offi. præsid. & in l. in rebus num. 3. ff. de iure doti. & in l. fin. §. donec nu. 2. C de iure deliber. Bal. in l. 1. nu. 22. vbi Deci. nu. 27. in 1. lectura & in 2. lectura num. 67. C. qui admitti & in l. quotiens. C. de precib. Imperato. offerend. & in l. 1. nu. 6. C. de bon. mater. Castren. in l. 2. §. si quis in iudicio num. 4 ff. si quis cautio. Abb. nu. 13. Feli. nu. 8. & Parisi. num. 14. in c. ex transmissa, de prȩscriptio. Boeri. decis. 40 num. 3. Balb. de præscriptio 1. par 6 par. prin. casu. 22. num. 16. Ias. num. 24. & Gome. num. 14. in §. rursus insti. de actio. vbi testātur de communi Grat. conf. 137. in fine lib. 2. Cagnol in l. 2. nu. 219. C. de pact. inter emptor. & vendit. Chassanæ. in consue. Burg. rub. 1. §. 8. qui ait hanc esse communem opinionem, Pinell. in authen. nisi tricennale numer. 42. C. de bon. mater. Ioan. â Matienzo in l. 8. tit 11. glo. 9. nu. 2. lib. 5. recomp. Cephal. conf. 605. nu 35. lib. 4. Sebastian. Medic. de casib. fortui. 1. par. q. 4. num. 45.

56 Impedito autem iure non currit præscriptio l. 1. in fine. C. de annali exceptione, authen. nisi tricennale,

vbi

vbi scribentes. C. de bo.mater.Balb. in dicto tract. præscriptio. 1.par.46. par.prin.num.1. Corne. consf.55.nu. 30 lib.3.Boeri.decisf.41.nu. 9. & alij doctores proxime citati in impedimento facti, & expresse probat. l. 8. tit.29.par.3.quod late ampliat & explicat.Pinell.in d. authen. nisi tricénalé num 43. & infra.C.de bon. mater. & post eum Ioan. a Matienzo in d.l.8.tit.11.glo.9.nu.3.cũ alijs seq.

Secundo infertur,quod cum ignorans ius sibi ad rem quæ præscribitur,competere iuste dicatur impeditus agere.l. annus ff. de calumniatorib. pari etiã ratione licet præscriptio currat ignoranti, l. vlti. vbi scribentes.C.de præscriptio. longi tempor.l.sicut l.omnes. C. de præscriptio 30.vel 40.annor. tradit late Tiraq. lib .1. de retract.lignagier §.35. glo.4.nu.1.18. & 19.Tamen datur ei restitutio in integrum ex clausula generali aduersus præscriptionem d. l.1.vers.vlti.ff.ex quib.caus.maior.l. 1. §. si quis autem ff. de itinere, actu quæ priuato,vbi Bar.nu. 1. & Alex: in eius additionem,& alij, notat glo. in l.partem.§.1.verbo non vtendo ff. quẽadmodũ.seruit.amitt.glo. in l.1. verbo æstimabit.C.de patria potesta. & tenent plures citati per Tiraquel in d.glo. 4. num. 36. vbi testatur de communi. Cuma.consf.147.num.3.& 4. Alex.consf.71.num.3.lib.1.Corne. consf.195. nu. 25.plures referens dicit communem Decius consf.36. num. 9. Ruy.consf.143.num.16. libro 4. Soci. Iunior consf.70.nu.18. & consf.128.n: 148.lib. 1. Cephal. qui etiam plures refert consf.314.num.3.lib.3.& tenent omnes statim allegandi in prima & secunda extensione,& fatentur hanc esse communem opinionem omnes qui contrarium tenent,vt sunt Bal.in l.1.nu.24.C. qui admitti. Ancharra. consf. 170.nu.3.Fulgos.in l cum filius §. in hac ff de verbo.obligatio.Barb. consf.41.col.12. vers. item posito lib. 1.Curti.Senior.consf.3.nu.4. & 5. Pinel..late in authen. nisi tricennale.nu 59.C.de bon.mater.Franc. Sarmient. lib.2.interpret. c. 10. nu.1. cum seq. Federi.Scot. 2. par. responsoriũ lib. 4.respon.1.nu.57.& per totum.

58 Quod primo extende,vt procedat etiam contra præscriptionem 30. annorum,vt tenet Bar.quẽ ibi sequuntur doctores,in d.l.1.§. si quis autem ff.de itinere,actuque priuato, & cósf. 149.in fine.Alex.consf.4.n.19.& cósf. 89.nu.9.lib.2. & consf.71. nu.3. lib.1. & consf. 116. col.1 lib.5. Abb. col.2. Feli.nu.1.& Parisi.nu.3.in c.vigilanti de prescriptio. Iaf.in §. rursus. nu. 59.insti.de actio.Decius consf.36.nu. 9.Afflict.in c. 1.in 2.not.nu. 12. & in 4.not.nu.4. si de feudo fuerit controuer. inter dominum & agnat. Grat. respon.91.nu.55. lib. 1 Gozad. consf. 56.nu.11. Petrus de Benitend. decisf. 69.in prin.& decisf. 71. in prin. Ruy. consf.63.in fine.lib.1.& consf.54.nu.11. lib.5. Tiraquell. de vtroque retract. tit.1.§.35.glo.4.nu.36.Soci. consf.175. nu.76.qui testatur de communi,Bertrand.consf.15.nu.42.lib.1. Curti. Iunior.consf.57.n.3.Soci.Iunior.cósf.76. nu.102.lib.1.Mandos.ad Roma.consf. 123.n.5.verbo clausula,Octauia. Cacher.decisf.69.n.16.Roland. consf.68. col.1.& consf.72.num.48.lib.3.Porti. consf.64.numer.8. testantur communem opinionem, Alex. Soci. Afflict. Deci. Balb. Boeri.Grat. Tiraquell. Ioan Bilect.Crauet. Couarru.Pinel. relati.per Vasqui.illustri.controuer. c. 75. in prin. & Federic. Scot. in 2. par.responsor.lib.4. responso. 1. numero 1.& 2.tenent & testantur communem opinionem Hippolyt. Rimi. consf.249 n.17.lib.3. Becci. cósf. 12.n. 63.& consf.50.n.3.Bursat cósf. 26.n.34 lib.1.& consf.160.n. 17.plures referẽs lib. 2 & hanc opinionẽ sequun. eam dicentes communẽ omnes in sequenti extensione allegãdi,& in hac prescriptione.30.annorum nemo dubitat

 nisi

nisi Bal. Fulgo. Barb. Ancha. Scot. Couarru. Pinell. & Franc. Sarmient. in locis in præcedenti illatione citatis, quamuis fateantur hanc esse communem conclusionem doctorum.

59 Secundo extende dictam conclusionem, vt procedat etiã in præscriptione. 40. annorum, contra quam datur restitutio in integrum ex capite ignorantiæ per clausulam generalem vt tenent Paul. de Leaz. Zenzel. Stepha. & Cardi. Alex. in Clem. 1. de resti. in integrum. Hosti. in summa de præscriptio. §. cęterũ vers. pręscriptiones & in c. contingit de præscriptio. Anto. de Butrio. in c. auditis de resti. Spoliat. Abb. num. 3. Feli. nu. 4. & 5. & Parisi. num. 5. qui testatur de communi in c. vigilanti de prescriptio. Imol. in c. fin num. 34 eodem tit. Angel. in l. annus ff. de calumniator. & in cons. 116. Roma. cons. 149. & cons. 123. & cons. 166. & 477. Alex. cons. 71. lib. 1. & cons. 48. 95. 101. & 169. num. 15. vbi testatur de communi lib. 2. & cõs. 100. & 116. lib. 5. Ang. in tract. maleficiorũ verbo inchoatã col. 1. Soci. in l. cum filius. §. in hac in. fine ff. de verbor. oblig. & in cons. 86. num. 1. lib. 1. vbi ait hanc esse communem opinionem, & in cons. 146. & 166. & 299. Ias. in l. sicut col. vlti. C. de testam. milit. & cons. 118. libro 4. idem Ias. & Deci. in l. quãdiu C. qui admitti idem Decius cons. 67. & cõs. 303. Feli. in c. 1. de rescript. Corne. cons. 195. lib. 3. Petrus de Bunitend. d. decis. 69. num. 1. & decis. 71. num. 1. Afflict. decis. 37. & decis. 329. Boeri. decis. 40. num. 6. Gozad. cons. 56. num. 11. Bertrand. cons. 15. num. 44. qui testatur de communi, & cons. 42. col. fin. lib. 1. & cons. 77. in fine. lib. 2. & cons. 242. num. 8. lib. 3. Ruy. cons. 26. ad finem & cons. 35 nu. 35. lib. 1. & cons. 140. num. 17. lib. 2. & cons. 26. nu. 19. lib. 3. & cons. 143. nu. 16. lib. 4. Calcane. cons. 26. Siluan. cons. 4. nu. 21. qui ait hanc esse magis communẽ opinionem & in iudicando & consulendo ab ea non esse recedendum. Rube. Alex. cons. 13. col. fin. Balb. in tract. præscriptio 4. par. 4. par. prin. q. 29. nu. 3. cum seq. vbi testatur de communiori. Rebuff. in tract. de restitu. art. 1. n. 26. in 2. tomo Regiar. consti. Mauri. in dicto tract. de resti. c. 58. & 59. Plot. in indice ad. l. si quãdo. C. vnde vi in rub. de bon. ad credas deponẽ vers. decretũ. inquit Mãtua cons. 221. n. 59. lib 2. Purpu. cons. 593. n. 26. Cagnol. in l. 2. n. 219. C. de pact. interemptor. & vẽditor. & in l. qui in alterius nu. 8. de reg. iur. Chassaneus cons. 66. nu. 64. Lofred. cons. 16. nu. 12. Alciat responso. 30. & responso 2. lib. 6. & respon. 167. nu. 5. & cons. 203. nu. 32. Senatores Mantuani cons. 6. nu. 111. inter consilia. Montis Fer. Octauian. Cacher. decis. 69. n. 16. Caualcan de tutore nu. 142. Mẽdos. ad Roma. cons. 123. nu. 5. verbo clausula, qui ait ita consilium regni Neapol. & sacrę Rotæ auditorium iudicasse teste Fabro Peregrino decis. 42 Aymon de antiquit. tempor. 4. part. vers. materia istam. nu. 51. 61. & 188. & cons. 201. n. 34. & infra. Anto. Natt. cons. 162. n. 38. Rimi. cõs. 123. & cons. 140. & cons. 166. Rolandus â Valle. cons. 68. nu. 25. cum seq. lib. 3. & cons. 72. nu. 48. eod. lib. vbi testatur communem esse scholam doctorũ. Ioan Cephal. cons. 40. nu. 61. lib. 1. qui ait hanc esse magis communem opinionem doctorum, & cons. 724. num. 60. lib. 5. Riminald. iunior cons. 37. nu. 66. lib. 1. Bursat. cons. 160. nu. 71. lib. 2. vbi dicit receptiorem & tutiorẽ Gerard. Mazoll. cons. 120. nu. 37. Becci. cons. 12. nu. 64. Sebastian. Medic. in tract. de casib. fortui. 1. par. q. 3. nu. 25. vers. fallit post 40. annos.

60 Contrariam tamen opinionẽ, nempe restitutionẽ in integrum ex clausula generali non dari ignorãti aduersus prescriptionem 40. annorũ, tenẽt Bernard. Innoc. & Philip. in c. auditis

de

de restitutione in integrũ. Cuma in l. eum filius familias. §. in hac de verb. oblig. qui loquitur in præscriptione. 30. annor. & sic à fortiori in præscriptione 40. annor. quibus addendi sunt. Bal. Ancha. Fulgo. Barba. curti senior, Pinell. Franc. Sarment. & Scot. in locis supra citatis nu. 57. qui indistincte tenent non dari restitutionem ex capite ignorantiæ aduersus præscriptionem longi temporis. & in hac specie quadragenariæ p æscriptionis tenent hanc partem negatiuã. Alex. sibi cõtrarius in l. 3. §. Labeo ad finem ff. de acqui. possess. & in cons. 1 1. col. 2. & cons. 163. lib. 2. Areti. cons. 104. nu. 3. & in l. qui vniuersas. §. vlti. nu 3. ff. de acqui. posse. Barb. cons. 41: num. 18. lib 1. Ias. sibi contrarius cons. 209. nu. 2. lib. 2. & in l. possideri. §. labeo. nu. 14. de acqui. posse. vbi hanc testatur cõmunem opinionẽ. Rube. Alex. sibi cõtrarius conf. 2. & conf. 38. & conf. 164. & conf. 194. lib. 3. Deci. sibi contrarius in l. 2. C. qui admitti & conf. 29. per totum. & cõs. 375. col. fin. & conf. 554. in prin. Curti. senior cõs. 82. nu. 8. & 9. & conf. 28. Cozad sibi contrarius conf. 8. in fine & conf. 68. nu. 14 Bertrand. sibi contrarius conf. 159. & conf. 203. nu. 4. & 5. lib. 2. Ioan. dilect. de arte test. tit. de acqui. hæredit. Caf. 8. Ioan. igne. in l. 3. §. si conditioni n. 126. ff. ad Sillanian. Parisi. sibi contrarius conf. 23. nu. 221. lib. 1. Ioan. Crot. conf. 283. qui testatur hanc esse communem opinionem, Gome. in §. rursus nu. 31. instt. de actionib. Alciat. sibi contrarius in l. 4. §. & harum nu. 70 vbi etiã Gali aula n. 39 ff. de ve. b. oblig. Tiraqu. de retract. ligna gier. §. 35. glo 4. nu. 37. soci. iunior. cõs. 76. n 102. & conf. 145. n. 77. & infra. lib. 1. & conf. 37. nu. 5. lib. 4. & in l. filius familias. §. diui n. n. 142. ff. de leg. 1. qui hanc testatur magis communem opinionem. Beroi. conf. 56. nu. 47. libro 3 Simoneta conf. 39. n. 81. Neuiz. conf. 84. nu. 15. Carol. Molinæ. in add. io. ad Alex. cõs. 151. lib. 2. & conf. 3. lib. 5. & in consuet. Parisien. §. 68. Zoan. de rebus quo i. c. 54. nu. 1. Couarru. in regula possessor. 3. par. §. 3. n. 2. Vasqui. controuer. illustri c. 75. vers. contrarium Porti. conf. 64. nu. 18. Roland. sibi cõtrarius cõs. 3. nu. 98. lib. 1. Guid. Paucirol. conf. 102. numero. 13. Menochi. conf 147. numero 46. libro 2. Vuensemb. conf 8. numero 16. Ioan. â Matienzo in l. 8. tittulo 11. glo. 12. numero 13.

61 Et pro hac vltima opinione adducitur primo tex. in l. omnes C. de præscriptio 30. vel 40. annorum. vbi præscriptio quadragenaria plenissimam inducit securitatem. Secundo
62 allegatur tex. in l. fin. C. eodem tittulo. ibi ex huiusmodi exceptione suas fortunas ad alios translatas videntes, merito quidem sine remedio ante lucebant, vbi exceptio præs-
63 criptionis opposita excludit remedium contra eam. Tertio pro eadem opinione. Adducitur l. vltima. C. de fund. patrim. lib. 11. vbi dicitur quod qui fundum patrimonialem quadraginta annis possiderit, nullam actionem, aut molestiam, aut inquietudinem formidare debet. Quarto cita-
64 tur pro hac parte. l. vnica. C. de vsu capio. transfor. ibi. Et nullus eis ad reseruabatur regressus, quæ est nescientibus dominis procedebant, vbi in vsucapione iure completa nullus
65 recursus admittitur. Quinto facit, quod in præscriptionum materia nihil omnino curatur scientia, vel ignorantia illius, contra quem præscribitur. l. fin. vers. nulla scientia vel ignorantia expectanda, vbi glo. verbo ignorantia. C. de præscriptio. longi tẽpor. l. sicut vers. ex quo competere ceperunt, & vers. vltim. C. de præscriptio. 30. vel 40. annor. Sexto, quia licet in iure fiat mentio de re-

 stitutione

ſtitutione, quæ datur abſenti & im-
pedito, attamen de ignorante num-
quam fit mentio, vt patet ex l.1.cum
ſequentibus ff. ex quib. cauſ. maior.
66 Septimo, quia ſi admitteretur reſti
tutio in integrum ex capite ignoran-
tiæ dominia eſſent perpetuo in incer
to, contra l.1.ff.de vſucapio.cũ reſti-
tutio.ex capite ignorantiæ detur in-
tra quadriennium ad die ſcientiæ, &
forte ſcientia non ſuperueniet intra
67 centum annos. Octauo & vltimo op-
ponitur, quod ſi reſtitutio cõcedere-
tur inania, redderentur omnia iura,
quæ effectũ vſucapionis & preſcrip.
tradunt, & eſſet imponere legẽ ver-
bis, & non rebus, contra l. 2 C.com-
mu.de leg.
68 Sed his non obſtãtibus, prima opi-
nio affirmatiua verior mihi ſemper
viſa eſt ex ſequentibus. Primo, quia
impeditus & ignorans æquiparantur:
nam qui ignorat ius ſibi competere
ad rem quę pręſcribitur, iuſte dicitur
impeditus, ne agere poſsit. l. annus ff.
de calum. ibi: Quia qui neſcit, is vi-
detur ex periundi poteſtatem nõ ha-
be e. l. ſi creditor §.1. ff. de diſtract.
pigno. Bar. & doctores in l. genero.
ff. de in fami. Aymon.cõſ.201.nu.36.
69 Et ignorans dicitur impeditus impe-
dimento facti & iuris, vt notat Bal. in
l. 1. oppoſitione 24. C.quia admitti, &
in cõſ.13.lib.1. Simon de Pret.cõſ 11.
nu.7. & ignorantia probabilis dicitur
iuſtum impedimentum, vt concludit.
Alex.cõſ.71.lib.1. Abb. & Feli.in c.
venerabili & in c. vigilanti de præſ-
cript. Deci. in l. qui in alterius ff. de
reg.iur. Cephal.cõſ.605.nu.36.lib.4.
Sed impedito datur reſtitutio contra
dictam pręſcriptionem per iura ſu-
pra in principio, & in prima illatione
adducta: ergo & ignoranti.
70 Secundo, quia impeditus & igno-
rans non dicuntur ius ſuũ negligere.
c. quia diuerſitatem de conceſsione
præb. trad. Caſtrẽ.in l. fin. C. de dolo,
Roma.conſ.165. Soci.in l.cũ filius.§.
in hac ff. de verborum obligationib.
Beroi.conſ.56.n. 50.lib.3. Hierony.
Cagnol.in l.2 n.219.C.de pact. inter
emptor. & vendit Aymõ dicto conſ.
201 num.36.
71 Tertio, quia ignorans non videtur
conſentire. l. mater decedens ff. de in
offi.teſta. Corne.cõſ 275.nu.5.lib.2.
& cõſ.103.nu.3.lib.1. Deci conſ.450.
nu 21 & conſ.495.nu.21.& conſ.530.
in 4.dubio. Ruy.conſ.15.nu.10.& 11.
lib.1. Afflict.deciſ. 53. Beccius conſ.
101.nu.81.& 83. nam ignorantia ex-
cludit conſenſum, vſque adeo, vt nec
iuramentum quidem tũc operetur. l.
fin. C. de non numerata pecunia, Bal.
in l 1.q.2.C commodati, Areti.conſ.
24.col.2. Aymõ.cõſ.257.n. 2. Becci.
72 conſ.90.nu.17.& d.cõſ.101. nu.83. Et
ignorans defectum alicuius actus nõ
poteſt dici illũ ratificare, & aproba-
re vt notat Alex.conſ 135.col.1.lib 7.
73 Hinc eſt, quod ignorans non dicitur
contemnere l. ſi ignorans. ff. locati. l.
item apud Labeonem. §. ſi quis virgi-
nem. ff. de iniurijs glo. in l. ſtatu libe-
rum, verbo ſciens. ff. de ſtatu liber. &
in l. quo tem. §. Dominus verbo reſti
tuatur. ff. de pub. & vectig. Octauiã.
74 Cacher.deciſ.71.nu.23. Nec ignorãti
culpa imputari poteſt. l. argẽtum ff.
commodati c. 2. c. quia diuerſitatem
de conceſsio. præb. Corne. conſ. 164.
nu.4. lib.1. Sebaſtian. Medic. in t. act.
de caſib. fortui. 1. par.q.3.nu.8.
75 Quarto, quia ignorans non videtur
remittere ius ſibi competens d. l. ma-
ter decedens. ff. de in offi. teſtam l.
cum Aquliana de tranſactio l. ex ma-
63 leficijs. §. lõge minus de actionib. &
obligationib. Afflict. d. deciſ. 53. De-
ci.conſ.542.n.26. Becci.cõſ.111.n.10.
Pariſi conſilio. 69. numero 6. libro 3.
76 Et ignorans retinet ſuam poſſeſsio-
nem, Bar. in l. poſsideri §. Neratius
num.1. ff. de acqui. poſſe. Alex. in l.
ſi aliquam. num.4. ff. eod. tit. & ani-
mo

mo non potest desinere possidere. Cofred.in.l.fundo num. 16. ff. ad.l. Falci. & regulariter ignorans nó perdit possessionem, vt notat. Iaf.in d.l. possideri.§.in admittenda num.3. ff. de acqui. possess. Sebastian. Medic. de fortui.casib.1.par.d.3.num.35. Et
77 ratio prædictorum est, quia ille qui ignorat, non habet velle nec nolle, & per consequens non potest dici negligens. Castren. in d. l. mater decedens num.2.ff de in offi.testamen. Corne.conf.164.num.4.lib.1. Chassanę.conf.11.num.92.Sebastian.Medic.d. q.3.nu.8.& 36.
78 Quinto, quia per verba quantumcumque generalia posita in d. l.omnes & in l. fin C. de præscriptio. 30. vel 40 annor. & in l.vlti.C. de fund. patrim lib.11.& in l.vnica. C.de vsu capio.transfor. non censetur sublatũ beneficium restitutionis in integrum specialiter à iure concessum ex clausula generali: & ita debent dictę leges intelligi, quod prescribens sit securus iure ordinario, non vero extra ordinario, quale est remedium restitutionis in integrum. l. in causę. la 2.in prin.ff.de minor.l. in prouinciali.§. 1.vbi Bar. de noui oper. nuntiat. quod remedium non videtur fuisse in cogitatione.l.4.§.1.ff.de fideicommissar.liber.l.1 §.si bonorum. ff. ad Tertullian.l. Decurioribus cum glo. C.de fillen.l.12. notat. expresse glo. communiter recepta in §.præterea si quis verbo anni in tit. de prohibit. feud. aliena. per Fede. Iaf.in.l. si infanti in fine. C. de iure deliber. vbi inquit esse regulam generalissimam, quod per verba quantum vis generalia legis, vel statuti, nunquam intelli-
79 gitur derogatum beneficium restitutionis in integrum, nisi duo fiat specialis mentio, idem Iaf. in l.sicut certi, col.penul. in fine de nu.lit.testam. Soci.conf.299.col.fin.Balb. de prescriptio 4.par.4.par.prin.q.22. col.2.

Rimi. conf.261.num.38.& conf.427. nu.48.Roland.conf.68. nu. 29. lib.3. Et quando per legem, vel statutũ excluditur omne remedium, nunquam videtur exclusa restitutio in integrũ nisi expresse excludatur, vt tradunt Barb.conf.9.nu.5.& 6.lib.1. Afflict. decis.370.in 2.dubio Rimi.conf.427. nu.46.& seq.& conf.87. num. 18. &
conf.261.nu.38. Ruy conf.34.nu. 11. & seq.lib.5.Soci. Iunior cõf. 128 nu. 160.lib. 1. & ita specialiter excluditur in l.19. tit.9.l.3. recop. ibi: *y que en las tales causas no aya apelacion ni restitucion, ni otro remedio alguno.*
80 Ex quo infertur ad declarationẽ. l.4. tit.21.lib.4.rec. vbi disponitur, quod à sententia arbitri confirmata per iudices supremos non admittatur supplicatio, nec nullitas, nec aliud vllũ remediũ vt intelligatur de remedio ordinario, non vero extraordinario, quale est restitutio in integrũ. Facit etiam quod dicit Bal.conf.236. lib.1. quod stante statuto, quod à sententia arbitri non possit appellari, supplicari, nec agi de nullitate, nec aliquo modo excepi, non impeditur quis petere restitutionem in integrum, quoniam per legem municipalem ciuitatis nunquam videtur tolli singulare beneficium restitutionis in integrũ: quod tenet etiam Calca.conf.28.nu. 36. sign.conf. 224. Barb. d. conf.80. nu.8.lib.3 & cõf 9.col 4.lib. 1.Alex. in l.ab arbitrio num.11.ff.qui sat. cog. Roland.d.conf.68,nu.33.lib.3.Becci. d. conf 12.nu.72.cum seq. Et fortius procedet, quãdo solũ excluditur appellatio & supplicatio, vt in l. 52. tit. 4.lib. 2.reco.& in l.5,ti.17.l.4 eiusdẽ
81 reco.& in l.7.ti.18.eod.lib. Quod intelligo, nisi ex verbis & mẽte legis, & ex negotij qualitate, aliud possit colligi, vt in l.4.ti.li.4. reco. vbi à declaratoria lata a suppremis iudicibus super exceptione declinatoria non admittitur supplicatio, nec nullitas,

nec aliud remedium, nec recursum, ibi; *En que se pronunciare en por juezes, o por no juezes que no aya iuzar suplicacion, ni nulidad, ni otro remedio ni recurso alguno:* nam cum ibi tractetur de modica læsione in exceptione declinatoria, pro qua non solet concedi restitutio, vt tradit Bal. in l. peremptoriis nu. 28. C. senten. rescind. non posse, Ang. Roma in l. 1. ff. si quis in ius voc. non ierit, feli. in c. fraternitatis nu. 6. de testib. & cum additum sit verbo remedio, verbum recurso, colligitur ex his exclusum
82 etiam esse remedium restitutionis in integrum facit etiam in cap. coram. Felicis de restitutione in integrum, vbi per illa verba generalia, quod quis molestari vel inquietari non possit directe, vel indirecte aqua vis persona non tollitur speciale priuilegium restitutionis in integrum, tradit Alex. cons. 79. col. fin. lib. 1. Ruy. cons. 143. num. 16. lib. 4. & cons. 35. lib. 1. & cons. 54. col. vltima lib. 5. Cephal. cons. 3. num. 129. & cons. 40. col. penul. lib. 1. Roland. d. cons. 68. num. 29. lib. 3. Gera d. Mazoll. cons. 120. num. 39. Gozad. cons. 68. num. 12. & in l. qui se patris num.
83 118. C. vnde liberi. Et facit glo. in l. post quam liti C. de pact. vbi inquit, quod si lex generaliter nulla ratione litem instaurari velit, non censetur sublata restitutio in integrum, vbi Ias. nu. 17. post alios notat, quod in generali exclusione remediorum seu beneficiorum, aut iuri m, nunquam intelligitur exclusum beneficium restitutionis in integrũ, quem sequuntur ibi. Deci. Gozad. Signorol. Purpu. & Curti Iunior, qui in fin. dicit dictam glo. esse per petuo memoriæ signandã, ad hoc quod
84 ybi negatur actionis remedium, non censetur denegatum officium iudicis in restitutione in integrum: vbi
85 quoque inquit, quod per vniuersalẽ negatiuam excluditur solum remedium iuris communis, non autem remedium extra ordinarium inductum de iure speciali. Idem tenet Calc. cons. 28. num. 36. Pinell. in l. 2. in 3. par. c. 1. num. 15. C. de rescind. venditio. Didac. Perez in l. 1. tit. 8. lib. 3. ordi. col. 1009. Ioan. à Matienzo in l. 8. tit. 11. glo. 12. num. 7. qui alios re-
86 fert. Item facit, quod vbicunque est remotum omne remedium, non censetur exclusum remedium extra ordinarium, vt notant Bar. & Ang. in l. plane de peti. hæred. idem Bar. in l. 1. §. & parui num. 7. quod vi aut clam. Barb. cons. 80. num 8. & 9. lib. 3. Alex. cons. 113. num 12. lib. 5. vbi Carol. Molin. in. eius additionem. Ias. cons. 133. nu. 2. lib. 1. Deci. cons. 524. col. fin. Calca. cons. 28. num. 36. Sign. cons. 234. Roland. d. cons. 68. nu. 30. lib. 3. Becci. d. cons. 12. num. 76. vbi
87 testatur de communi. Facit etiam quod exclusa quacunque exceptione ex forma statuti non intelligitur exclusum beneficium restitutionis, vt scripsit. Ias. in l. 1. num. 10. ff. de iurisdictione omnium iudi. Crot. in l. nemo potest col. 26. ff. de leg. 1. Crauet. cons. 201. num. 36. Roland. d. cons. 68. num. 32. lib. 3. Becci. d. cons. 12. num.
88 70. Facit quoque quod notat glos. in l. sicut, verbo seruanda sunt. C. de præscriptio. 30. vel 40. annor. dicens quod licet lex dicat, quod præscriptio. 30. annorum currit adulto, tamẽ non denegatur aduersus eam restitutio in integrum, quam glo. ad hoc notat Castren. cons. 37. in 3. dubio l. 2. & cons. 392. col. 1. eod. lib. ex qua ibi consuluit, quod statutum disponens, quod lapso certo termino habeatur pro concluso in causa, non intelligitur denegatum minori beneficium restitutionis in integrũ, quem refert & sequitur Becci. d. cons. 12.
89 num. 76. & in simili dicit. Deci. cons. 556. quod licet tempus datum à statuto

tuto vel consuetudine, currat minori tamen datur ei restitutio in integrũ, quia nunquam videtur talis restitutio exclusa, nisi contrarium sit expressum. Idem tenet Calc. cons.75. num.47.& 49.Balb. de præscriptio.
90 1. par. 6.par.prin. num. 42. Ideo in proprijs terminis dicit idem Balb.in eodem tract. præscriptio. 4. par. 4. par.prin.q.29.num.4. quod licet lex dicat, plenissimam securitatem tribui per pręscriptionem longissimã, & nullam pati debere molestiam, vel inquietudinem, qui ita pręscribit, tamen per talia verba generalia non tollitur generale beneficium restitutionis arg.tex.cum glo. in l. decurionibus C.de silen. l. 12. quod prius notauit Bal.d.cons.236.lib.1.& tenet Ripa. in l.1.nu.58.ff.de vulg. Becci. dicto cons.12.num.72.

Sexto pro hac opinione affirmati-
91 ua facit, quod lex generaliter loquẽs nõ intelligitur derogare iuribus antiquis specialiter loquentibus, sed debet secundum ea iura limitari, & distingui, vt notat glos. in authen.de hæredib. ab intestato venientib. in prin. verbo vocantibus, glo. & Bar. in l. sciendum. ff. qui sat. cog. idem Bar.in extrauaganti ad reprimẽdum
92 verbo non obstantibus col. 4. Et ita dicta. l. omnes C.de præscriptio. 30. vel 40. annor. & l. fin. C. de fund. patrim.lib.11.debent intelligi, nisi ex iusta causa fuerit impetrata contra præscribentem restitutio in integrũ: quas leges ita intelligit Anto. Natt. cons.162.num.40.& seq. vbi in proprijs terminis. d.l.omnes tradit exẽplum ex l.præscriptionem C.eodem tit. vbi imperator declarat per constitutionem l. omnes & eius generalitatem non esse derogatum anterioribus constitutionibus prohibentibus temporales præscriptiones procedere in curialibus, ergo pari ratione dicendum per dispositionem. d. l. omnes non esse derogatum edicto prætoris, si qua mihi iusta causa, &c. quem intellectum sequitur etiã Roland.in d.cons.68.num.33.lib.3.

93 Septimo facit, quod res quantumcumque generalis, vniuersalis, & pręcisa sic restringitur, ne quis indebite damnum patiatur. l. vlti. §. in computatione, vbi scribentes. C. de iure deliber. l. 1. §. nuntiatio. ff. de noui. oper. nuntia. Sed si ignoranti non concederetur restitutio in integrum contra pręscriptionem 40. annorum ad ius suum recuperandum vtique indebiti damnum sentiret, cum nihil ei imputandum sit, ita Grat.cons. 143. lib. 2. quem refert, & sequitur Roland. d. cons.68.num.34.lib.3.

94 Octauo facit, quia verba vniuersalia restringi debent ad id, quod est rationis l. quamuis ff. de in ius voc. notat Bal.in l.si defunctus C. de suis & legiti.hæred.& in authen.ingressi.col.1.vbi etiam Decius col.3.C.de sacrosanct. eccles. quos refert & sequitur Crauet.dicto cons.201.nu.36.

95 Nono, quia in varietate opinionum pro æquitate contra rigorem pronuntiandum est, vt inquit Ab. in c. 1. de constitutio. & vt ait l. proxime ff.de his qui in testam. delent. & l. ea quæ in partes. §. in re dubia ff.de reg.iur. benigniorem interpretationem se qui non minus iustius esse, quam tutius & ita indubio in-
96 terpretandum est, vt sit locus restitutioni contra præscriptionem. Quia restitutio in integrum nititur ęquitate ideo numquam conceditur, nisi concurrente æquitate. l. 1. l. nec vtilẽ l. quod si minor. §. non semper. l. sed etsi per prętorem. §. hæc clausula & per totum. ff. ex quib. caus. maior. Bar. in. l. AEmilius ff. de minor. quẽ communiter sequuntur doctores, vt testantur plures supra citati. Præscri-
97 ptio vero, quamuis bono publico introducta sit. l. 1. ff. de vsucapio. tamẽ est

est contra naturalem æquitatem, qua
dicitur neminem cum alterius iactu-
ra locupletari l. nā hoc natura. ff. de
condictio. indebi. l. iure naturæ ff. de
reg. iur. & quod præscriptio sit con-
tra naturalem æquitatem tenet glo.
in d. l. 1. verbo vel iniuria, quam ibi
notat & sequitur. Ang. ff. de negot.
gest. glo. etiam in d. l. nam hoc natu-
ra ff. de condictio. indebi. & in l. 1.
verbo ius est. ff. de iusti. & iure, tenet
Bal. in l. ancillæ col 3. vers. quia præ-
scriptio. C. de furt. & in cons. 184. col.
1 lib. 5. Calderi. cons. 5. tit. de reb. ec-
cles. non alienand, Craue. dict. cons.
201. num. 37. Roland d. cons. 68. num.
34. lib. 3. ideo dicit Guid. Pap. q. 419.
quod statutum tollens præscriptio-
nem dicitur continere naturalē æqui
tatem ne quis locupletetur cū iactu-
98 ra aliena. Hinc est, quod exceptio
præscriptionis tanquam odiosa reij-
citur, quando causa agitatur coram
arbitro procedente secundum verita
tem, & æquitatem, vt in authen. vt ec-
clesia Romana §. habeat iuncta glos.
tenet Ang. in l. sequitur ff. de vsuca-
pionib. Bolog. ad Anan. cons. 34. col.
penul. Ias. cons. 159. col. 3 lib. 2. Plot.
in iudice ad l. si quando. C. vnde vi
in rub. de bon. ad cridas ponen. vers.
decretum, & cridarum præscriptio,
Balb. in tract. præscriptionum. 1. par.
q. 5. vers. sed in contrarium. Roland.
d. cons. 68. num. 13. lib. 3 & qui se fun-
99 dat ex tempore, dicitur iuuari ex cir
cumuentione temporis, vt in authen.
de his qui ingrediuntur ad appell. §.
iubemus coll. 5. notant Isern. Laud.
Cardi. Alex & Afflict. in c. 1. in prin.
quo tempore miles inuesti. petere de
beat. Et impium & iniquum dicitur
100 præsidium temporis, vt in d. authen.
vt Ecclesia Romana vers. habeat ita-
que, Balb. de præscriptio loco citato
supra. & quāuis remedium præscrip-
tionis non esset iniquum & odiosum
remedium, vt scripsit Pinell. in au-
then. nisi tricenale num 19. cum duo-
101 bus sequentibus C. de bon. mat. tamē
negari minime potest remedium re-
stitutionis ex clausula generali fauo-
rabilius esse remedio præscriptionis,
cum eo agens tractet de lucro cap-
tando cum iactura aliena, quod æqui
tas non patitur ex d. l. nam hoc natura
ff. de condictio. indebi. agens verò
102 restitutione tractet de damno eui-
tando ex æquitate. Vnde restitutio
ex clausula generali non conceditur
ei qui certat de lucro captādo. l. sciē-
dum ff. ex quib. cau. maior. glo. in l.
ait. §. item ei ff. eod. tit. & in l. 1. ff. de
annali exceptio. & scribentes in l. 3.
§. Labeo ff. de acquirenda possessio-
ne cum alijs supra adductis.
103 Ex quibus apparet veriorem &
æquiorem esse dictam primam opi-
nionem affirmatiuam, nempe resti-
tutionem in integrum ex capite ig-
norantiæ dari aduersus præscriptionē
40. annorum, & satisfactum esse om-
nibus fundamentis in contrarium ad-
ductis: nam quatuor prima fundamē-
ta ex l. omnes & ex l. fin. C. de præ-
scriptio 30. vel 40. annor. & ex l. fin. C.
de fund. patrim. lib. 11. & ex l. vnic.
C. de vsucapio. transfor. procedunt,
vt non semel dictum est, in remedio
ordinario, & non in extra ordinario
per plura iura supra allegata. Simili-
ter etiam respondetur ad quintū fun-
damentum deductum ex l. fin C. de
præscriptio. longi tempor. & ex l. si-
104 cut C. de præscriptio 30. vel 40. an-
nor. quod quamuis in materia præs-
criptionis non curatur de scientia, vel
ignorantia illius, contra quem præs-
cribitur, quia de rigore præscriptio
maxime 40. annorum currit contra
ignorantem, tamen ex æquitate datur
contra eam præscriptionē ignoranti
restitutio in integrū ex clausula ge-
nerali per iura citata. Nec obstat sex-
tū fundamentū dicens in iure mētio
nem non fieri de restitutione, quæ
datur

catur ignoranti; licet fiat métio de ea
105 quæ datur absenti & impedito, quia respondetur, quod ignorans dicitur absens & impeditus ex iuribus supra adductis in, primo fundamento. Mi-
106 nime quoque obstant septimum & octauum fundamentum, quia per restitutionem in integrũ ex capite ignorantiæ non cessat omnino remedium ordinarium præscriptionis, sed tantum in hoc casu limitatur ex equitate magna cum iustificatione, vt ex declarationibus statim dicendis apparebit.

107 Limitatur primo dicta opinio affirmatiua vt procedat quando ignorantia est probabilis & iustissima, vt tradit Bal. in c. vltimo num. 1. de supplenda negligen. prælat. Areti. cons. 15. in fine, Roma. cons. 127. col. vltim. Imol. in c. fin. nu. 34. de præscriptio. Alex. cons. 71. col. 1. lib. 1. idem Alex. & Soci. in l. cum filius §. in hac ff. de verbor. oblig. Feli. in c. vigilanti in 3. limitatione nu. 4. & ibi Parisi. nu. 6. de præscriptio. Deci. in l. 2. col. 2. C. qui admitti. & latius cons. 266. & 267. col. fin. & cons. 328. Gozad cons. 8. ad finem. & cons. 68. nu. 14. Boeri. decis. 39. ad finem, Alba. cons. 18. nu. 1. Tiraquell. lib. 1 retract. §. 35. glo. 4. num. 33. Couarru. in regula possessor. 3. par. §. 3. num. 1. Pirell. in authen nisi tricennale num. 60. C. de bon. mater. Ioan. à Matienzo in l. 8. tit. 11. lib. 5. recopill. glo. 12. nu. 10. 11. & 12. Bursat. cons. 160. num. 72. libro 2. qui testatur hanc esse communem opinionem.

108 Secundo limitatur, vt locum habeat probata ignorantia, nam quamuis regulariter præsumatur ignorantia. l. verius ff. de probatio. c. præsumitur de regul. iuris in 6. tradit regulam cum limitationibus, Maranta in l. is potest num. 283. cum alijs sequentibus. ff. de acquirẽda hæredit. Alba. d. cons. 18. num. 2. tamen cum in hoc casu ignorantia sit fundamentum intentionis eius qui petit restitutionẽ, tenetur eam allegare & probare, vt scripsit Feli. in d. c. vigilanti col. 2. de præscriptio. Deci. cõs. 236. vers. capio igitur septimum dubium, Maranta in d. l. is potest num. 284. ff. de acquir. hæredit. Alba. d. cons. 18. num. 4. Cephal. cons. 314. num. 31. lib. 3. Bursat. cons. 167. num. 34. lib. 2.

109 Et est aduertendum, quod in hoc casu cum sit necessaria ignorantia probabilis & iustissima, vt in præcedenti limitatione diximus, probanda est cum hac qualitate, sicut quando aliqua qualitas est adiecta à lege, statuto, vel aliqua dispositione, quia tunc non solum debet res principalis probari, sed etiam qualitas illa ad hoc vt conueniat verbis legis statuti, vel dispositionis, alioquin qualitate illa non probata non dicitur legitima probatio, & reus est absoluendus, vt notat Bar. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de noui ope. nuntia. Feli. in c. examinata nu. 4. & 5. de iudi. Deci. cons. 49. col. 1. & cons. 105. col 5. vers. postremo plura occurrunt, Hippolyt. in rub. de probatio. num. 424 & seq. & in practi. §. quoniam num. 52. cum plurib. seq. Alciat. & Aret. ad eum in tract. præsumptio reg. 3. præsumptione 2. num. 9. Octauian. Cacher. decis. 71. num. 22.

110 Tertio limitatur dicta opinio, vt procedat probata ignorantia aliter quam per iuramentum partis, cum sit contra eam præsumptio ex longissima præscriptione, vt tradit Aymon. in tract. de antiquit. tempor. 4. par. c. materia ista, num. 62. quem refert & sequitur Couarru. in d. reg. possessor 3. par. §. 3. n. 4. vers. 9. in fine, & Ioan. à Matienzo in d. l. 8. tit. 11. glo. 12. nu. 17. lib. 5 recop.

111 Alias autem ignorantia probatur per iuramentum. c. nulli in fine c. vt circa de electio, in d. c. proposuisti.

82.

82. distin.glo. in c. significasti el. 1. verbo, si ita est de homicidio, glo. in §. sed istæ veræ aliæ, in glo. magna, insti. de actio. glo. in l. 1. C. de ficarijs glo. in l. at qui naturâ. §. cum me absente ff. de nego. gest. glo. etiam in c. innoluit vbi Abb. & alij de electio. & in c. 2. verbo scienter de tempor ordi. lib. 6. & in c. proposuisti 82. dist. & in c. præsumitur de reg. iur. in 6. Bar. in l. inter omnes. §. recte ff. de furt. & in l 1. §. hoc inter dicto ff. de itinere actuque priuato, & in l. cel sus. ff. de vsucapio. Abb. in c. præsentium col. 2. de testib. Alex. conf. 19. col. 2. lib. 1. & conf. 71. col. penul. lib. 6. cum alijs congestis per Felin. in c. 2. num. 11. cum seq. de constitutionib. vbi limitat septem modis, & declarat late. Marant. in l. is potest. n. 316. ff. de acquir. hæredit. Octauian. Cacher. decis. 71. nu. 24. cum alijs seq. Cephal. conf. 242. n. 17. lib. 2. & conf. 724, num. 66. lib. 5.

112 Quod præter alias limitationes, quas tradunt Feli. & alij proxime citati, intellige procedere, quando de modico agitur præiudicio, secus si de magno ageretur præiudicio, tunc nãque ignorantia nõ probatur iuramento vt notat. Abb. in c. quosdam nu. 3. & ibi Feli. numero 5. de præsumptio. idem Feli. in c. 2. numero 14. de consti. vbi etiam Deci. col. fin. vers. & hoc intelligitur. Octauian. Cache. d. decis. 71. num 46.

113 Item intellige dictam regulã non procedere, quando allegatur ignorãtia facti, quod publice notum fuit, & cuius non est veri similis ignorantia, vt si proclama publice fuit factum, & notum; nam existens in loco præsumitur eius habere scientiam. l. si tutor pe itus; vbi Bar. C. de peri. tut. c. 1. vbi Abb. not. 1. & Præposit. not. 3 qui matrim. accus. poss cap. 1. vbi glos. de postu. prælat. c. fin. 16 distin. vbi glo. plura iura allega., glo. in §. qui enim se excusare volunt, verbo cognouerit, vbi etiam Areti. insti. de excusatio. tut. Bar. in extrauangante ad reprimendum in verbo publico. Alberi. in authen. qui semel col. penul. C. quo modo & quando iudex Hanc in c. præsumitur de reg. iur. in 6. Roma. conf. 59. vers. contrarium tamen est veritas, Feli. in c. 2. numero 17. de consti. Decius in l. si cum vel in vtero numero 2. C. de testam. milit. Hippolyt. in l. qui ignorans numero 18. 23 & 24. & in l. qui falsum numero 88. & seq, C. ad l. Cornel. de fals. & in pract. crimi. §. agredior numero 34. Ruy. conf. 42. numero 21. libro 1. Octauian. Cacher. dict. decis. 71. n. 1. Ioan. Cephal d. conf. 242. n. 1. lib. 2.

114 Quod sub intellige, nisi aliquibus coniectuis præsumeretur ignorantia, vt si is qui eam allegat, haberet domum sitam in extrema parte ciuitatis, vbi, nec in alijs circumuicinis fuerunt facta proclamata, sed in platea, vel in alia parte distãte. Pro qua coniectura facit tex in authen. de litigiosis. §. si vero causam. vers. vocé ibi: Vocem enim præconum pauci possunt, qui præsentes non inueniuntur, audire, & in authen. qui semel. C. quo modo & quando iudex ibi: Vox præconis paucis innotescit, & in l. diuus ff. de integrum resti. ibi: Parum ex audita vocæ præconis, specul. in tittulo de citatio. §. 1. vers. item quod per clamorem seu vocem præconis, Cacher. d. decis. 71. nu. 34. Vel si in continenti lapso termino pro clamatum fecit quod per edictum erat publicatum & iussum, quia præsumitur tunc ignorasse, & quod si sciuisset, statim obtemperasset; nam tunc per præsumptionẽ obedientiæ tollitur presumptio con tumatiæ. d. l. diuus ff. de in integrum resti. tradit. Parisi. conf. 20. numero 52. 64. & 65. libro 1. & ex actu subsequuto intelligitur qualis fuerit animus

animus præcedentis, vt notatur in l. sed Iulianus. §. proinde verſ. ſed ſi ab initio, vbi Bar. ff. ad Macedonian. tradit plura Craue. conſ. 77. numer. 10. Thom. Gram. conſ. 22. nu. 11. & cõſ. 13. nu. 2. quos ſequitur Cacher. d. deciſ. 71. nu. 33. vel alijs ſimilibus coniecturis: & ratio eſt, vt ait idem Cacheran. loco citato num. 34 quia præſumptio ignorantiæ potentior eſt præſumptione ſcientiæ, ex d. l. Diuus, & ex dict. cap. præſumitur de reg. iur. in 6.

115 Probatur etiam ignorantia probando illud, quod de neceſsitate facit deuenire ad eam, vt probando aliquem eſſe infantem, vel furioſum, vt poſt Bal. & alios tradit Felin. in d. c. 2. nu. 19. de conſtitutio. Maranta in d. l. is poteſt num. 316. ff. de acquir. hæredit.

116 Probatur quoque ignorantia probando id per quod veriſimiliter ad eam deuetur, vt probando aliquem abſentem: nam ob abſentiam ignorantia præſumitur, & ex abſentia ignorantia naſcitur. c. fin. qui matrimo. accuſare poſſ. Bar. in d. l. is poteſt, col. 5. ff. de adquir. hęred. Decius in l. eius qui in prouincia. §. quod ſi ſtipulatus num. 9. in fine. ff. ſi cert. petat. Ruyn. conſ. 200. num. 16. lib. 2. Felin. & Maranta in locis proxime citatis Cephal. conſi. 394. num. 256. lib. 3. & conſ. 491. num. 17. lib. 4. Hippolyt. Rimin. cõſ.

117 470. num. 23. lib. 4. Et propter abſentiam, & ſeparatam habitationem inducitur præſumptio iuſte & probabilis ignorantię. l. tres fratres. vbi Bal. & Ang. ff. de pact. l. 2. §. voluntatem. ff. ſoluto matri. Bal. in l. quicunque. C. de ſeruis fugit. Alexand. in l 1. vbi Ripa nu. 45 ff. ſi cert. petat. idem Cephal. conſ. 724 num. 63. lib. 5. Et hæc præſumptio ignorantiæ propter abſentiam tollit aliam præſumptionem ſcientiæ ob cõſanguinitatem, vel vicinitatem. c. cũ in tua qui matrimoni accuſare poſ. tradit late Alexã. plures allegans in d. l. is poteſt num. 12. cum ſequent. ff. de acquir. hæredit. Dec. conſil. 445. num. 32. Ripa in l. 1. num. 45. ff. ſi cert. pet. Becci. cõſil. 9. n. 12. Cephal. dict. conſil. 724. num. 64. lib. 5.

118 Item probatur ignorantia probando aliquem infirmum fuiſſe, in quo præſumitur ignorantia, argum. l. quæſitum. ff. de re iudic. c. tenor extra eod. tit. gloſſ. in d. c. præſumitur de regul. iur. in 6. Bart. in l. fin. col. 2. ff. de in integrũ. reſt. Iaſ. in §. rurſus in prin. inſti. de actio. Pariſi. conſ. 102. in fine lib. 4. Affli. deciſ. 284. nume. 30. Marant. in d. l. is poteſt num. 316. ff de acquir. hæreditat. Cephal. conſ. 242. num. 16. Et pari etiam ratione præſumitur in detento in vinculis ex dictis iuribus, quod in ſpecie notant Felin. & Maranta in locis citatis.

164 *Vxor nec promittere neque etiā trāsigere potest absq̄ uiri consensu.*

165 *Vxor sine consensu viri fide iubere non potest.*

166 *Vxor sine cōsēsu viri nec pignorare nec hipothecare potest.*

167 *Vxor sine consensu viri non potest seruitutem constituere nec constitutam remittere.*

168 *Vxor solutionem debiti absque viri licencia recipere non potest, ad hoc, vt soluens liberetur.*

169 *Vxor nupta si fuerit patrōna ecle-*

168 *Vxor solutionem debiti absq; viri licentia recipere non potest, adhoc vt soluens liberetur.*

169 *Vxor nupta si fuerit patrona Ecclesię, non potest sine viri consensu presentare ad beneficia, si ius patronatus in rebus dotalibus consistit.*

170 *Vxor licet possit condere testamentum sine viri consensu, non tamen potest cõtractum intestamento facere.*

171 *Vxor contrahens cum patre debet habere consensum viri.*

172 *Vxor contrahens cum filio debet habere consensum viri.*

173 *Vxor contrahens cum principe an debeat habere consensum viri.*

174 *Vxor si per delictum sit carcerata, si velit se liberare, vel redimere requiritur consensus viri.*

175 *Vxor si commisit delictum, pro quo bona ueniant confiscanda, an prejudicet iuribus viri.*

176 *Vxor alienando rem emphiteutam sine consensu directi domini, non incurrit incaducitatem, si sine consensu viri alienauerit.*

177 *Vxor etiam bona extra regnũ, nec potest distrahere sine consensu viri.*

178 *Vxor an possit contrahere de bonis extra regnum, si est extranea penitus a regno, & quod ius seruari debeat sine viri consensu.*

179 *Vxor alterius regni, vbi non requiritur consensus, & nupta in regno, vbi consensus requiritur, quod ius attendi debeat.*

180 *Vxor alterius regni nupta cum alio de hoc regno, si contrahat in alio regno, vbi ius commune seruatur, adhuc debet habere cõsensum viri.*

181 *Vxor conferendo contractum ad tempus soluti matrimonij, vt habeat effectum, adhuc requiritur consensus viri.*

182 *Vxor minor 25. annorum curatorẽ habẽs cu eius authoritate cõtrahens non valet contractus sine consensu viri*

183 *vxor minor 25. annorum curatorem nõ habens in venditione rei mobilis, nõ solum erit necessarius cõsensus viri, sed decretum iudicis.*

184 *Consensus viri requiritur in contractu vxoris, etsi vir sit minor 25 annorum, sed maior 14.*

185 *Vxor habens virum sub cura in contractu eius consensus requiritur.*

186 *Minor in quo cunque casu per consensum prestitum vxori, si laesus habet restitutionem in integrum.*

187 *Vxor habens virum prodigum notorie adhuc prohibetur contrahere absque viri consensu.*

188 *Emens a notorio prodigo praescribere non potest ob malam fidem.*

189 *Prodigus si ante interdictionem fuerit laesus potest restitui.*

190 *Prodigus post interdictionem nec contrahere, nec quasi contrahere post.*

191 Con-

191 Coontractus factus a prodigo vti nullus non firmatur iuramento.

192 Consensus viri muti & surdi, ex accidenti erit necessarius in contractu vxoris.

193 Cõsensus viri muti, & surdi a natura, si scit scribere, & legere, requiritur in contractu vxoris.

194 Consensus mariti cæci requiritur in contractu vxoris.

195 Præsens is dicitur & consentire, qui intelligit quod fit.

196 Cõtractus ab vxore factus absque viri consensu non valet, etiamsi mulier tempore contractus asserat se in nuptam.

197 Fraus aut dolus nemini patrocinari debet.

198 Contractus ab vxore factus, quæ cõmuni opinione reputabatur non nupta, adhuc est nullus sine consensu viri.

199 Vxor in præiuditium viri contrahere non potest.

200 Vxor habens virum putatiuum contrahere non potest sine eius cõsensu.

201 Vxor habens virum, quem credebat mortuum, & alium virum putatiuum, si in contractu interueniat consensus tantum putatiui, licet reuertatur, primæuus valet contractus.

202 Vxor si fuit in culpa contrahendo secundum matrimonium, & in contractu deficit consensus primi mariti, tunc non valet contractus.

203 Mors viri vt mulier certa possit redi ad contrahendu matrimoniũ relinquitur arbitrio iudicis.

204 Vxor licet cum viro nõ habitet obstori separationẽ, de communi cõsensu, adhuc prohibetur sinẽ eius cõsensu contrahere.

205 Matrimonium si est separatum culpa vxoris, non potest cotrahere sine viri consensu.

206 Contractus ab vxore factus absque viri licentia est ipso iure nullus.

207 Nullitas contractus ex defectu consensus viri potest opponi etiam in executione sententiæ.

208 Iudex ex officio potest repellere petentem executionen sententiæ nullæ, si nullitas ex processu aparet.

209 Mulier non potest trasferre possessionem absque iuri consensu.

210 Possessio translata a muliere absque viri consensu, non potest tribuere causam vsucapiendi, vel præscribendi.

211 Contrahens cum muliere absque iuri licentia, non facit fructus suos.

212 Periculũ rei emptæ ab vxore sine consensu mariti, erit emptoris, non autem mulieris.

213 Ex cõtractu factu ab vxore sine consensu mariti, non solũ nõ nascitur ciuilis obligatio, nec naturalis.

214 Fideiubens mulierem contrahẽtem sine consensu mariti non obligatur ad ciuilem, sed tantum ad naturalem obligationem.

215 Fideiubens mulierem contrahentem sine consensu mariti, si suscepit in se periculum, obligatur ciuiliter.

216 Fideiussor mulieris cõtrahentis sine

sine viri consensu, si aliquid soluit, non habet regressum contra mulierem.

217 *Mulier etiam in foro conscientię non tenetur obseruare contractum absque viri consensu.*

218 *Contrahens cum vxore sine viri consensu an possit retinere rem adquisitam in iudicio animę.*

219 *Qui cōtrahit cum muliere nupta absque viri consensu, nullum iustum titulum habet.*

220 *Cōtractus celebratus ab vxore sine viri consensu non firmatur iuramento.*

221 *Consensus viri ad eo est necessarius in contractu vxoris, quod debet ibi clare constare & probari.*

222 *Cōtractus factus ab vxore sine cōsensu viri valet, si est vtile ipsi mulieri.*

223 *Exceptio opposita in iudicio ante actus cōsummationem de nullitate ex defectu cōsensus mariti nō adhibiti, talis exceptio reddit actum nullum etiā si fuerit marito & vxori vtile.*

224 *Vxor in obligatione necessaria decēdēte ex lege, statuto, vel cōsuetudine, vt de gabellis potest se obligare sine consensu mariti.*

225 *Alienatio facta ab vxore sine viri consensu, ex testatoris pręcepto valet.*

226 *Cōtractus factus a muliere pro redimenda sua persona, vel mariti captiuitate sine cōsensu valet.*

227 *Contractus factus a muliere ex causa alimentorum, valet etiam sine viri licentia.*

228 *Alienatio ex causa alimentorum dicitur causa necessaria.*

229 *Iudicium factum a muliere sine consensu mariti in causa alimentorum ipsius mariti, filiorum, patris, vel alterius, cui necessaria de iure debentur alimenta, valet.*

230 *Mutuum acceptum ab vxore ex iusta causa absque viri consensu, valet contractus.*

231 *Contractus factus ab vxore sine viri consensu valet, si inter eos sit facta separatio tori sine iusta causa.*

232 *Caussę separationis tori multę sunt.*

233 *Maritus si absque iusta causa expellit vxorē de domo sua, tūc vxor potest absq; eius licentia cōtrahere.*

234 *Cōsensus, seu licētia mariti vxori sufficit quod sit pręstita per ęquipollētia, licit formaliter nō pręstet.*

235 *Cōsensus viri non tantum sufficit expressus, sed etiam tacitus in contractu vxoris.*

236 *Consensus mariti pręsumitur, dū vxor cōtrahit pręsente marito, vel est in iudicio eo pręsente, & tacente.*

237 *Cōsensus mariti tūc intelligitur in cōtractu vxoris, quādo maritus est pręsēs, & scit qualitatē negotij.*

238 *Confessio mariti se pręsentem fuisse contractui vxoris, an sufficiat ad probandum consensum.*

239 *Maritus litigans simul cum vxore, vel aliquem faciens contractum videtur pręstare consenseum vxoris, licet licentię mentio non fiat.*

240 *Contractus factus ab vxore si-*

non est necessarius in cõtractu vxoris si coniuges sunt penitus extranei regni in quo cõtraxerunt matrimonium.

258 Consensu mariti non requiritur in defensione vxoris, quę est de iure naturali.

269 Vxor potest inter viuos, sine consensu mariti sepulturam eligere.

270 Vxor potest esse executrix vltimarum voluntatũ sine consensu viri.

271 Cõtractus factus ab vxore alieno nomine sine viri consensu valet.

272 Sponsa de futuro potest contrahere sine consensu sponsæ.

273 Consensus mariti potest per procuratorē, nuntiu, vel epistolã pręstari.

274 Reuerentia quã vxor viro pręstare debet, est secundus effectus maritalis.

275 Vxor tenetur operari viro, & ei seruire, & est tertius effectus maritalis.

276 Vxor licet tot tempore vitę suę seruierit marito in sanitate & infirmitate, non potest dici benemerita.

277 Vxor quidquid acquirit, quoad operas fabriles in domo, sibi, nõ autē viro acquirit, quo ad operas obsequiales secus.

278 Mulier licet debeat esse officiosa erga maritum, & operas obsequiales pręstare, non procedit in vxore nobili, quę non tenetur in vilibus officiis seruire.

279 Maritus potest moderare vxorem, corrigere, & castigare, & est quartus effectus maritalis.

280 Maritus cum iusta causa potest vxorem in vinculis detinere.

281 Correctio moderata permittitur marito, vxori etiã, si maritus præstitisset cautionem ex causa sæuitiæ de vxore bene tractanda.

282 Marito acriter verberante vxorē, potest vxor petere tori separationem.

283 Vxor, si fuerit a marito acriter verberata, potest aufugere ab eo.

284 Vxor non est marito restituenda, si cum eo morari non potest absque periculo personæ.

285 Vbi est odium capitale, non debet vxor se committere fragilitati cautionis.

286 Sæuitia quando dicatur tanta, vt illi sit necesse per cautionē prouideri, & quæ sit causa sæuitiæ.

287 Sęuitia est grauis causa, ideo debet sufficienter probari.

288 Testes in causa sęuitię, & ad separationē tori, debent esse idonei, & omni exceptione maiores.

289 Vxor, si acriter verberetur a viro, potest actione in factũ agere contra maritũ, vt eum puniat.

290 Maritus vxorem male tractans perdit lucrum & augmentum dotis.

291 Maritus, si expellit vxorem sine iusta causa perdit lucrũ dotis.

292 Vxor maritum male tractans perdit quartam.

293 Vxor tenetur habitare cum viro, & eius domo & ciuitate, & est quintus effectus maritalis.

294 Administratio bonorum quę in domo sunt, & quæ domestica dicuntur, competit vxori, vt custodiat & conseruet.

295 *Vxor domina domus vocatur.*

296 *Si mulier habitat cum viro, & administrat pro suilibito eaque sunt indomo si affectione maritali vir eam tenet presumitur contractum matrimonium saltim respectu legitimationis filiorum.*

297 *Mulier tenetur sequi maritũ quocunque migrare voluerit, & domicilium mutare, & est sextus effectus maritalis potestatis.*

298 Vxor *tenetur sequi maritum etiam lepra marito superuenta, quę non soluit effectũ matrimonij.*

299 Vxor *tenetur sequi maritum etiam in quacunque & contagiosa infirmitate.*

300 *Vxor tenetur sequi maritum, etiã si ei superueniat morbus gallicus.*

301 Vir & *vxor sunt correllatiua.*

302 *Morbus gallicus & lepra inquibus differunt.*

303 *Maritus infirmus durante periculo mortis nõ tenetur reddere debitum vxori suę.*

304 V*xor tunc tenetur virum sequi, cum in prouincia proficiscitur.*

305 V*xor non tenetur sequi virum, si fuerit pactum in capitulis matrimonialibus, vt vir cum vxore certo loco habitare debeat.*

306 *Maritus tunc potest recedere a pacto de non asportando vxorem de loco, quando iusta adest causa recedendi.*

307 *Habitare qui tenetur ex pacto in aliquo loco an soluendo interesse liberetur.*

308 V*xor si vult in distinte potest sequi maritum.*

309 *Maritus potest vxorẽ vẽdicare.*

310 *Maritus potest vxorem fugientem manum inijcere, & detinere.*

311 V*xor sequitur forum viri & proprium mutat.*

312 V*xor dicitur de familię viri, & non patris.*

313 *Preuilegium concessum fœminis decendentibus comprehendit tam viduas quam nuptas.*

314 V*xor ex honore & dignitati viri honoratur.*

315 *Mulier ignobilis si nubat nobili, efficitur nobilis.*

306 V*idua durante viduitate gaudet priuilegio nobilitatis viri mortui.*

317 *vidua nupta equitibus & militibus, gaudet priuilegio mariti mortui quoad nobilitatem.*

318 *Milites & cauallerij, vt gaudeãt priuilegio nobilitatis pro se & successoribus quę requiruntur.*

319 *Vxor sicut est particeps honoris ita de decoris viri.*

320 V*xor nobilis si nubat ignobili, amitit nobilitatem.*

321 *Mulier etiam in viduitate retinet conditionẽ viri, quousq́ secundas volauerit nuptias.*

322 *Mulier nobilis nupta ignobili, an soluto matrimonio gaudat priuilegio notabilitatis.*

323 *Mulier si aliquid fecerit in fauorem mariti, & ad damnum ipsius presumitur fecisse metu maritali.*

324 *Metus reuerentialis mariti tũc presumitur cũ præcedunt minæ, quę sunt iusta causa timoris.*

325 *Metus reuerentialis mariti presumitur cum incurrit ipsius mariti sæuitia.*

326 *Enormis læsio mulieris ad vali dationē metus reuerentialis sufficit*

327 *Preces importunæ factæ a viro vxori sufficiunt ad ostendendam metum reuerentialem.*

328 *Metus reuerentialis cum quibus præsumatur.*

329 *Metus reuerentialis an purgetur tacito consensu postea interueniente cum lapsu temporis.*

330 *Causa metus durante nunquam purgatur, metus ex sub sequenti actu etiam longissimum tempus.*

331 *Maritus constante matrimonio est dominus rei dotalis.*

332 *Vxor triplex habet patrimonium.*

333 *Bona parapbernalia quæ dicātur, & an sit dominus maritus.*

334 *Bona parabpernalia an gaudeant priuilegio eiusdem dotis.*

335 *Bona extradotem quæ dicantur, & an vir sit legitimus administrator illorum.*

336 *Maritus & vxor, si fatentur recepisse pretium reimendæ præsumitur totum pretium ad maritum peruenisse.*

337 *Ius præsentandi si consistit in rebus dotalibus competit viro, & nō vxori ad beneficia Ecclesiastica.*

338 *Maritus præsentare non potest in bonis maioratus alienari prohibitis, sed sola vxor.*

339 *Vxor habet ius præsentandi in bonis paraphernalibus, quorum dominium apud eum remanet.*

340 *Maritus an sit dominus bonorū lucratorum constante matrimonio.*

341 *Maritus ratione reuerentiæ nō tenetur vltra quam facere potest.*

342 *Maritus licet sit condemnatus inquantum facere potest, factus tamen locuples integram dotem restituere tenetur.*

343 *Vxori non currit præsciptio in rebus dotalibus durante matrimonio.*

344 *Vxori non currit præscriptio in bonis donatis propter nuptias.*

345 *Vxori an currat præscriptio in omnibus bonis suis etiam non dotalibus.*

346 *Scientia sola non facit quem teneri de delicto, nisi sit particeps delicti, secus in vxore de scētia mortu viri.*

347 *Mulier nupta absque viri licentia, nec agendo, nec excipiendo habet legitimam personam.*

348 *Excommunicatus in iuditio esse potest, si est coactus.*

349 *Ex communicato permissum est se defendere.*

350 *Habilis quilibet reputatur, nisi expresse reperiatur prohibitus.*

351 *Inhabilis de iure si fuerit ab aduersario citatus simpliciter ad comparendum eius persona, censetur approbata percitantem.*

352 *Personæ quæ sunt inhabiles ad comparendum in iudicio sunt etiā nabiles ad comparendum per procuratorem.*

CAPVT QVINTVM.

DE POTESTATE AGENDI, DE IVRE, *& inhabilitate eorum, qui legitimam personam standi in iudicio non habent.*

1 QVinto in exercitio & persecutione actionis ad hoc vt quis consequi posiit quodlibi debetur, requiretur potestas agendi de iure, & sic quod litigatores, ex quibus iudicium fundatur, sint habiles, & habeant ligitimã personam standi in iudicio: nam fundari iudicium non potest nisi cũ persona habili, vt inquit Bal. in l. cum debitoris in prin. C. de iureiur. ideo ante omnia legitimanda est persona agentis. l. 1. & 2. C. qui legiti. person standi in iudicio habet. l. acta. l. contra pupillum. ff. de re iud. l. si quæramus, vbi scribentes ff. de testament. l. Orphano. trophos C. de Episcop. & Cleri. l. Senatus. l. non ignorat. C. qui accusare non possunt, cum alijs eiusdem tituli. l. 1. titulo 3. par. 3.

2 Quod procedit in iuditio, quantumuis summario, vt notat glo. in l. 2. verbo seruus in fine, vbi Bar. Bal. Salyc. Fulgo. Alex. & alij eam sequuntur. C. de edicto. diui Adrian. Toll. vbi etiam Deci. nu. 47. idem Bar. in extrauaganti ad reprimendũ, verbo sine figura col. 2. Scribentes in rub. C. qui admitti, vbi late Iacob. de Nigris. num. 9. Ioan. Bapt. Asin. in praxi iudiciorum. §. 28. c. 1. num. 2 & tenent plures citati per Roland. cõs. 46. num 2. lib. 2. & per Menochi. de recup. posse. remedio. 15. num. 273. vbi hanc testatur communem opinionem.

3 Et adeo requiritur habilitas personæ ad agendum, quod est necessaria tempore actus, & non sufficit, si ex post facto superueniat, arg. l. si filius & l. eius qui in prin. ff. de testam. & c. 1. de sponsatio. impub. in 6. tradũt doctores in c. si eo tempore de rescript. in 6. Alex. cons. 171. in fine lib. 2. Hippolyt. in l. penult. vers. itẽ vltra predicta num. 39. ff. de quæstion. Decius cons. 321. col. 1. & cons. 576. col. vlti. & cons. 661. col. fin. quos sequitur Vant. in rub. de nullit. ex defectu inhabilit. num. 3. Quod limitandum est in consensu mariti super venienti quando vxor egit absque eius licentia in iudicio, vt infra dicemus in muliere nupta.

4 Regulariter autem quilibet reputatur habilis ad agendum, nisi expres se reperiatur prohibitus, vt in prin. insti. de his, per quos agere possumus, vbi notant Ang. & alij, & in c. 1. de procurat. in 6. glo. in c. iniuste verbo ad futuras ext. a de procurator. Bal. in rub. qui accusare non possunt post prin. Sebasti. Vant. in d. rub. de nullit. ex defect. in habilit. nu. 4. Sed plures reperiuntur personæ, quæ in iuditio esse non possunt de iure, quia legitimam personam standi in iudicio non habent quarum prima est persona minoris viginti quinque annis, qui sine tutore vel curatore in iudicio esse non potest. l. 1. & 2. C. qui legitimam person. standi in iudicio habet. l. non eo minus C. de procuratoribus tradunt glo. Bar. & alij in l. minor. ff. eod. tit. l. 11. tit. 2. par. 3. ideo *Minor in iudicio esse non potest.*

5 vt

vt agere vel conueniri minor possit, necessarium est, vt tutorem vel curatorem ad litem accipiat, vt in dictis iuribus disponitur tradunt doctores in dict. l. non eo minus. C. de procuratorib. gloss. Barr. Bal. Castrens. & alij in l. si longius, §. fin. ff. de iudi. Sebastian. Vant. de nullit. ex defectu in habilitatis, numero vigesimooctauo cum alijs sequent.

6 Et quamuis regulariter minor compelli non possit curatorem accipere, l. qui habet. §. si pupillus. ff. de tutor. ibi, sed non aliter quàm si ipse petat, & ibi, nisi petenti, & postulanti. §. item inuiti, institut. de curator. ibi. inuiti non suscipiunt, vbi late tradunt scribentes, tamen hoc procedit ad negotia, seu contractus, prout dicta iura sequuntur; secus tamen est ad iudicia, ad quæ adultus curatorem ad litem recusare non potest. dict. §. si pupillus. dict. §. item inuiti dicta. l. vndecima, titulo secundo part. 3. quod etiam probat l. decimatertia, titulo decimosexto, partita sexta; & ratio est, quia minor solus stare in iudicio non potest, cum legitimam personam standi in eo non habet l. acta. §. fin. ff. de iud. ibi contra minores, tutorē vel curatorem non habentes, nulla sententia proferenda est. l. secunda C. de his qui legitimam personam standi in iudicio habent, ibi: sicut pupillus tutore authore, & agere, & conueniri potest: ita & adultus curatore consentiente litem, & intendere, & excipere debet l. 3. C. eod. tit.

7 Quod primo extende, vt adeo hoc sit verum, quod processus formatus, & sententia lata contra minorem vigintiquinque annorum cū curatorem non habentem, est ipso in re nulla dicta. l. secunda C. de his qui legitimam personam standi in iudicio habent, dicta. l. acta. §. fin. ff. de iudi. ibi: Nulla sententia proferenda est. l. cum minor es in principio. C. si aduersus rem iudi. ibi: Nullum vobis præiudicium fieri præses curabit, cum vos minores esse, & in c. defensos affirmetis, & ibi: Nam si iusta defensione tutorum, vel curatorum vobis asistente, aliquid statutum est, in integrum restitutionis auxilium vobis necessarium esse intelligetis. l. Clarum. C. de authoritat. præstan. ibi: Sancimus pulsatis in causis criminalibus vigintiquinque annis ad esse curatores vel tutores. l. vniuersis. C. qui dari tutores possunt ibi. In vniuersis litibus placet, non prius puberem iustam habere personam, nisi interposito decreto administrandi gratia patrimonij, aut in litem fuerit curator datus l. contra pupillum. ff. de re iudic. vbi scribentes tradunt Bart. Castrens. & alij in l. certum. §. fin. ff. de confessis, Alexand. in l. si. ex legati causa, numero octauo. ff. de verbor. obligatio. testatur communem opinionem doctorum Bossi. in titulo si aduersus rem iudi, numero vigesimosecundo, Roland. consilio. 31. numero primo lib. primo, Plaça lib. 1. delictorum, cap. trigesimosecundo, numero duodecimo in fine, Iuli. Clar. in §. fin. quæstio. 50. in principio testatur etiam communem alios allegans Caldas Pereira in l. si curatorem habens in princ. numero nono. C. de in integrum restit. minorum, & probat Regia. l. prima, titulo vigesimoquinto, partit. 3. ibi. *Pero si los menores por si comencassen pleyto y fuesse dado juyzio contra ellos, no valdria la sentencia:* & Paulo inferius, ibi, *No vale nada.*

8 Secundo extende supra dictã conclusionem, vt procedat, etiam si minor sit filiusfamilias, cui etiam vltra patris consensum dari debet curator ad litem, vt tenet Alberi. in l. fin. §. necessitate. C. de bonis quæ libetis, ad finem, & post Afflict. & Cassanæ. Neuiz. conf. 17. num. 20. & cum Didaco Perez sequitur Caldas Pereira in d. l. si curatorem habens in prin. num. 34. C de in integrum restitut. minor.

9 Quod intelligo nisi pater vellit agere cum filio, vel nomine filij: nã durante patria potestate. pater est legitimus filij tutor, & curator, & non potest ipsi filio dari curator. l. fin. in prin. C. de curatore furioso. l. fin. §. sin autem in fine, vbi glo. verbo hereditati. C. de bon. quæ liber. l. fin. C. sent. pass. & in prin. & in §. 1. instit. de tutel. l. 1. tit. 19. par. 6. & pater tanqnam legitimus administrator potest in rebus filij procuratorem constituere, vt tenent Bar. & alij in l. 1. C. de bon. mater. & in l. fin. §. vbi autem in prin. C. de bonis quæ liber. idem Bar. in l. 1. num. 6. de procurato. vbi etiam Bal. in 1. & 2. lectura tradit Tiraquell. in l. si vnquam in præfatio. num. 29. C. de reuoc. donatio. & Clem. in tract. de patria potest effectu. 12. num. 4. Et potest ipse pater absque consensu filij agere, & eum defendere absque distinctione ætatis filij, vt notant Bar. numero. 5. & Bal. numero 8. in l. 1. C. de bon. mater. vbi Castren. testatur hanc esse communem opin. idem. Bar. in l. fin. §. vbi autem in prin. C. de bon. quæ liber. teret Imol hanc dicens communem. opin. legistrarũ in d. l. fin. §. pupillus num. 3. ff. de verb. oblig. vbi etiam Areti. num. 5. & hec opinio seruatur de consuetudine in distincte, vt diximus in cap. 1. §. 19. nu. 8. lib. 2. illatione. 6

10 Secundo extende supradictã conclusionem, vt procedat etiam si minor agat nomine alieno, quia regulariter minor. 25. annis non potest esse in iudicio pro alio. c. qui generaliter §. fin. de procurato. in 6. l. minor ff. eod. tit. gloss. in c. non iniuste ex eodem tit. tradunt Bar. & alij in d. l. minor & testatur hanc esse communem opin. Capra. reg. 61. nu. 2. quam probat regia. l. 5. tit. 5. par. 3. & ratio est, quia qui non habet personam legitimam standi in iudicio prose, multo minus pro alio. Vnde iudicium dicitur nullũ; & exceptio quandocumque opponi potest, vt notatur in c. in nostra de procurato. & tenent. Anto. & Imol. in d. c. non iniuste eod. tit. Dominic. in d. c. qui generaliter de procurato. in 6. & ait hanc esse communem modernorum Capra. d. reg. 61. num. 9. & 10. & Franc. Curti. in d. c. qui generaliter.

11 Limita tamen primo supra dictam conclusionem procedere in minori reo, cui inuito curator ad litem ad petitionem actoris dandus est, vt possit esse in iudicio per iura supra adducta, secus vero in minore actore, cui volenti & petenti non inuito curator ad litem dandus est, tamen in hoc casu si talis minor actor curatorem ad litem accipere non vult, repellitur, & non auditur, ne iudicium reddatur illusorium, vt tenent docto. supra citati, & resoluunt post alios Vant. de nullit. ex defectu mandati n. 144. & Caldas. in l. si curatorem habens in prin. nu. 23. cum alijs seq. C. de in integrum resti. minor.

12 Secundo limita dictam conclusionẽ non procedere in beneficialibus, & alijs causis spiritualibus, & in connexis & ab eis dependentibus, in quibus minor. 25. annis maior, tamen 14. potest esse in iudicio perse, vel per procuratorem agendo & defendendo absque curatore. c. si annum, vbi scribent de iudi. in 6. c. ex parte vbi Abb. numero 7. & alij de resti. spoliat. Quod procedit etiam in extra

iudicialibus negotijs vt tenent Ancha. Donn. Gemi. & Philip. in d. c. si annum, & Fe. ret. cons. 250. numero 1. & cons. 277. num. 2. & cons. 282. numero 2.

13 Ex quo primo infertur, quod cum fructus beneficij sint dependentes ab ipso beneficio c. si quis obiecerit. 1. q. 3. minor habet super his legitimam personam standi in iudicio, vt post doctores in d. c. si annum de iudi. in 6. tradit. Ferret. in dict. cons. 250. num. 1.

14 Secundo infertur, quod cum fructus decimarum sint dependentes ab ipsis decimis, potest etiam super his minor absque curatore ad litem esse in iudicio, vt post Gemi. & Philip. & alios in d. c. si. annum tradit Ferret. loco proxime citato.

15 Tertio infertur, quod laicus minor potest super iure patronatus agere & conueniri absque curatore ratione connexitatis cum spiritualitate. c. quanto vbi scribent de iudi. & ita procedit. d. c. si annū de iudi. in 6. in patrono laico minore, vt tenent ibi doctores.

16 Quarto infertur quod sicut minor habet legitimam personam standi in iudicio super matrimonio, ita super dote que ab eo dependet. c. de prudentia vbi scribent de donatio. inter vir. & vxor. notat glo. in d. c. si annū verbo depēdentibus, quam sequitur ibi cōmuniter docto es. Quod procedit, etiā si laicus principaliter ageret super dote, vt tenent glos. & doctores in dict. c. de prudentia & post speculat. Ioan. Andre. Innoc. & Lap. tradit. Gemi. in d. c. si annum. Imol. Ang. & Alex. in l. 1. ff. soluto matri. Roma in l. 2. §. quod si in patris eod. tit. idem Alex. & Ias in authen. quod locum vbi testantur de communi. C. de collatio. Ferret. d. cons. 250. numero 3.

17 Secundo limita dictam conclusionem non procedere in clerico minore indistincte, non solum in bonis acquisitis causa beneficij, sed etiam in omnibus alijs modis non causa beneficij acquisitis, in his namque potest absque curatore esse in iudicio, vt notat specul. in tit. de actore. §. 1. versi. sed cum clericum & Lap. Gemi. & Phelip. in d. c. si annum de iudi. in 6.

18 Tertio limita eam non procedere quando minor citatus per procuratorem comparauit, & iurauit se non venturum contra processum, & rem iudicatam notat Bar. in l. minor ff. de procurato. in authent. Sacramentā puberum. C. si aduers. vendi. Guid. Pap. q. 35. & q. 494. vt tradit Boeri. q. 92. Auendani respons. 4. num. 4. Neuiz. cons. 17. num. 80. alios referēs Ioan. Gutierrez in authen. Sacramenta puberum numer. 127 C. si ad vers. vendi. quos sequitur Caldas in l. si curatorem habens in prin. nu. 35. C. de in integrum resti. minor.

19 Quinto limita dictam conclusionem non procedere in iudicio possessorio, in quo minor habet legitimam personam standi in iudicio absque curatore. l. vlti. vbi glo. Bar. & alij. C. qui legitimam person. standi in iudicio habēt. Abb. in c. cum dilectus col. 3. de arbitris, Sebast. Vant. de nullit. ex defectu in habilit. num. 35. vbi.

20 Sexto limita non procedere in causis criminalibus, in quibus minor pro sequitur suam, vel suorum iniuriam in casibus à iure permissis. l. qui accusare. l. hi tamen in principio. ff. de accusatio. Speculat. in tit. de actore §. 1. Abb. & alij in c. ex parte de restitut. spoliat.

21 Sexto limita non procedere, quando minor cum iuramento asseruisset se maiorem. l. si alterius & tot tit. si minor se maiorem dixerit, tradit Sebastian. Vant. de nullit. ex defectu in habilit. nu. 25. & potest etiam limitari alijs modis. vt per Specul &

Abb. in locis proxime citatis.

22 Et est notandum, quod in casibus in quibus potest minor per se esse in iudicio, potest etiam procuratorē constituere, vt notat Innoc. in c. cū. 1. & de re iudi. Abb. in c. ex parte num. 7. de resti. Spoliat. docto. in d. c. Si annum de iudi. in 6. & in eisdem etiam casibus, in quibus minor potest agere nomine proprio, potest etiam agere nomine alieno, vt tenent doctores citati, & testatur hanc esse communem opinionem. Capra in d. reg. 61. nu. 3. cum seq. Quæ omnia intellige in minore 25. annorum, maiore tamen 14. nam minor 14. annorum etiā spiritualibus, & iudicio possessorio, & in alijs casibus supra exceptis non habet legitimam personam standi in iudicio ad agendum, nec defendendum, nec ad alia faciendum, nec absque decreto iudicis potest constituere procuratorem d. c. si annum, vbi glo. & scribentes de iudi. lib. 6.

23 Aduertendū tamen est, quod licet minor. 25. annis, maior tamen. 14. personam habeat legitimam standi in iudicio in spiritualibus, & alijs casibus supra adductis, attamen si læsus fuerit, poterit petere restitutionem in integrum, vt notat glos. in l. 1. C. si de moment. possess. fuerit appell. quā ibi sequuntur Bar. Bal. & Salyc. idē Bar. cons. 101. Abb. in c. ex parte nu. 16. de resti. Spoliat. Ias. in l. 1. nu. 10. ff. de iurisdictio. omni. iudi. & in authen. Sacramenta puberum n. 57. C. si aduers. venditio. Capri. decis. 13. nu. 11. Couarru. lib. 1. variar. resolutio. c. 5. nu. 8. & practi. quæstio. c. 17. nu. 3. qui alios allegat, & Becci. cons. 12. nu. 68. qui plura in confirmationē huius conclusionis adducit, & faciūt etiam pro ea multa quæ retulimus in cap. præcedenti, quibus probatur minorem ex capite de minoribus, & maiorem ex edicto ex quibus caus. maiores, & ex clausula generali, semper esse restituendum, nisi expresse & specialiter contrarium sit expressum, etiam si lex vel statutum viatur verbis generalibus, & vniuersalibus negatiuis.

24 Quod primo limita non procedere in remedio summario, quod datur pro sola actuali tenuta consequenda, in eo namque remedio minor aduersus probationem omissam non est restituendus, dum tamen postea causa possessionis & proprietatis sit examinanda, prout tradit Capici. d. decis. 13 numero 2. cum seq. vbi ait sic bis fuisse in Consilio Neapolitano iudicatum, quem refert & sequitur Couarru. d. c. 17. practi. quæstio. numero 17. numero 4. vers. Sextum, & Ludouic. de Molina. lib. 3. de Hispaniarum primogenijs c. 13 numero 63. vbi in numero seq. late hoc explicat ad declarationem. l. 9. & 10. tittulo 7. libro 5. recop.

25 Secundo limita non procedere, quando minor agit nomine alieno in spiritualibus & possessorio in quibus potest in iudicio & extraiudiciū agere, sicut nomine proprio absque curatore, quia tunc non restituitur, cum imputandum sit domino, qui talem pro curatorem elegit, vt tenent scribentes in d. c. si annum de iudi. in 6. & tradit Capra. d. reg. 61. num. 3. cum seq. vbi testatur hanc esse communem opinionem.

26 Secunda persona quæ prohibetur esse in iudicio, est furiosus & mentē captus qui ex defectu consilij & intellectus à natura casu tamen prouē niente, equiparatur infanti quo ad intellectum & iudicij capacitatem §. sed & quod diximus insti. de inutili. stipulatio. l. quod si infans. ff. de rei vendi. Clem. 1. de homicidio, vbi gloss. plura adducit gloss. Bar. Alex. Ias. & alij in l. furioso. ff. de re iudi. & in l. non eo minus. C. de procurat. & tradit. in specie Sebastian. Vanti. de nullitate ex defectu in habilit. num. 15. cum alijs seq. *Furiosus & mente captus non potest esse in iudicis.*

Tertia

27 Tertia persona quæ in iudicio esse non potest, est prodigus, cui bonis interdictum est, qui æquiparatur furioso & pupillo. l. is qui in fine ff. de tut. & curat. dat. ab his. l. furiosi ff. de re iudi. l. certi condictio. §. quoniam ff. si cert. pet. ideo nec potest contrahere, nec quasi cõtrahere, nec testari l. is cui bonis vbi Bart. num. 7. & alij. ff. de verb. oblig. l. 1. ff. de curati furiosi, cum alijs traditis per Anton. Gomez in tractat. de contract. c. 14. num. 30. l. 5. tit. 11. part. 5. & per consequens in eum non cadit iudicium, neque sententia, vt late tradit, ac explicat Vanti. in d. tit. de nullit. ex defectu in habilitate. numero 19. cum alijs sequentibus. Si vero ei non sit interdictum bonis quantumuis notorius prodigus sit, potest contrahere, & legitimam personam standi in iudicio habet. l. tres tutores in fine. ff. de administratio. tut. c. veritatis de dolo & contumacia, glos. in l. 1. in princ. ff. de curat. furiosi. & in l. 1. C. eod. tit. Specul. in tit. de actore versic item opponitur contra actorem, quod est prodigus scribentes in d. l. is cui bonis ff. de verbor. oblig. vbi Castren. Alex. & Ias. testantur hanc esse communem opin. & Vanti. loco citato, Bernard. Diaz reg. 611. vbi Ignati. de Salzedo in annotationibus: Gomez Arias in l. 60. Tauri num. 19. & 20. Segura in l. Imperator num. 113. vbi Didac. Perez in additio. ff. ad Trebell. vbi hãc testatur communem opi. Anto. Gomez. in d. c. 14. numer. 31. Vasqui. de controuer. illustr. c. 17. num. 1. & 3. l. 5. tit. 11. par. 5. vbi Greg. Lop. in glos. verbo. *defendido*,

Prodigus in iudicio esse non potest.

28 Quarta persona, quę de iure prohibitur esse in iudicio, est mutus & surdus, qui omnino non audit, nam cum non intelligant quod ex aduerso agitur, nec possint se & res suas defendere non possunt contrahere. §. mutum insti. de inutilib. stipulatio. l. 1. in prin. ff. de verb. oblig. l. 1. §. fin. ff. de actio & obligatio. & ita etiam in iudicio esse non possunt, in quo per petitionem actoris præcedentẽ, & responsionem rei subsequentem in ducitur quasi contractus. l. 3. § idẽ scribit, vbi glo. 1. & Bar. ff. de peculio. l. quoties cum l. seq. ff. de noxalib. l. 1. C. de lit. contest. c. 1. extra eod. tit. glo. in l. 2. §. fin. verbo ex parte, vbi etiam Bar. ff. de prę. stipulatio. Quod intellige in muto & surdo à natura, quia tunc difficile, & pene im possibile est intelligere signis, nec explicare consensum, secundum glo in l. qui id quod §. mutus ff. de donatio. quam ad hoc notant ibi Castren. Imol. Cuma. & alij, quos sequitur Anto. Comez in tract. de contract. c. 14. in 29. Doctores superius citati.

Mutus & surdus in iudicio esse non possunt.

29 Quinta persona, quæ est defectu potestatis legitimam personam standi in iudicio non habet, est filius familias in patris potestate existens, qui sine illius consensu regulariter in iudicio esse non potest. l. fin. §. necessitate, vbi scribentes. C. de bonis quæ liber. l. 1. C. qui admitti. l. 1. §. fin. vbi Bal. C. de annali. exceptio. l. fin. C. ad Macedon. c. si annum de iudi. in 6. l. 7. tit. 2. par. 3. l. 12. tit. 17. par. 4. Et ratio est secundum Bar. in d. §. necessitate, quia agitur de interesse paterno ratione vsusfructus, quem sequitur Alex. in l. 1. §. quæsitum, num. 7. ff. ad Trebellian. & in l. 1. ff. de author. tut. & in cons. 106. n. 4. lib. 1. & Ias. in l. si quis mihi bona. §. iussum in fin. ff. de acquir. hæredi. idem tenent Deci. nu. 87. Curti. nu. 38. & Zucard. num. 63. in l. 1. C. qui admitti, vbi hanc testantur communem opinionem.

Filius familias in iudicio non potest esse.

30 Ex quo infertur, quod filius familias sine patris consensu potest esse in iudicio in bonis aduentitijs, in quibus patri non quęretur vsusfructus, cum non possit agi de interesse paterno,

terno, & consensus requiratur in signum repudiationis, secundum opinionē. Otho. & Va. quos citat gloss. in d. l. fin. §. necessitate. C. de bon. quæ liber quam etiam opinionem tenent ibi Petr. Iacob. Butri. Iacob. de Aret. Ricard. Malumb. Iacob. de Velui. Cyn. Bar. Alberi. Salyc. Ang. & Castren. eādem etiam opinionem tenent Ang. Areti. in §. actiones col. penul. & fin. insti. de actio. Ias. in authen. quod locum 5. & 6. notab. C. de collatio. Bertachi. in tract. de Episcopo. lib. 4. par. 5. q. 44. num. 81. Soci. cons. 34 q. 7. lib. 1. vbi hanc testatur communem opinionem & eam sequitur & dicit communem Aretin. cons. 72. in 7. dubio testantur etiam communem Curti. n. 38. & Zucard. num. 68. in l. 1. C. qui admitti. & Sebasti. Vant. in tit. de nullit. ex defectu inhabilit. numer. 39. & seq. Ruy. cons. 102. col. 1. lib. 5. Ripa. in l. 2. §. 1. num. 12. ff. soluto matri. Clem. de patria potest effectu 4. num. 13. qui alios allegat.

Contrariam tamen opinionem, immo quod semper ratione patriæ potestatis sit necessarius consensus patris, vbi filius familias agit vel conuenitur ad integrandam eius personam, & pro solemnitate iudicij etiā in casibus, in quibus patri non quæritur vsusfructus, tenet gloss. in d. §. necessitate, quam sequitur & dicit cōmuniter approbatam Bal. ibi, & in l. nec quicquam §. de plano, col. 2. de offi. pro Consul. & in cons. 193. lib. 3. & Latius in cōs. 492. in 1. dubio eod. lib. Specul. in tit. de actore. §. 1. nu. 22. Bar. in tract. de differentia vtriusque iuris nu. 177. Ang. in l. si longius §. 1. de iudi. & in l. 2. §. si filiusfamilias ff. commod. vbi hanc testatur communem opinionem. Roma. cons. 36. num. 1. Alex. cons. 59. lib. 2. Ias. in l. nec quicquam in prin. nume. 77. de offi. pro consul. & in l. 1. num. 8. C. qui admitti, & in l. cum filius familias in 3. & 4. notab. ff. si cert. pet. Corn. cōs. 17. num. 6. lib. 2. & cons. 218. num. 1. lib. 1. Guid. Pap. q. 54. num. 2. Lanfranc. in c. quoniā contra, verbo confessiones num. 5. de probatio. Afflict. decis. 186. Deci. in d. authen. quod locū 4. notab. C. de collatio. Hierony. Zanet. in d. tract. de diffe. vtriusque iuris. num. 286. Tiraquell. in tract. de pœn. causa 21 num. 3. Marant. de ordine iudi. 4. par. distin. 16. num. 18. & 6. par. in prin. in tit. de exceptio. nu. 2. Camill. Planti. in d. l. prima. versiculo cum ignorante nu. 16. cum alijs seq. C. qui admitti; Roland. cons. 97. lib. 1. Viui. in suis commu. opin. lib. 1. opin. 122. Ioan. Bapt. â Villalob. in suis etiam commu. opi. in verbo filiusfamilias, num. 130. Menochi. de recup. possess. remedio. 15. num. 298. cum alijs seq. Becci. cons. 97. num. 5. Quam opinionē probat. text. in d. c. fin. de iudi. in 6. vbi regulariter filius familias non potest esse in iudicio sine consensu patris, nisi super rebus ecclesiasticis & spiritualibus fundās se in patria potestate, quæ in his rebus non attenditur. Eandem etiam cōclusionē probat. text. in d. §. necessitate dicens quod filio agenti, vel se defendenti cogitur pater consentire, ne iudicium sine voluntate patris videatur consistere, & l. 1. in fine. C. de annali exceptio. vbi filius quamdiu est in potestate patris, nō potest agere, & ideo illi non currit præscriptio, & sic lex ipsa vetat, ne sit in iudicio durante patria potestate, & eius ratione non autem ratione interesse patris, quia cessante iure esse substineretur iudicium, quod non fit, vt in dict. §. necessitate, & sic ex hac vltima opinione extende primo supradictam conclusionem, vt procedat etiam si pater prætendere non possit interesse ratione vsusfructus, quæ extensio probatur etiam iure

Regio

Regio ex l. 7. tit. 2. part. 3. vbi Greg. Lop. hoc notat, & ex l. 12. titul. 17. part. 4.

31 Secundo extende supra dictam cõclusionem, vt procedat siue filius agat siue conueniatur: nam in vtroq; casu requiritur cousensus patris dict. l. fin. §. necessitate, vbi notat gloss. verbo imponẽda, quam sequũtur ibi Bart. 1. notab. & Bal. in 2. notab. & alij doctores, quam extensionem probat dicta l. septima, titulo secundo, part. 3.

32 Tertio extende. vt in tantum sit necessarius consensus patris, quod si nõ interueniat iudicium, erit nullum, de qua nullitate potest opponi in quacumque parte iudicij, secundum Specul. tit. in tit. de actore. §. 1. vers. sed quid si præsent. & vers. sed & filiusfamilias, & scribentes in dict. §. necessitate, Maranta de ordine iudiciorum, quarta part. distin. 16. numer. 18. Camill. in dict. l. 1. vers. cum ignorante, num. 25. C. qui admitti, Clem. de patria potestate effectu quarto, numer. 2.

33 Quarto extende supradictum cõclusionem, vt procedat in summarijs quibuscumque iudicijs l. 1. §. si ea vbi gloss. ff. de ventre in posse. mit. tenẽt Iacob. de Nigris in rub. C qui admitti, num. 9. Afsin. in praxi iudiciorum. §. 28. c. 1. num. 3. Roland. & plures per eum relati in cons. 46. num. 2. libro 2. & multicitati per Menoch. de recuperanda possess. remedio 15 nu. 273. qui hãc testatur communem opinionem.

34 Quinto extende vt nec sufficiat ratificatio patris superueniens quoad acta præterita, cum consensus sit necessarius ad solemnitatem actus, gloss. & Doctores in dict. §. necessitate. & alij supra citati: nam quando cõsensus requiritur per modum solemnitatis & formæ ad integrandam alicuius personam, tunc talis consensus ex interuallo superueniens non potest actum aliquo modo validare c. auditis de electio. l. quid ergo, vbi notat Ang. ff. de his qui nõt. infamia tenent Scribentes in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solut. matri. Lanfran. in cap. quoniam contra verbo, confessiones, num 4. de probatio. declarant Bal. Alexand. & Ias. in l. si quis mihi bona. §. iussum. num. 44. ff. de acquirend. hæred. tradit Tiraque. post leges connub. gloss. 6. numer. 8. Curti. iunior in authent. sacramenta puberum, num. 33. cum seqnent C. si aduer. vendi. & cons. 100. num. 4. Roland. cons. 97. in prin. lib. 1. Lamberteng. in tract. de contract. gloss. 7. num. 23. & 24. & 26. cum sequent. Octauia. Cacheran. decis. 166. nume. 8. & 9. Ioan. a Matienz. in l. 5. ti. 3. lib. 5. glossa prima, numero primo, cum 4. seq. decis. Rotæ Genue 195. nu. decimo.

35 Quod primo intellige, nisi lis inchoacta esset in statu, in quo consensus patris superueniens posset ratificare acta preterita non substantialia ante conclusionem in causa: nam tũc etiam lite inchoacta potest consensus præstari per patrem secundum Bar. in dict. l. si quis mihi bona. §. iussum, num. 8. quem post alios sequitur ibi Ias. num. 47. ff. de acquirend. hæredit. vbi hanc testatur communem opin.

36 Secundo intellige, quando pater fuit præsens in territorio secus si sit absens extra territorium, quia tunc potest quandocumque ratum habere iudicium, vt notant gloss. & scribentes in l. si filius. ff. de procurat. Camill. in dict. l. 1. vers. cum ignorante, num. 25. C. qui admitt ad bon. possess. poss. testantur cõmunem opinionem Ioann. Bapt. a Villalobos in suis cõmun. opinionib. verbo filiusfamilias, numero 130. & Clem. de patria potest dict. 4. effectu. numero tertio & 4.

Sexto

37 Sexto extende, vt consensus debeat esse expressus, verbo aut facto, nec sufficiat sola præsentia patris, secundum gloss. in l. si cum dotem. §. primo in princ.ff. soluto matrimonio, & tenent Bar.in l. non solum in principio,col.2.ff. eod. tit. Bal.in dict. §. necessitate, col.penul. Tiraquel.post leges connub. glos.7. num.10.Clem.d.4.effectu,numer.6. Camill.in dict.l.1.vers.cum ignorãte,num. 26. Poterit tamen præstari per nuntium, vel epistolam, aut nutum secundũ Bar.in d.l. si quis mihi bona.§.iussum.num.8.& ibi Ias. nu. 48. qui hanc testatur communem opinionem. ff.de acquirend. hæredita te, tenet etiam idem Bar. in dict. l. fin.§. fin. num.15. C. de bonis quæ liberis. Clem.dict.4.effectu.num.38 cum sequent.

38 Limita tamen supradictam conclusionem in tribus casibus positis in authent.quod locum. C.de collatio.vbi declarant scribẽtes,& Clem. in d.tract.de patria potest.4.effectu num.14.

39 Quarto limita eam conclusionem non procedere, si pater sit absens: nam tunc poterit filius absque eius consensu esse in iudicio l si longius §. 1.ff. de iudi. l. si filiusfamilias.§. sed etiam.ff. de procurat.notant Petrus,Cin.Alberi. Bal. Salic. & Ias. num.9.in dict.authent. quod locum C.de collatio.Bar. in l. si constante in princ.in 3.quæst. 2. part. princip. ff.soluto. matri. & in l. si cum dotem.§.eo autem tẽpore,nu.3.ff.eod. tit.Abb. in cap.parochianos nu.3.de sent.excõ Tiraq.post leges connub. gloss. 8. num. 6. cum alijs seq. qui post alios hoc intelligit, quando pater est in longinquis partibus, quod etiam tenet Clem.d.4.effectu,num. 22.& 24.& probat.l.7.tit.2.par.3.&

40 l.12.tit.17.p. 4. Quod etiã procedit quando pater mittit filium ad studium: nam tunc cranuis non fit in lõginquis partibus, si aliquid sibi contingat in via, vel in loco studij, poterit absque consensu patris esse in iudicio.dict.l.si longuis §.1. ff.de iudi. l.sed si vnius. §. filiofamilias. ff. de in iur. l.2. tit. 5. part.3. Quod intellige, si filius caueat patrem habiturum ratum & firmum, vt tenent Bal. Salic. & Ias. in dicta authen. quod locum, & idem Bal.in dicta l. si constante in 3.q. sed si filius familias sit minor, dandus est ei curator ad illam litem. dicta l. 7. titul. 2. par.3.

41 Quinto limita non procedere,quãdo pater esset turpis vel abiecta persona nam tunc licet sit presens non requiritur eius consensus d.l. filius familias, §. sed si filia, ff. deprocuratorib. l.fi.§.filio,ff.deiniur.d.l.si cum dotem,§.eo autem tempore,ff. soluto ma ri. Doctores supra citati.

Sexto limita non procedere in patre furioso. l. cum hæres, vbi Bart. & Bal.ff. de acquirend. hæredit. requiritur tamen si filius sit minor authoritas curatoris, & decretum iudicis loco paterni consensus secundum B in l.furiosi C.de nupt.& Alexand. in l.2.§ .voluntate col.3. ff. soluto matri.

42 Septimo limita non procedere in bonis castrensibus vel quasi in quibus non requiritur consensus patris siue filius Agat,siue conueniatur l.2. vbi Doctores, ff. ad Macedonian. l. filius familias in prin. vbi Bar. ff.de procurato.glo.in d.l.fin §. necessitate C.de bonis que liber Paris.conf. 157. nu.3. lib.4. testatur communem Ioan.Bapt.à Villalobos in suis commun.opi.verbo filius nu.130. Clem. de patria potest effectu.4.num. 13.l. 2. tit.5. pat.3. & ratio est, quia in his bonis filius habetur pro patre familias,l.2. & 3. vbi Ioan. de Platea C. de Castren. Pala. pec lib.12. d.l.2. ff.

ad

ad Macedonian. licet Clemen. loco proxime citato, & alij fundantur ex eo quod in his bonis patri non acquiritur vsusfructus quæ ratio non est sufficies sola de per se cum consensus patris sit necessarius ad legitimandam personam filij & non ratione interesse ipsius patris. vt supra probatum est.

43 Octauo limita non procedere in filiofamilias clerico secundum Bar. in l. si infanti, column. quarta, C. de iure deliber. & Bal. in dicta l. fina. §. necessitate. C. de bonisque liber. Camill. Plauti, in lege prima, versic. cum ignorante, numero trigesimosecundo. C. qui admiti Ioan. Baptist. a Villalob. in suis communi. opinio, verbo, filiusfamilias, numer. 130.

44 Nono limita non procedere in beneficialibus, & rebus spiritualibus in quibus non attenditur patria potestas. cap. fina. de iudi. in sexto, vbi scriqentes. l. sacrosanctæ. C. de Episcop. & Cleric. gloss. in cap. 1. de iureiur. & in l. ait prætor in princip. ff. de milit. test. Iuli. Clar. libr. quarto recept. senten. §. testamentum, quæstio. 18. Clemen. de patria potestat. dicto effectu quarto, num. vigesimosecundo, Ioan. Bapt. à Villalob. d. verb. filiusfamilias, numero 130. Menochi. de recuperand. possess. remedio decimoquinto num. 319.

45 Decimo limita non procedere in casibus in quibus minor potest agere sine tutoris, vel curatoris authoritate, cap. ex parte, de resti. spoliat. glo. in c. fin. verbo regulariter de iudi. in 6. Soci. reg. 151. fall. vndecima, Rom. sing. 218. Ant. Trig. sing. 64. Deci. in l. 1. in prima lectura, numero vigesimoseptimo. C. qui admitti, vbi etiam Camill. numero trigesimo, Menoch. de recuperand. possess. dicto remedio decimoquinto, num. 295.

46 Vndecimo limita non procedere in iudicio recuperande possessionis, secundum Bal. consi. 217. col. 3. lib. secundo, quem sequitur Lanfranc. in cap. quoniam contra verbo confesiones de probatio. & Parpalea in rubr. c. qui admitti relatus à Neuiz. consi. decimonono numero primo cum sequent. idem tenet Rebuff. super consti. Regias in titulo de remedijs possessoris, articulo septimo, glossa prima, numero decimotercio, tomo tertio qui hoc extendit ad alia iudicia possessoria.

Contrarium tamen tenet idem Bald. in l. fin. quæst. quinta. C. de edicto Diui Adrian. tollen. Ias. in rub. numero quarto. C. qui admitti, & in l. secunda, numero quarto. C. de edicto Diui Adrian. tollen. Gerard. singu. 23. & Menochi. & alij per eum citati in dicto tractatu de recuperand. possessio. remedio decimoquinto, numero 273. cum pluribus sequentibus, vbi hanc vltimam opinionem veriorem probare videtur.

47 Duodecimo limita dictam conclusionem non procedere, vbi filius agit contra patrem, quia tunc non requiritur consensus patris cum non sit verosimile quod pater præstet in hoc casu consensum secundum glo. Bart. & alios in dicta l. fin. §. necessitate. C. de bonisque liber. quos sequitur Bertachin. in tractat. de Episcopo, libro quarto, part. quinta, quæstio. 44. numero 82. & Becci. consf. 97. nu. 20.

48 Tertiodecimo eam limita non procedere quando pater denegaret consensum absque iusta causa secundum Bal. Salic. Fulgos. Castren. & Roma. in dict. authent. quod locum. C. de collatio. Roland consil. 97. numero vigesimoquarto, libro pimo, & Clem. dict. effectu quarto, num. 30.

49 Sed contrarium tenet gloss. in l. si

si cum dotem. §. primo, glossa prima, quam ibi sequuntur Din. Bal. Imol. Castren. & Angel, ff. solutu matrimon. & Bar. & Cuma. in l. nó solum, vbi late Alexand. ff. eod. tit. Iaf. remittens se ad Alexand. in loco citato, in authenti. quod locum numer. 9. C. de collatio. & hæc vltima opinio mihi videtur verior cum consensus patris, sit necessarius ad legitimandam personam filij per eaque supra in prima extensione notauimus, tamen in hoc casu compellendus erit pater a iudice causa cognita, vt cōsensum præstet. l. fi. §. necessitate. C. de bonisque liber. & facit. l. 4 titul. tertio, libro quinto recopit. & earum, quæ infra, adduximus in muliere nupta in decimaquinta limitatione ad l. 55. Tauri num. 257.

50 Quarto decimo limita non procedere si pater & filius simul agant: nam tunc non requiritur expressus consensus, vt tenent Bar. in l. cnm pater. §. libertis de leg. 2. Bal. in l. fi. versic. quæro dicit statutum, &c. C. ad Macedonian. Bal. Ang. & Castrens. in l. decimaquinta, qui hæres §. fin. ff. de acquirend. hæreditat. Abb. in cap. cum veteri, col. tertia de electio. Aretin. in §. ius autem nu mero quarto instit. de patria potestate Sebasti. Vanti. de nullit. ex defectu in habilitat, numer. 45. Clem. in dicto tracta. de patria potesta. effe ctu 4. num. 30.

51 Decimoquinto eadem ratione limita dictam conclusionem non procedere quando pater & filius in eodem instrumento sunt obligati: nam licet in obligatione non dicatur de consensu patris illud tamen intelligitur, & valet obligatio stante statuto quod filius sine consensu patris non posit obligari & si occasione di cti contractus filius sit conueniendus in iudicio, non erit necessari is patris conseusus, vt notant Ang. Imol. Castren. & Alexand. in d. l. is qui hæres. §. fin. ff. de acquirend. hæredit. Boeri. qui alios plures refert in consuet. Vituri. §. 2. column. 2. Bar. in l. cum pater. §. libertis in fine deleg. 2. Aretin. in dict. §. ius autem num. quarto, instit. de patria potestat. Iaf. in l. quoties, numero quarto. C. de fideicommissis & in dict. l. is qui hæres. §. neque filius, numero decimoquinto. ff. de acquirend. hæreditat. Deci. consi. 418. numero sexto, Clemen. dictu effectu quarto, numero 30.

52 Decimosexto pari etiam ratione dictnm conclusionem limita nó procedere quando estanre dicto statuto quod filius sine consensu patris non posit obligari, filius de consu ipsius patris obligauerit vel contraxerit, nam occasione dicti contractus poterit esse in iudicio sine patris consensu secundum Bal. in l. terria. §. sed vtrum. ff. de minorib. Alexand. cōs. 61. colum. 2. lib. 5. Soein. consf. 200. lib. 2. & conf. 298. eódem lib. quod nota ad declarationem. l. 22. titulo vndecimo, lib. quinto recopil. & l. 4. titulo septimo, libro primo, eiusdem recopilation. & ad iura loquentia de mutuo in quo filiusfamilias non obligatur sine consensu patris.

53 Decimoseptimo limita, vt sufficiat consensus qui colligitur ex facto patris, vt si pater fauebat causæ filij, vel solicitabat, vel quærebat aduocatum, vt tenet Bal. in dict. l. fin. §. necessitate. C. de bonisque liber. Angel. in l. si cum dotem. §. si pater. ff. soluto mattimonio Camill. in d. l. i. versi. cum ignorante, num. 27. C. qui admitti.

54 Decimooctauo limita non procedere si filius seorsum habitet a patre per decenium de per se negoeiando, nam tunc prusumitur emancipatus & potest esse in iudicio sine consen su patris secundum Bal. in l. post mor-

mortem. ff. de adoptio. & in l. si filiusfamilias. C. de peti. hæredi. doctores in l. Zenodorus ad Macedoni. Cagnol. in l. si emancipati, numero 83. cum sequentib. C. de collatio. Alciat. consil. 152. numero quarto, & in tract. de præsumptio. regul. 2. præsumptione 2. numero secundo, quod probatur ex. l. 3. ff. ad Macedonian. & ex l. prima, ibi diu passus. C. de patria potest. vbi notant gloss. & Doctores & faciunt tradita per scribentes in l. prima. C. de testam.

55 Decimonono limita, vt sufficiat consensus generalis patris ad omnes causas, vt notat Bal. consi. 151. in fine, libro primo, Alexand. consil. 59. libro secundo, & latius consi. 189 numero tercero, lib. septimo, Afflict. decis. 180. numero quarto, Pelaez à Mieres in tractat. maiorat. quarta parte, quæstione tertia, numero quinto.

Sed retenta opinione magis cōmuni supra in prima extensione probata de iure communi & regio, quod consensus patris requiritur ad legitimandam filij personam, videtur quod non sufficiat generalis consensus patris, sed quod debeat specialis in ipso actu intervenire : nam quando consensus requiritur ad legitimandam alicuius personam, non sufficit si antea præstatur, sed debet in ipso actu interuenire, vt notant Cin. Bal. & alij in l. fin. C. ad Macedon. Imol. columna secunda Alexand. numero decimo, & Ias. numero 45. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hæred. idem Alexand. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore in principio. ff. soluto matrimonio, Calcan. consil. 57. numero quarto & quinto, Curtius Iunior. consi. 100. numero sexto, Tiraquellus post leges connubia. gloss. 6. numero tertio, cum alijs sequen. Octauian. Cacher. decis. Pedemont. 166. numer. 8. & 9. qui alios refert, Lamberteng. in tract. de contract. gloss. septima, numero quarto.

56 Vigesimo limita, dictam conclusionem non procedere quando filius agit ad donationem ob nuptias, quia tunc agere potest absque consensu patris, vt notat Bal. in l. fin. in prin. C. de iure doti. Petr. Ranen in sing. 157. Clem. de patria potest. 4. effectu, numer. 31. qui loquutur de iure communi, quo filius per matrimonium non liberatur à patria potestate hodie autem de iure regio per l. 47. Tauri, quæ est l. octaua, titulo primo, libro quinto recop. absque vllo dubio procedit post matrimonium.

57 Vigesimoprimo limita, non procedere in his quæ præcedunt litis contestationem, vt tenent Bal. in l. iubemus. C. de emancipatio. liberor. Alexand. consi. 59 libro secundo, Lāfranc. in cap. quoniam contra, verbo confessiones, numero octauo, de probatio. Clem. dict. 4. effectu, numero 1. nec in præparatorijs iudiciorum. Idem Bal. in l. fin. § necessitate, columna tertia. C. de bonis quę liber. & in l. 1. columna 2. C. qui admitti vbi etiam Camill. in versi. cum ignorante, numero 34. Nec quando filius hæres extranei petit dari curatorem hæreditati, vt tenent Bal. & Camill. in locis proxime citatis. Neque in impetratione rescripti, idem Bal. in l. iubemus. C. de emancipatio. liberor. Alexand. dict. consi. 59. lib. secundo, Rota in nouissim. decis. sexta, Clem. dict. 4. effectu numero 31.

58 Vigesimosecundo limita, non procedere quando experitur iudicis officio, nam tunc filiusfamilias absque consensu patris potest esse in iudicio secundum gloss. communiter

muniter receptam in dicto cap. primo. C. qui admitti, quam etiam sequitur Iaf. in lege prima, numero octauo. ff. de iurisdictio. omni. iudic. Bertachi. in tractat. de Episcopo, libro quarto, part. quinta, quæstio. quadragesimaquarta, numero 81. Becci. consilio nonagesimoseptimo, numer. 19.

59 Vigesimotertio limita non procedere in causis criminalibus, nam in his potest filiusfamilias esse in iudicio sine consensu patris, dummodo si sit minor curatorem habeat. l. Clarum. C. de auct. præst. Bar. in lege inter liberos. §. primo, & in lege filiusfamilias. ff. de adulter. & in lege finali, vbi etiam alij ff. de verborũ obliga. idem Bar. in lege noxali, & in lege quocies. ff. de noxalib. & in lege filius in fine. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. & in lege si longius. §. primo. ff. de iudi. vbi etiam Bal. idem Bal. in lege finali. §. necessitate. C. de bonisque liberis, & tenent plures alij citati per Clement. dicto quarto effectu numero decimotertio, & hanc testatur communem opinionem Ioann. Baptist. à Villalobos in suis commun. opinio. verbo filiusfamilias, numero 133. Parisi. consilio 147. nume. o. decimosexto, libro quarto.

60 Vigesimoquarto limita, non procede.e coram arbitratore, nam quamuis filiusfamilias non possit absque consensu patris esse in iudicio potest, tamen compromittere, vt notat gloss. in dicta lege fina. §. necessitate. C. de bonisque liberis Bart. in lege societatem. §. arbitrorum, numero trigesimoquarto ff. pro socio, & in lege tertia. §. sed & si filius, numero quarto. ff. de peculio, Camillus in dicta lege prima, versic. cum ignorante, numero trigesimoprimo, C. qui admiti, quod intellige, prout declarat Bart. in dicto. §. arbitrorum, numero trigesimoquarto.

61 Vigesimoquinto limita, non procedere in filio obtinenti, nam tunc non nocet ommissio consensus paterni, vt voluerunt Cin. Salic. Rapha. & Rub. in lege non ideo minus. C. de procurator. Alexand. consi. 59. libro secundo, Gram. cons. 28. numero decimo Tiraquell. post leges connub. glo ff. octaua. numero 72. Clem. dict. 4. effectu, numero tertio. Camil. in dict. l. 1. versic. cum ignorante, numero 34. C. qui admitti.

62 Vigesimosexto limita, vt sufficiat vnicus consensus pro tota causa etiam quoad appellationem & executionem secundum Bart. & Bal. in dict. l. fin. §. necessitate. C. de bonisque liberis Alexand. in l. 3. §. sed vtrum. ff. de minorib. & in dict. cons. 9. & cons. 60. num 2 lib secũdo. quod etiam ex eadem ratione intellige in causa reconuentionis.

63 Vigesimoseptimo limita dictam conclusionem non procedere quando filiusfamilias est procurator alterius, cap. qui generaliter, de procurato. in 6. gloss. & Bal. in dicta l. fina. §. necessitate. C. de bonisque liber. Bar. in l. si filius. §. ipse quoque. ff. de procurato. & in l. si longius. §. si filius. ff. de iudi. Camill. in dil. l. prima, versic. cum ignorante, numero 29. C. qui admitti Grego. Lop. in l. 12. titulo decimoseptimo, part. 4. verbo, *De su padre*. Quod intellige si filiusfamilias est maior 25 annis, quia procurator ad iudicia non admittitur ante hanc ætatem, vt in d. c. qui generaliter, de procurato. in 6. tradunt Abb. in c. non iniuste extra eodem titulo, Tiraquell post leges connub. glos. 5. numer. 174. & hanc testatur communem opinionem Ioan. Bapt. à Villalob. in suis com. opi. verb.

verbo filius numero 132. & Emanuel Suarez verbo filius familias. numero 205. & Clem. dict. 4. effectu numero 12.

64 *Seruus in iudicio esse non potest.* Sexta persona quę ex defectu potestatis, & personæ in iudicio experiri non potest est seruus. l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. l. 2. §. si seruus. ff. de peculio. l. quoties. ff. si quis cautio. l. seruus vbi scribent. ff. de iudi. §. in potestate insti. de his qui sunt sui vel alieni iur. l. 8. titulo secundo, par. 3.

65 Nam quo ad ciuilia prout sunt actiones quæ â iure ciuili orte sunt. l. 2. §. post originem ff. de origine iur. seruus pro mortuo, legis fictione, reputatur, l. quod attinet. l. seruitutem. ff. de reg. iur. & propterea in eum non cadit ciuilis obligatio quæ ex sententia oritur. l. in personam seruilem. ff. eodem tit. de reg. iur. §. sed si seruus instit. de in vtilibus stipulatio. & hæc est vnus effectus dominice potestatis ex pluribus quos in c. 2. §. 1. libro secundo notauimus vbi latissimè materiam huius dominicę potestatis declarauimus.

66 *Monachus in iudicio esse non potest.* Septima persona quæ in iudicio experiri non potest est monachus c. non dicatis de statu monachorum. c. nolo. 12. q. 3. tradit Feli. in c. dilecti, numero decimo quinto de rescript. & late Capra. reg. 85. Natta. cons. 600. libro tertio & probat Regia. l, 10. titulo secundo, par. 3. Nam Monachus, nec velle nec nolle habet, sed quo ad sæculi leges pro mortuo reputatur. c. placuit in 2. c. nonnulli. 16. q. 1. & vox illius vocatur funesta. c. placuit. c. nullus. 2. q. 7. prout etiam appellatur vox serui. l. penul. qui accusare non possunt canonizata. in §. si quis. 3. q. vlti. talis igitur Monachus vel religiosus qui tria vota professus est, videlicet castitatis, paupertatis, & obedientiæ seruo equiparatur, vt notat gloss. in authen. cau. de Sacrosanct. Eccles. & in l. Pedius. §. 1. vbi Bar. ff. de arb. Innoc. in c. cum olim. numero quarto de priuilegijs Specul. in tit. de statu. Monachor. §. primo, vers. octauo quæro idem Bar. in l. 1 ff. de stipulatio. seruorum. Bal. in l. si seruus. C. communia de succesio. & in l. cum accusissimi. C. de fideicommis. Decius cons. 474. col. fin. & in l. seruus numero 11. C. de pact. Vant. de nullit. ex defectu innabilit. numero 47. & probat. l. Regia. 7. titulo 11. par. 4. Sed quamuis Monachus in hoc & in alijs casibus equi paretur seruo in pluribus ab eo difert, & equi paratur filio familias, vt late exposuimus in c. secundo, libri secundi. §. 1.

67 Supradictam tamen conclusionē limita non procedere, quando Monachus agere velit pro vtilitate sui monasterij, vel quando ei aliquod officium, seu administratio commissa est, vel in causis contra Abbatem & superiorem motis super aliquibus criminibus eum accusando vel in causa sue electionis si eligeretur Monachus in prælatū, vel agendo contra aliquos pro restitutione alicuius rei qua dum aberat superior spoliatus fuisset, vel si ageret tempore quo de licentia superioris in studio permanet, vel quando de licentia sui superioris expressa, vel tacita agit in his namque casibus & alijs similibus iudicium cū eis agitatum tenebit, vt colligitur ex Clem. religiosus vbi gloss. & docto. tradunt de procurator gloss. in c. ex parte de accusatio quam sequuntur ibi communiter. scrib. Specul. in titulo de actore. §. primo vers. item excipitur con-

li. & alij in cap. cum delicta de rescript. gloss. & docto. in cap. si religiosus de electio in 6. Vant. de nullit. ex defectu in habilitate. numero 47. & in titulo qualiter sententiæ & processus qui dicuntur nulli defendi seu repa ari possunt. num. 84. & de hac inhabilitate monachi facit regulam cum suis limitationibus Capra. reg. 85.

68 *Mulie nupta absque viri licentia in iudicio esse non potest.*

Octaua persona quæ in iudicio experiri non potest, est mulier nupta quæ sicut absque viri consensu contrahere & distrahere non potest, ita nec in iudicio esse agendo nec defendendo vt disponit expresse. l. 2. titulo tertio, libro quinto recop. cuius verba sunt, *la muger durante el matrimonio sin licencia de su marido como no puede fazer contracto alguno, assimismo no se puede apartar ni desistir de ningun contracto que a ella toque, ni estar en juizio, faziendo ni defendiendo, sin la dicha licencia de su marido: y si estuuiere por si o por su procurador mandamos que no vala lo que fiziere.*

69 Ex cuius l. dispositione clare colligitur quod in omnibus casibus in quibus vxor absque viri licentia non potest contrahere non poterit etiam in iudio esse & e conuerso eadem. l. sentit. quod in casibus in quibus vxor absque mariti licentia potest contrahere poterit etiam eadem ratione eorum occasione in iudicio esse nam quando vxori absque viri licentia prohibitum est contrahere censetur prohibitum quasi contrahere & e contra quando absque ea licentia permittitur cōtrahere cēsetur permissum quasi contrahere, vt latæ probat, Tiraquellus plures allegans post leges connub. gloss. 5. numero 119. & 125. cum pluribus sequentibus & probat etiam. l. 1. titulo tertio, libro quinto recop. & in iudicijs quasi contrahitur. l. 3. §. idem scribit vbi gloss. 1. & Bar. & alij ff. de peculio. gloss. in l. 2. §. fina. verbo ex parte vbi etiam Bar. col. 1. ff. de prætor. stipulatio. Ioan. Lup. in rub. de donatio inter vir. & vxor §. 68. col. 4. Tiraquellus d. gloss. 5. numero 206. Lamberteng. in tract. de contract. gloss. 3. numero quadragesimotertio, & valet. argumentum de contractibus ad quasi contractus, & sic ad iudicia. l. si pupilli. §. si quis ita. ff. de negotijs gest. l. apud Iulianum. §. fin. cum. l. sequenti. ff. ex quibus caus. in posse cat. l. ait prætor in prin. iuncto. §. non solum cum seq. ff. de minorib. notant glo. Bar. Bal. Ang. & alij in authen. Sacramenta puberum. C. si aduers. vendi. maxime quia loquimur in casibus in quibus militat eadem ratio prohibitionis & permisionis, & in casibus fauorabilibus qui reducuntur ad ius commune secundum quod licitum est mulieri contrahere & in iudicio esse & in proprijs terminis tradit. Octauian. Cacher. decis. Pedemont. 62. numero 14. & 15.

70 Et quia plures sunt hic notandi casus ad extensionem dictæ. l. regni in quibus vxor sine mariti licentia contrahere, & in iudicio esse non potest & alij etiam plures ad limitationem eiusdem legis in quibus vxo. absque viri licentia potest contrahere, & in iudicio agendo & defendendo esse, ideo pro perfecta dicte legis & eius materie declaratione præsupponendum est. Dictam legem Regiam conditam fuisse principaliter in fauorem mariti ratione subiectionis & reuerentiæ quam vxor viro ob maritalem potestatem exhibere debet. l. 1. §. cum autem C. de *Primus effectus maritalis potestatis.*

de rei vxor. actiò. l. alia causa. §. vltimo. ff. solu. matri. vbi notant scribentes Bar. & docto. in l. transactionem. C. de transactio. Tiraquell. in l. 1. numero 41. in legib. connub. Couarru. in epit. de sponſ. 2. par. cap. ſeptimo. §. primo, numero primo. Anto. Gome. in l. 54. Tauri. q. 1. Anto. de Lara in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his numero 243. ff. de liber. agnoſ. Nam vir in vxorem habet iure diuino & humano, quandam maritalem poteſtatem, vt probatur Gene. cap. tertio & 5. ibi ſub viri poteſtate eris & ipse dominabitur tui, & Diuus Petrus Epiſtola. 1. cap. tertio, inquit mulieres ſub ditæ ſint viris ſuis & Diuus Paul. ad Epheſ. cap. quinto ait, vir capud eſt mulieris, quod etiam probatur in c. non mechaberis. 32. q. 5. & in c. fœmine. 30. q. 5. c. manifeſtum c. mulierem. c. cum capud, c. hęc imago. 33. q. vltima, c. quecumque 30. diſtin. cap. primo de frigidis & maleficiatis, & in l. ſicut ff. de oper. libert. & in l. ſi vxorem. C. de conditio. inſert. glo. in c. quemadmodum. §. fin. de iure vir. Abb. in c. literas de reſtitutio ſpoliat. & in c. non eſt. numero ſexto de ſponſ. & in c. illud. numero 10. de pręſumptio. Barb. cóſ. 6. col. 4. libro primo, Thom. Gram. conſ. 74. numero tertio. Tiraquell. in legib. connub. in l. 1. numero octauo & 12. Roderi. Suarez in l. 9. titulo 11. libro 1. Fori Menochi. libro 2. de arbitra. iudi. cent. 4. caſu. 364. numero 9. Simon de Pret. conſ. 9. numero 27. Hippolit. Rimi. conſ. 374. numero 31. libro 2. quod iure noſtro regio abſque vllo dubio procedit, cum per matrimonium liberetur filia à patris poteſtate, vt in l. 8. titulo primo, libro quinto recop. quod ſecus erat de iure communi, nam ſecundum illud filius per matrimonium non liberatur à patria poteſtate. l. filiæ licet. C. de collatio. l. ſi vxorem vbi gloſſ. & docto. C. de conditio inſert. l. 1. §. Videamus. C vnde vir & vxor. in prin. inſti. ad Tertyll. in fine vbi gloſſ. notat. tenet. Bar in l. 1. §. fin. ff. de iniur. Decius in l. 1. numero ſecundo. C. vnde vir & vxor. Crot. in l. frater à fratre numero 35. ff. de condictio. indebiti. Cephal. conſ. 211. numero 19. libro 2. Menochi conſ. 197. numero 37. & 40. & 61. libro 1. Ex quo nonnulli tenent filiamque per matrimonium non liberatur a patris poteſtate non poſſe intrare ſub mariti poteſtate quod hodie ſtante, dict. l. 8. ceſſat. Imo expreſſe de iure regio probatur dicta maritalis poteſtas ex l. 34. titulo 9. par. 1. ibi, *e esto es porque el marido ha poder de apremiar a ella que faga enmienda e ſalga de la deſcomunion, lo que ella no podria fazer ael*, & ex l. 5. titulo ſecundo par. 3. ibi, *E otroſi que gouernaſſen ellos a ellas*, & ex l. 27. titulo tertio lib. 6. recop. ibi: *Y esto mandamos por que la muger es ſubdita de ſu marido, y no puede ni deue morar ſino do el mandare.* Et probatur etiam ex dicta l. ſecunda titulo tertio, libro 5. eiuſdem recop. ibi: *Sin licencia de ſu marido*, quæ dictio licencia abſolute poſita pro poteſtate ſeu permiſſione accipitur. l. imperium. ff. de iuriſdictio. omni. iudi. ibi, iuriſdictio eſt etiam iudicis dandi licentia, ideſt poteſtas, & permiſsio quam legem ad hoc citat Anton. de Lara in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his numero. 243. ff. de liber. agnoſ. & plura de hac re notat. Tiraquell. poſt leges connub. glo. 7 num. 4. Præterea verbum hoc licencia Hiſpanæ dicitur, *Otorgamiento*, vt in l. 32. in principio titulo 4. par. 1. cuius verba ſunt, *Licencia en Latin, y Otorgamiento en Romance todo es vna coſa*, quam l. ad hanc licenciam mariti quę requiritur in contractu vxoris notat. ibi Grego. Lop. in glo.

I 3 verbo

verbo *vna cosa*, & Ioan. Amatienzo in l. 5. titulo 3. lib. 5. recop. glo. 2. nu. 1. & verbum *otorgamiento*, idem importat quod verbũ consensus vt probat. l. 1. titulo 1. part. 2. ibi, *el otorgamiento que le fizieron las gentes antiguamente*, ex quo colligitur quod licentia viri quæ ex dicta. l. regia necessaria est in contractu vxoris accipienda est pro consensu vt docet. Ioan. Andre. in c. qui tacet de reg. iur. in 6. Corset. in sing. verbo. licencia, quos sequitur Anto. de Lara in d. §. si quis ex his num 243.

71 Ex his itaque sic expositis apparet hanc mariti licentiam introductam esse per dictam. l. Regiam principaliter in fauorem ipsius mariti qui lędi potest si vxor sine eius consensu contrahat vel in iudicio experiatur vt scripserunt Bal. & Salyc. in l. 1. C. vnde vir & vxor Tiraquell. post leges connub. glo. 8. numero 134. Ioan. Lup. in rub. de donatio. inter vir & vxor. § 68. numero tertio & 29. & in l. 55. Tauri. numero secundo. Roderic. Suárez in l. 13. titulo 20. libro 3. Fori Couarru. in epit. de sponf. 2. par. cap. 7. §. 1. numero 1. Anto. Gome. in d. l. 54. Tauri. q. 1. Baeça de dote. cap. 11. numero 60. Anton. de Lara in dict. l. si quis à liberis. §. si quis ex his numero 243. ff. de liber. agnosc. Ioan. à Matienzo in l. 1. gloss. 1. numero primo, & in l. 2. glo. 1. numero primo, & in l. 5. gloss. 1. numero primo. & gloss. 2. numero 2. titulo 3. libro 5. recop.

72 Secundo hoc probatur nam mulier contrahendo, vel in iudicio agendo potest lędere maritum & quoties consensus requiritur illius de cuius preiudici agitur semper censetur erigi ad commodum consentientis & sic statutum requirens consensum viri videtur eum exigere ad commodum ipsius viri, non autem ob integrandam personam mulieris, vt notant Bal. & Salyc. in l. 1. C. vnde vir & vxor Guid. Pancirol. conf. 187. numero quinto. Sed quotiescumque requiritur consensus illius de cuius præiudicio nonagitur semper intelligitur requiri pro forma & solẽnitate contractus vel actus, & hanc regulam ad cognoscendum an consensus sit de solẽnitate tradunt Imol. col. 3. Alex. numero 10. & Iaf. num. 45. in l. si quis mihi bona §. iussum ff. de acqui. hæredi. Imol. in c cum nos de his quę fiunt a prælato sine consensu capit. idem Alex. in l. si cũ dotẽ §. eo autẽ tẽpore ff. solut. matri.

73 Tertio probatur, quia vbi consensus requiretur ad commodum consentientis semper & ante actum & post actum pręstari potest, quia non videtur requiri causa solemnitatis, vt notat Bar quem ibi sequuntur doctores in l. si quis mihi bona §. sed vtrum ff. de acquirenda hæredit. & in l. 1. §. sed si filius ff. de leg. 3. Castren. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore in 3. notab. ff. soluto matri. Roma. conf. 54. n. 3. Feli. in c. edoceri num. 9. de rescript. Imol. in c. cum consuetudinis de consuet. Iaf. in d. l. si quis mihi bona §. Iussum Tiraquell. post leges connub. glo. 6. nu. 5. Guid. Pancirol. d. cõf. 187. n. 6. Hinc est quod sufficit generalis mariti licentia ante contractum vt in l. 3. tit. 3. lib. 5. recop. Hinc est etiam quod maritus potest ratum habere contractum ab vxore factum absque eius licentia vt in l. 5. tit. 3. eod. lib. Sed vbi consensus pro solemnitate & forma actus exigitur in ipso actu interueniri debet nec sufficit si antea vel postea interueniat c. auditis de electio notant. Cyn. Bal. & alij in l. vlt. C. ad Maced. Imol. Castren. Alex. & Iaf. num. 44. in d. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hæredi. Calca. conf. 57. n. 4. & 5. Curti. Iunior. conf. 100. n. 6. Franc. in c. Ratum. n. 2. de reg. iur. Tiraquell. post leges connub. gloss. 6. nu. 3. cum alijs seq. Cacher. decis. 166. n. 8. & 9. cum

cum alijs per nos adductis infra in 13. limitatione, & ratio est quia quod ad solemnitatem requiritur est indiuiduum nec ab actu separari potest. l. cum antiquitas C. de testam. Bal. in c. 1. in principio de alienatio. feud. Pater. Guid. Pancirol. d. consf. 187 num. 16.

74 Quarto probatur ex d. l. 2. titulo 3. lib. 5. recop. ibi *la muger durante el matrimonio no puede sin licencia de su marido contratar, &c.* nam si dicta licentia esset introducta ob fragilitatem vxoris ad integrandã eius personam vt aliqui tenent, id etiam lex prouideret soluto matrimonio ob fragilitatem viduæ & etiam succurreret fragilitati mulieris solute cum eodem modo posit decipi soluta sicut nupta & eadem ratio in vtroque casu militet,

75 Quinto probatur quia vbi lex vel statutum requirit cõsensum alicuius pro solemnitate vel forma ad aliquẽ actum ille ad sui commodum nõ potest consentire & si consentiat nihil agit vt notat Bar. in l. 1. num. 5. ff. de autho. tut. Imol. Cuma. Alex. & Ias. in l. 1. §. fuit quæsitum ff. ad Trebellian. Tiraquell. post leges connub. glo. 8. num 114. Duran. de arte testa. caut 2. num. 4. de his qui non habent factio test. Corne. consf. 294. lib. 1. testatur communem Ias. in dict. §. fuit quæsitum num. 4. Sed quando consensus requiritur pro commodo vel in commodo consentientis ille ad sui commodum potest consentire vt diximus infra in 9. limitatione, vbi plures citauimus dicentes maritum in sui commodum posse contrahere cũ vxore quando statutum eius consensum requirit & in terminis. dict. l. regni tenent Segura. Ioan. Lup. Castel. Cifon. Anto. Gom. & Ioan. Amatienzo in locis ibi citatis, & ex his ciare patet dictam l. regiam conditam fuisse principaliter ob euitandum mariti præiudicium & non ob integrandam personam mulieris.

76 His igitur præsupositis extende primo dispositionem dict. l. regie vt procedat & locum habeat in sponsa per verba de præsenti non dum cognita nec ad domum ducta, quæ absque sponsi consensu non poterit contrahere distrahere nec in iudicio agendo nec defendendo esse vt notant Boeri. in consuet. vituric. tittulo primo §. quarto col. 2. & tittulo de consuetud. matrimon. §. 1. col. 5. & gloss. in pragmat. sanctio. tittulo de concubinar. 9. & cum omne verbo vxor, Anton. Gome. in l. 47. numero secundo & Lamberteng. de contractib. gloss. octauo numero decimotertio.

77 Sed contrariam opinionem quod dispositio dict. l. regni non habeat locum in sponsa etiam per verba de presenti tenent Ioan. Lup. in rub. de donatio inter vir, & vxor. §. 68. & in l. 55. Tauri. col. 2. & ibi Cifuent. col. 1. Couarru. in epit. de sponf. 2. par. cap. 7. §. primo num. 4. Auendani indictionario. verbo. Otorgamiento q. fin. versi. Amplia. Ludoui. Mexia in l. Tole: i. 7. fundamento 2. par. numero 27. Ioan. Gutierrez de iuramento confirmatorio 1. par. cap. primo numero 58. & in simili statuto & consuetudine idem sentit. Tiraquell. post leges connub. glo. 2. a principio vsque ad num. 45. & sentit. etiam Chassane in consuet. burg. rub. 4. §. 1. glo. 2. in prin. & similibus casibus tenent Azon. Hosti. Imol. Alex. Corset. Campeti. & alij relati per Ioan. Lup. in d. rub. §. 55. nu. 1. & Deci. & alij per eum citati consf. 540. Craue. consf. 325. col. 1. Hercul. de negat. prob. numero 302. qui principaliter fundantur quod maritus & vxor proprie dicuntur post contractum & perfectum matrimonium & sequutam carnalem copulam, ante vero appellantur spõsus

& sponsa & mariti appellatione non continetur sponsus. l. non sine C de bon. quæ liber. & quod sponsalia de præsenti ante copulam possunt dissolui per religionem vel summi Pontificis dispensationem cum causa quod in consummato matrimonio fieri non potest vt notat Abb. in c. ex publico num. 14 de conuersione coniugat & quod ad hoc vt mulier sit in plena potestate viri oportet quod sit ab eo carnaliter cognita quia matrimoniũ, consensu iniciatur & per carnis copulam confirmatur c. debitum de vigamis c, tertiò loco de præsumptio. c. ex publico de conuersio coniugat. si quis desposata 27. q. c. 2. vbi dicitur quod si quis desposata & tradita vtitur rite coniugium appellatur & ita Sentit. Bal. in l. non epistolis C. de probatio. Faber. in d. l. non sine in finalibus verbis. C. de bonis quæ liberis. Abb. in c. ex parte de resti. Spoliat. quos ad hoc refert & sequitur. Ioan. Lup. in d. rub. §. 58. num. 4. & qui locuntur in statuto in casu simili disponente dicunt quod statuti verba sunt proprie intelligenda & recipiunt interpretationem à regulis iuris communis secundum quod sponsus & maritus differunt. l. 1. in fine l. solet §. fin. ff. de infami. cum alijs citatis per Feli. in rub. de sponsalib. col. 2. vbi ex aduerso dicit quod statutum loquens de sponso & sponsa non extenditur ad maritum seu vxorem.

78 Sed his non obstantibus prima opinio iudicio meo, tanquam verior tenenda est, primo quia sponsus & sposa per verba de præsenti etiam non sequuta copula nec ductione ad domũ vere ac proprie maritus & vxor appellantur. Et sub viri & vxoris nominibus comprehenduntur quia proprie & vere per verba de præsenti efficax matrimonium est inter eos & substantialiter perfectum absque copula & ductione ad domum. c. fin. in fine de sponsa duorum ... locum c. tuę c. tua desposalib. tenent Bal. Castren. & alij in d. l. non sine C. de bonisque liberis idem Bal. in l. Solet. §. qui virum col. ff. de his qui not. in fam. & in l. cum te col. 1. ff. de donatio. ante nupt. & in l. 1. nume. 5. C. de vsucapio. pro dote Castren. in l. de diuisione numero 15. ff. soluto matrim. & in l. cum fuerit ff. de condictio. & demonstratio. & in cõs. 154. col. fin. lib. 1. Luc. de Penna in l. mulieres col. 1. C. de in col. lib. 10. Aretin. in §. fuerat numero 24. instit. de actio. Cepola in l. Marcellus col. 12. ff. de verb. signi. Feli. cons. 39. nu. 12. Bertrand. cons. 24. num. 2. lib. 1. Ioan. Lup. in d. rub. de donatio. inter vir. & vxor § 55. num. 3. & 10. licet in §. 68. num. 2. in terminis d. l. regni teneat contrarium, Parisi. cons. 86 nu. 40. cum seq. lib. 3. Grat. cons. 131. lib. 2. Natta cons. 282. num. 1. cum sequ. Phan. de lucro dotis glo. 2. nume. 61. Lamberteng. de contract. glo. 8. nu. 14. Lancelot. in consuet. Alexandriæ. verbo. maritus. q. 1. numero 20. cum seq. Castil. in l. 49. Tauri in glo. verbo matrimonio Couarru. in epit. de sponsalib. 1. par. c. 1. nu. 4. & 2. par. c. 1. nu. 4. Auilesius in c. 1. prætorum verbo mugeres n. 10. qui omnes tenent sponsum & sponsam per verba de præsenti absque copula & ductione ad domum vere & proprie dici maritum & vxorem & comprehẽdi sub nominibus viri & vxoris quod ita intelligendum est in terminis. d. l. regię vt eius dispositio quæ loquitur de marito & vxore intelligatur & locum habeat in sponso & sponsa de præsenti nondum ducta ad domum nec carnaliter cognita cum solus consensus absque copula faciat matrimonium. l. nuptias ff. de reg. iur. vbi Deci. testatur hanc esse communem opinionem & Porti. Imol. cons. 154. nu. 4. Et ratio est quia in spiritualibus ex solo consensu ius acquiritur absque traditione

traditione corporali d. c. tue. c. cum locum vbi Abb. desponsalib. hostien. Abb. & proposit. in d. c. fin. desponsa duorum licet diuersum sit in prophanis & temporalibus. l. quoties C. de rei vendicatione vbi scribentes.

79 Secundo hoc probatur ex verbis significatione nam sponsus dicitur quasi promissus & sponsa quasi promissa sed post contractum matrimonium cum ad impleta sit promissio maritus & vxor dicuntur cum solus consensus matrimonium faciat vt dictum est d. l. nuptias de regu. iur. c. sufficiat. 27. qu. 2. notat Abb. hanc verbi significationem in rub. desponsalib. & in c. tertio loco nu. 5. de præsumptio. & in c. ex publico vltimo notab. de conuersio coniugat & sic cum verba dictæ legis Regie verificentur in sponso & sponsa de presenti & cum eis conueniant consequens est vt illius quoque legis dispositio conueniat. l. item veniunt §. aptanda ff. de petitio hæredit. Castrens. conf. 85. in prin. lib. 1. Roma. cons. 44. nu. 5. & in l. 1. num. 12. C. vnde vir & vxor. Barb. cons. 63. num. 10. lib. 1. & cons. 88. nu. 4. lib. 3. Soci. cons. 37. numer. 1. lib. 1. Soci. Iunior. cons. 94. nu. 6. & 22. lib. 3. Curc. Iun. in l. 2. num. 50. ff. de iurisdict. omni. iudi.

80 Tertio hæc opinio probatur ex tex. in l. penult. ff. de donatio. inter vir & vxorem iuncta d. l. nuptias ff. de reg. iur. vbi probatur quod sicut non valet donatio inter virum & vxorem quando vxor fuit traducta ad domũ & carnaliter cognita eodẽ modo non valet inter sponsos de præsenti non sequuta copula & ductione ad domũ nam expresse ibi tex. dicit quod non valet donatio inter virum & vxorem nisi ante contractum matrimonium acta sit quod intelligitur de matrimonio per cõsensum hoc est per verba de presenti absque copula & ductione ad domum cum matrimoniũ non concubitus sed consensus faciat & dicatur vere matrimoniũ per verba de præsenti quem textum ad hoc citat gloss. in l. 3. verbo concubine ff. eodem tittulo de donatio. inter vir. & vxo. & Ioan. Lup. post Bal. Salyc. Alex. & alios in d. rub. §. 55. numer. 2. contra Azon. Hostj. Imol. & alios ibi allegatos per eum num. 1. eumque ad hoc citat. Castren. cons. 154. col. fin. lib. 1. & in l. cum fuerit ff. de conditio & demonstratio. & Natta cõs. 282. col. 3. in prin. & Lancelot in cõsuetudiue Alexandria verbo maritus q. 1. num. 24.

81 Quarto hanc opinionẽ probat textus in l. 3. §. 1. ff. eod. tittulo de donatio. inter vir. & vxor. iuncta d. l. nuptias ff. de reg. iur. vbi ait quod vbi matrimonium tenet ibi donatio inter virum & vxorem est prohibita: Sed matrimonium per verba de presenti absque copula & ductione ad domum tenet & est efficax & substancialiter perfectum per iura superius allegata ergo inter sponsum & sponsam de presenti est prohibita donatio sicut inter virum & vxorem sequuta copula & ductione ad donum & sic non est curandum ad prohibitionem dicte donationis nisi de consensu tantum per verba de præsenti & hunc tex. ad hoc notat glos. ibi in verbo concubine dicens, quod ante ductionem ad domum virum & vxor dicuntur & licet dicat secundum canones idem est secundum ius ciuile ut notat abb. in. d. c. tercio loco num. 5. de præsumptio & Ioan. Lup. in. d. rub. §. 55. num. 3. & Lancelot in d. cõsuetudine Alexandria. quest. 1. numer. 22.

82 Quinto eadẽ opinio probatur ex tex. in l. si sponsus ff eod. titul. de donatio inter vir. & vxor. ibi donationem non valere quæ post contractas nuptias perficiatur iuncta d. l. nuptias ff. de reg. iur. vbi solus consensus absque copula & ductione ad

domum facit nuptias & matrimonium efficax.

83 Sexto probatur ex l. non fine C. de bonis quæ liberis ibi mariti nomen illi soli qui nuptias contraxisset iuncta dict. l. nuptias ff. de reg. iur. & ibi quamuis ergo significatione nominis maritus vel vxor post ceptum matrimonium intelligitur iuncta d. l. penul. ff. de donatio. inter vir & vxor. ex qua l. non fine in vltimo versi. notat ibi Salyc. ante carnalem copulam esse maritum & vxorem quod etiam notat Areti. in §. fuerat num. 24. insti. de actio. quos seq. Lancelot in dicta consuetudine Alexandria. q. 1. num. 23. & in fine.

84 Septimo probatur etiam dicta cóclusio ex tex. in l. lex iulia. ff. de fundo dotali vbi lex iulia prohibens maritum fundum dotalem alienare comprehendit etiam sponsum quem tex. ad hoc allegat Lamberteng. in tract. de contractib. glo. 8. nu. 13.

85 Octauo probatur ex l. 2. in fine tittulo 1. par. 4. quæ ait proprie & vere dici matrimonium per verba de præsenti & in proprie dici sponsalia nam post quam loquuta est de efficatia matrimonij per verba de præsenti dicit, *e esta manera atal, mas es decasamiento que de desposajas, como quier q̃ los omes vsan alla marla desponsorio.*

86 Nono probatur ex l. 3. tittulo 20. lib 8. recop. vbi disponitur quod pœne imposite mulieri nupte adulteriũ committenti habeat etiam locum in sponsa de præsenti non sequuta copula, quæ lex sentit nullam esse differentiam inter mulierem nuptã carnaliter cognitam & sponsam per verba de præsenti non ductam ad domũ nec carnaliter cognitam etiam in pœnalibus & odiosis nam l. 1. eiusdem tit. dicit *si muger casada fiziere adulterio, &c.* & dict. l. 3. adit. ac declarat. eamdem pœnam incurrere sponsam per verba de presenti quam incurrit mulier nupta & in fine ait; *y mandamos que en estos tales se execute lo contenido en la ley del fuero que abla de los que cometen delicto de adulterio que es la primera deste titulo.*

87 Decimo eadem opinio probatur ex l. 2. tit. 9. lib. 5. recopil. ibi. *toda cosa que el marido y la muger ganaren y comparen estando de consuno, &c.* quæ lex vocat coniuges maritum & vxorem ante ductionem ad domum nam alias superfluum esset verbũ de consuno quod denotat habitationem post ductionem vt communiter intelligunt ibi doctores huius regni & ex illius verbi significatione clare in nostro Hispano sermone colligitur.

88 Vndecimo probatur ex l. 8. tittulo 1. lib. 5. eiusdem recop. ibi, *el hijo casado y belado sea auido por emancipado,* &c. vbi probatur ad hoc vt filius per matrimonium liberetur a patria potestate non sufficit quod matrimonium sit contractum consensu per verba de præsenti & sequuta sit copula & ductio ad domum sed requiritur nuptialis ecclesiæ solemnitas & sic ante eam solemnitatem ecclesiæ hæc lex non facit differentiam an mulier sit carnaliter cognita & ducta ad domum vel non, nam non adderet illam solemnitatis ecclesiæ qualitatem si dumtaxat post eam dicerentur maritus, & vxor sed diceret *el hijo desposado y belado.*

Et hæc interpretatio quæ fit adictis legibus regni potius summenda est quam ea quę fit à iure communi quia statutum recipit interpretationem secundum dispositionem aliorũ statutorum & cósuetudo ab alia consuetudine, potiusquam secundum ius commune vt docet Bal. in c. 1. nu. 5. defend. Marchi. Alciat. in l. centurio num. 29 ff. de vulg. & pupill. Decius consi. 586. num. 4. Curti. Iunior. cóſ. 6. num. 12. Tiraquell. de vtroque retract. in tittulo de retract. munic. §. 1. gloss. 10. num. 12. Crauet. cons. 118. numero

nu. 4. Lancelot. in consuet. Alexandria q. 1. num. 39. cum seq.

89 Duodecimo in comprobationem dictæ opinionis facit quod sponsa de præsenti dicitur esse destinata in domo viri vt eum sequi debeat quo vadit honeste sicut si esset ducta vel cognita vt notant Cyn. & doctores in l. liberti liberteque ff. de oper. libert. Bar. in l. Meuia. §. fin. ff. de annuis legat. Roland. â Valle in tract. de lucro dotis. q. 106. num. 15. Hippolyt. Rimi. conf. 155. num. 8. lib. 2. & ratio huius fundamenti est, quia qui de proximo est cingendus habetur pro cincto. l. penult. ff. de milit. testa. cum alijs.

90 Tertiodecimo probatur dicta opinio, nam vbi militat eadem ratio eadem iuris dispositio locum habere debet. l. illud ff. ad l. Aquil. l. â Titio. ff. de verb. oblig. l. vlt. C. ad l. falci. glo. in l. sed & si lege. §. item si rem distraxit. ff. de petitione hæreditate gloss. in l. de quibus in gloss. 1. vbi Bal. ff. de legib. idem Bal. in authen. quas actiones col. 2. C. de sacrosanct. Ecclesi. vbi latius Ias. num. 22. Ripa. post Alex. in l. si constante num 63. ff. soluto matri. Crot. conf. 51. nu. 8. Parisi. conf. 16. col. 3. & 4. lib. 3. Ioan. Lup. in rub. de donatio inter vir & vxor. §. 16. num. 3. & 4. Crauet. conf. 113. num. 2. Tiraquell. de vtroque retract. titulo 1. §. 20. gloss. vnica nu. 2. cum seq. Sed ratio ex qua condita fuit d. l. regia fuit ne vxor cótrahendo possit lędere maritum vt satis supra probatũ est n. 70. cũ seq. & spósa de præsenti potest contrahendo alienare & donare dotem, & alia bona & facere contractum in prędiciũ sponsi: ergo in ea militat eadem ratio quæ in vxore ducta ad domum & carnaliter cognita & pariter de eis in hoc casu iudicandum est & quamuis secunda ratio condita sit. d. l. in fauorem vxoris propter eius fragilitatem vt aliqui tenent, militat etiam eadem ratio quia sicut vxor ducta & cognita potest contrahendo sine licentia viri decipi, pari etiam ratione potest lædi & decipi sponsa de præsenti sine sponsi consensu contrahendo vel in iudicio quasi contrahendo. Ratio enim attendi debet tanquam lex communis ad omnes casus in quibus eadem ratio viget c. consuetudo. 1. distin. Calderi. conf. 1. vt lite pendente & conf. 1. de regularib. Alex. Ias. Corne. & Curti. Iunior in l. humanitatis C. de impub. & alijs substi. Crauet. conf 190. num. 2. Barbat. qui hanc testatur communem opinionẽ conf. 200. num. 44. lib. 2. Et tanquam mens & anima dispositionis est attenda ratio. l. cum mulier ff. soluto matrim. l. cum pater §. dulcissimis ff. de leg. 2. l. regula §. cum cuis ff. de iuris & facti ignor. notat Tiraquell. in d. tract. de vtroque retract. tit. 1. §. 20. glo. ima num. 3. & in l. si vnquam verbo libertis num. 45. C. de reuoc. donatio. Ioan. Cephal. conf. 16. nu. 17. lib. 1. Nec dicitur casus omissus vbi est eadem ratio vt notat Bal. in l. per diuersas col 3. C. mandati Castren. conf. 441. col. penul. lib. 1. Abb. conf. 75. col. 3 lib. 1. Oldral. conf. 268. col. 2. Immo quando subest eadem ratio legis non summus in casu extensionis, sed comprehensionis & in interpretatione intellectiua & comprehensiua quæ dicitur in esse generi. l. nominis & rei. §. verbum ff. de verb. signi. l. liberorum §. Senatus ff. de ritu. nupti. l. de pupillo. §. si quis riuos ff. de noui. oper. nuntia. l. cum hi ff. de transact. l. vlti. de iuris & facti. ignor. glo. in Clem. 1 de electio. glo. Bar. & Ang. in l. prætor. § 1. ff de noui. oper. nuntia. Alberi in authen. præterea C. vnde vir & vxor Bal. in l. quod vero ff. de legib. Oldral. cõs. 185. in fine Alex. conf. 121. Vol. 4. & conf. 21. lib. 6. & conf. 203. num. 9. lib. 7. Curti. conf. 9. col. penult. & conf. 80. col. 2. Deci. conf. 227. nu. 8. Parisi. conf.

conſ. 16.num. 29 lib. 3. Socin. Iunior conſ.30.col.4.lib.1. & conſ. 128. col. fin.eod.lib. Tiraquel.in tract.de vtroque retract.tit.1.§.20.gloſſ.vnica,nu. 3.& in regula ceſſante.1.part. nu.125. Roland.conſ.27.num.7.lib.1.

91 Nec facíéda eſt vis in verbis d.l.regie, ſed in eius ratione,c. March.1.q. 1.l.ſcire leges de legib. Bal.in l.ſi quis ſeruo C. de ſeruis fugiti. Ancharran. in cap.Canonum ſtatuta col.2.de cõſti.Abb.conſil.1.col.1. Socin. conſ.35. lib.1.Ioan. Cephal.d.conſ. 16.num.8. lib.1.Nã lex conſtat ex verbis & mẽte ſicut homo ex anima & corpore.c. erit autẽ.lex 4.diſtin. tradunt doctores in c.1.de cõſtitutio,&verba ſe habent,vt corpus,ratio autem ſeu mens vt ſpiritus & anima,& ideo ſicut anima præfertur corpori ,ita ratio legis præfertur verbis ipſius.c.ſolite de maiorit.&obedi.c.præcipimus.12.quęſt. 1.c.ſedulo.38.quæſt.3. Nec eſt etiam curandum de caſuum diuerſitate dummodo in omnibus caſibus eadem ſit ratio,vt notat gloſ.in l.ſed ſi lege.§. itẽ ſi rem.ff.de petitio. hæredit. & plura de hoc tradit. Crauet. conſ.183.

92 Et quamuis.d.l.regia loquatur de vi ro & vxore cenſetur loquuta fuiſſe ratione frequentioris vſus quæ ratio non reſtringit caſum,nec tollit extenſionem ad caſum ſimilẽ,vt notat glo. in l.ſi is qui.§.quod dicitur,verb. per partes.ff.de iure docti.& in l.1.verbo filio præcedente, vbi Iaſ.col.4.ff. de vulg.& pupil.& in l. non impoſsibile ff.de pact.cum pluribus aliis adductis per Tiraquel. de vtroque retract. tit. 1.§.20. gloſſ.vnica, num.4. cum ſeq.

93 Vnde dicit Bal.in d.l.de quibus,col. 2.ff.de legib. quod vbi viget eadem ratio in pluribus caſibus illa decidit eos non per extenſionem,ſed ſicut genus comprehendit ſpecies,ita generalis ratio diuerſas ſpecies, ſiue caſus includit idem Bal.in rub.de naut. fœno quenquem ſequitur Caſtren.conſ. 334.& 441.col. penul.lib.1. & conſ. 261.col.1.lib.2.Deci.conſ.284.col.2. & conſ.301.col.1.Ripa in l.ſi conſtãte,num.63.ff. ſolut.matri.Cagnol. in l.in toto,num.6.ff. de reg.iur. Rimi. conſ.18.num.11. & conſ.33.numer.51. & conſ.264.num.25.Tiraquel.in loco citato.

94 Et adeo verum eſt quod ex identitate rationis extenditur lex de vno caſu ad aliũ quod non ſolũ procedit in fauorabilibus , vt eſt caſus.d.l. regni quæ principaliter cõdita eſt in fauorem mariti,& ſecundario in fauorem ipſius mulieris,vt ſupradiximus, ſed etiam in odioſis & ſtatutis quantumuis correctoriis in quibus ratio identitate rationis de ſtricta ad latã ſignificationem extendi poteſt Cle. 1.vbi glo.verbo obligatur de electio. l.filium habeo.ff ad Macedon. gloſ. in auth.minoris debitor,verbo acuratione.C.qui dare tuto.vel curat.poſſunt Alex.in l.1.§. hoc autem in fine. ff.ad Trebel & in l. ſi filiusfamilias. §.Diui.nu.23.ff.de leg.1. & in l. Centurio,num.11.ff.de vulg.& in l.1. nu. 59.ff.de off.eius cui mãd.& iuriſdict. Soci.in rub.ff.ſoluto matrim.num.9. & 18.Tiraq.in d.tract.de vtroque retract.ti.1.§.20.glo.vnica.nu.4. Ioan. Cephal.conſ.339.num.43.

95 Et quamuis ratio d. l.regni non ſit expreſſa,vt extẽdi poſsit per ea quæ dicta ſunt , ſufficit quod clare ex ea & aliis eiuſdem tituli legibus colligatur,prout abũde ſupra notauimus, & ſic cũ vera ſit dicta ratio habetur pro expreſſa & ab ea poteſt ſummĩ argumẽtum a ſimili,ac ſi expreſſa eſſet,vt notat gloſſ.quam ibi ſequuntur doctores in l.quamuis.C.de fidei commiſ.quam etiam ſequitur & latiſſime probat plura allegans Tiraq. in regula ceſſante cauſa,21. limit.nu.8. & in dict. tracta. de vtroque retract. tit. 1. §. 20.glo.vnica,nu.3. vbi hanc teſtatur commun.opin.

Præ-

96 Præterea in fauorem huius extensionis facit quod licet in dispositione hominis in vltimis voluntatibus de persona ad personam non permittatur extensio, vt notat Aretin. in l. Gallus. §. & quid si tantum, col. 4. ff. de liber. & posthum. Decius in l. illam. num. 11. C. de collatio. & in cons. 118. num. 9. & cons. 211. num. 5. & cons. 377. numer. 2. & cons. 465. num. 16. & cons. 697. num. 13. Crauet. cons. 161. num 11. Cephal. cons. 107. numer. 19. Guid. Panciról. cons. 150. num. 4. tamen hoc non procedit quando persona ad quam fit extensio comprehédi aliquomodo potest sub verbis & mente disponentis propter qualitatem sibi inherentem licet de illa non fuerit cogitatum in indiuiduo vt declarat idem Areti. in d. §. & quid si tantum ex l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. vbi etiam Ang. & Ias. notab. 3. notat dicens quod præsumpta voluntas disponentis colligitur vt fiat extensio de persona ad personam quando dispositio conferebatur in aliquam personam ratione alicuius qualitatis quæ deinde in aliam personam inuenitur, quod etiã sequitur Parisi. cons. 66 numero 67. lib. 3. Soci. Iunior cons. 129. col. penul. lib. 3. & Hippolyt. Rimi. cons. 21. num. 61. lib. 1. Et debet etiam intelligi, quando nec stricte nec lato sumpto vocabulo poterat comprehendi secus si comprehendi posit. l. filium habeo ff ad Macedo. Gozadi. cons. 59. num. 21. Grat. responso. 5. num. 45. lib. 2. Soci. Iunior. in d. §. & quid si tantum num. 45. Hippolyt. Rimi. d. cons. 21. num 66.

97 Quarto decimo in confirmationẽ dicte opinionis facit & ex dictis viribus infertur, quod l. 1. C vnde vir & vxor quę loquitur in viro & vxore habet etiam locum in sponso & sponsa de præsenti non sequuta copula nec ductione ad domum vt tenent Bal. Salyc. Alex. Ias Deci. & Curti. Iunior. ibi & Anto. Gome. in l. 47. Tauri & Pelaez, á Mieeres in tract. maiorat. 1. par. q. 39. num. 3.

98 Decimo quinto facit, & infertur quod iura quæ disponunt, quod vxor sequitur forum, & domicilium mariti locum habent in spósa de præsenti nondum ducta nec cognita vt probat à contrario sensu l. eaque in 2. ff. ad municipal. & ibi notat expresse glo. verbo ante contractas. Bar. in l. imperatores. §. item rescripserunt in 2. num. 1. ff. eodem titulo. Campeti. de dote. 5 par. q. 13. n. 1. cum seq. Chassane in consuetudinib. Burg. rub. 4. §. 2. text. 133. num. 16. Curti. Iunior in l. exigere dotem. num. 6. ff. de iudi. Pelaez à Mieres. d. q. 39. num. 3.

99 Decimo sexto facit quod statutũ disponens quod vir lucretur partem dotis vxoris premortuæ habet etiam locum in sponso de præsenti non sequuta copula nec ductione ad domũ vt tenẽt plures relati per Tiraquell. in l. si vnquam verbo donatione largitus. num. 223. & 230. C. de reuoc. donatio. & per Anto. Natt. cons. 282. in 1. dubio. lib. 2. quos ipse sequitur tenet etiam Curti. Iunior. in d. l. 1. num. 9. & 10. C. vnde vir & vxor. Ioan. Lup. plures allegans in rub. de donatio inter vir. & vxor. §. 55. numero 8. Porti. cons. 21. numer. 94. qui hanc testatur magis communem opinionem. Phan. in tract. de lucro dotis. glo. 2. num. 57. qui alios citat. & de communi testatur, sed in hoc casu consideranda sunt verba statuti & sic solet fieri distinctio, vt per Corne. cons. 248. lib 2. & Deci. cons. 577. per totum, & per Ferro. in consuet.

100 Burdiga. titulo de dote. §. 6. col. 3. & 4.

Decimoseptimo facit quod statutum disponens quod maritus nó possit legare vxori, vltra certam quantitatem habet etiam locum in sponso de præsenti, qui non poterit legare sponse vltra dictam quantitatem vt notat

notat Phan. in dict. tract. de lucro do tis, gloss. 2. num. 57. & late tradit Lancelot. in consuet. Alexandria verbo maritus, q. 1. per totam.

101 Decimo octauo facit quod dispositio authen. præterea. C. vnde vir & vxor quæ loquitur in vxore procedit etiam in sponsa per verba de præsenti nondum carnaliter cognita, nec ducta ad domum, vt notat ibi Franc. de Pepis. col. 2. quem refert & sequitur Ioann. Lup. in rub. de donatio. inter vir & vxor. §. 55. num. 5.

102 Decimo nono facit quod sicut mulier vidua transiens ad secundas nuptias non potest esse tutrix filiorum primi matrimonij. l. omnem. C. ad Tertulia. l. 2 & authent. matri & auiæ. C. quando mulier. offi. tut. fungi potest. c. ex parte de appellatio, ita sponsa de præsenti licet, non sit cognita, nec ducta ad domum à secundo viro, vt notat Specul. in tit. de tutore. §. nunc dicendum, col. 5. quem sequitur Bar. in l. si quis sub conditione, ff. de testa. tut. Roma. sing. 222. Lucas de Penna in l. fin. col. 1. C. de incol. lib. 10. quos sequitur Ioann. Lup. in dict. rubr. de donatio. inter vir. & vxor. §. 55. num. 6. vbi num. 7. & 8. infert ad alias quęstiones & plura ad propositum adducit per totum. §.

103 Vigesimo facit quod statutum disponens quod mulier nupta debeat habere vsumfructũ in bonis viri prædefuncti locum etiam habet in sponsa per xerba de præsenti nondum cognita nec ducta ad domum, vt notat Guido de more quem refert Chassanæ. in consuetu. Burgund. rubr. 4. §. 6. in gloss. verbo marice quos sequitur Lambertég. in tract. de cõtractib. glo. 8. num. 15.

104 Vigesimo primo facit quod statum concedens marito, vt vxoris nomine possit retrahere rem a consanguineo vxoris vẽditam habet etiam locum in sponsa de pręsenti non cognita, nec ducta, vt tenet Arnol. Ferro. in consuetud. Burdiga. titul. de dote. §. 6. in fine, & in §. 23. eiusdem tituli quem etiam sequitur Lãberteng. in d. glo. 8. num. 15.

105 Vigesimo secundo facit quod legatum vel promissum alicui sub cõditione si matrimonium contrahat conditio dicitur impleta & verificatur per sponsalia de præsenti etiam non sequuta copula, nec ductione ad domum. l. cum fuerit. ff. de conditio. & demostratio. tràdit Antó. Gome. in l 47. Tauri, num. 2.

106 Vigesimo tertio facit quod sicut vxor cognita & addomum ducta habet tacitam hipothecam pro dote. l. asiduis vbi gloss. & scrib. C. qui potior in pignore habeantur, ita sponsa per verba de præsenti, quia post matrimonium dicitur dos, vt notat Angel. Aretin. in §. fuerat, num. 31. in fin. de actio. licet in sponsa de futuro aliud teneat contra glos. in l. 2. §. vltim. ff. de priuileg. crediti, & in l. si sponsa. ff. de iure doti, & Cyn. in l. fin. C. qui potiores in pignore habeantur.

107 Vigesimoquarto facit, & infertur ex dictis iuribus, quod notant Alber. in l. maritus. C. de procuratorib. & Gregor. Lop. in l. 10. titul. 5. part. 3. dicentes dictam. l. maritus, & dictam l. 10. quæ disponunt maritum posse agere sine mandato nomine vxoris cauendo de rato habere etiam locum in sponsa de præsenti nondum cognita nec ducta.

108 Vigesimo quinto facit & infertur ex supradictis iuribus quod sicut non potest procedi contra concubinam clerici vel vxorati, nuptam, vt in l. 2. tit. 19. lib. 8. recopil. ita non potest procedi contra sponsam de præsenti licet sit concubina clerici vel vxorati, vt notat Auilesius in cap. 1. Prætorum in gloss. verbo *Mugeres*, numer. 12.

109 Vigesimo sexto facit & infertur quod

quod l. secunda titulo dezimo, libro octauo recop. quæ disponit, quod qui vocauerit mulieri nupte meretricem incidat in pœnam illius legis procedat etiam in muliere desponsata per verba de præsenti, vt tenet etiam idem Auelesius in dicta glos. verba Mugeres, Num 16.

110 Vigesimoseptimo in fauorē huius opinionis considero, quod sponsa de præsenti, vt in ea locū habeat d. l. regni non solū habet prose verbi proprietatē, & significationem, vt supra in primo fundamento, & alijs sequētibus probatum est, sed etiam communem vsum loquendi iuris peritorum, vt colligitur ex omnibus supradictis fundamentis ex quibus apparet secundum communem vsum loquendi iuris peritorum sponsam vocari vxorem, & comprehendi sub nomine vxoris, & sponsum sub mariti nomine statim, quod contractum est matrimonium per verba de præsenti secundum dispositionem sancti Concilij Trid. & ita secundum hunc communem vsum loquendi peritorum debet dicta. l. regni interpretari, vt notat Castren. consilio 154. collumna final, libro primo quem refert, & sequitur Lancelot. in dict. consuet. Alexandria, verbo, maritus, q. 1. nu. 31. Et est credendū, quod secundum hūc peritorum vsum cōmunē loquendi loquuti fuerunt regij cōsiliarij qui manda to regis fecerunt, & ordinauerunt dict. l. regiam, vt tradit Ripa, in rub. ff. soluto matrimonio, numero 169. Curti. Iunior, consil. 5. numer. 12. Natta, consilio 282. numer. 2. quos etiam sequitur Lancelot. loco proximecitato, & non obscure hoc colligitur ex adiectione posita in l. 8. titu. primo lib. 5. recop. quæ eodem die condita fuit, ibi, *Casado y velado*. & ex l. 2. titul. 9. libr. 5. eiusdem recop. ibi. *Estando de consuno*. Quæ adiectiones positæ fuerunt ad declarationē proprietatis verborū, & cōmunis vsus loquēdi iuris peritorū. Et cum in hoc casu spōsa de præsenti habeat prose verborū proprietatē, & est fundata in iure non tenetur probare cōmunē vsum loquēdi, sed qui vult illā proprietatē impugnare, & dicere communem vsum loquendi repugnare proprietati is debet eum vsum probare, & non in genere, sed in specie in casu de quo agitur, vt notant Oldran. consilio 237. col. prima Anchatran. consilio 339. col. quinta, Alexand. consilio 169. col. tertia libro secundo, & consilio sexto, libro quinto, Curti. Iunior, consilio 26. columna penultima Ripa responso quinto numero 11. Crauet. consilio 34. numero quinto, & consilio 96. numero sexto. & consilio 171. numero 14. Parisi. de Puteo in tract, Syndicat. verbo Doctor. nu. 9.

111 Et quamuis statutum, vel dispositio testatoris interpretatur secundū communem vsum loquendi, qui debet attendi, & præualere proprie verborum significationi, l. librorum, §. quod tamen cassius, vbi Doctores. ff. de leg 3. l. labeo, ff. de sup. leg. l. cū de lanionis, §. asinam molendinariam ff. de fundo instrudo instructo l. non aliter, ff. de leg. 3. l. vxori, ff. eod. tit. in prin. Bar. in l. libellorū, §. sed si aliud, ff. de accusatio. & in l. 1. ff. de suis & legati. hæred. & in l omnes populi, nu. 58. ff. de iusti. & iure, & in l. supra iter. in fine, ff. de aqua pluuia arcend. & in l. 2. in fine, ff. de furt. & in rub. ff. de noui oper. nuntia. vbi Castren. Alexand. Ias. & alij moderni Areti. in l 1. num. 18. ff. si cert. pet. vbi etiā Soci. num. 44. idem Soci. consf. 7. col. 6. lib. 1. Cassado. decis. vnica de clericis non residentib. Deci. consf. 472. num. 13. Curti. consf. 9. nom. 10. Tiraq. in tract. de vtroque retract. in tit. de retract. munic. §. 2. glos. 1. nu. 5. & seq. Soci. iunior consf. 158. nu. 7. lib. 2. Mantua, consf. 877. num. 16. lib. 1. Rebuff, in tract.

in tract. nominatio.q.14.numer.14. Cornel.Benincas.in tract.de Pauper. q.1.num.45.Couarru. va. iar. resolutio lib.3.c.5.num.1. cum seq. Burg.à Pace in l.1.Tauri.num.122.vbi hanc testatur communem opinionē. Quod etiam procedit in materia pęnali, & correctoria, vt notāt citati doctores, & Ias.in l.potest.num.6.ff. de vulg. Ruy.cons.50.num.5.cum duobus sequentib. Soci.Iunior,cons.3.num.25. lib.1.& alij,quos allegat Cephal.cōs. 339.nu.14.& 20.vbi hanc dicit communem opinionem:tamen talis communis vsus loquendi cum sit facti debet probari sicut cętera facta l.in bello, §.factæ,ff. de capt. & postmili. reuers. l.si emancipati,vers. probatum,C.de collatio.notant in hac specie Bart. Alexand. Ias. Clauaqueus, Deci.Soci.Iunior,& alij in dict.rub. de noui oper. nuntiatio. idem Bart. in l. si quis seruum, ff.de conditio.& de monstratio.& l.labeo, ff. de sup. leg.idem Alexand.cons.9.numer.11. Soci.Iunior.cons. 61. num. 26.lib.2. Ioan.Sicard.in l.1.§.in omnibus num. 14.C.de iure iur.propt. calum.dādo, & tenent plures alij Doctores ex proxime citatis.

112 Et non solum probandus est communis vsus loquendi in specie, vt superius dictum est, sed quod vigerit tēpore, quo factum fuit statutū, vel dispositio testatoris, vt notat Alex. in l. quinta in prin. numero nono, ff. de verb.oblig.Soci.in l.Gallus, §. si eius,numer. 6.ff.de liber.& posthu. Deci.in c.in præsentia,numer.33. de probatio.& cons.365.in fine,& cons. 366.num.8.Curti.Iunior.in l.1.num. 68.ff.si cert.pet.& cons.176. num.3. Parisi.in rub. ff.soluto matrimonio, numer. 83. Socin. Iunior, in rub. de noui oper nuntia. numer. 91. & 94. Ferrara cau.52. Brun. in tract. quod statutib. mascul.fœminæ non succedant.12.art. prin. quæst. 21. numer. 284. Roland.consil. 85. numer. 20. lib.tertio, Burg. à Pace in l.1.Tauri, numer. 122. cum sequentib. Et est etiam probandum, quod ex modico tempore non esset introductus talis vsus communis loquendi, vt tradit idem Brun. in dict.tract.quod statutib.mascul.9.art.princ.num.107. & debet attendi vsus qui à maiori parte populi receptus est, vt notat idem Curti.d.cons.9. num.9. Feli. in proemio decret.in prin.num.16.Lancelot.in consuetudine Alexandriæ, verbo maritus,q.1.num.42.ex quo infertur,quod difficilis nunc esset probatio per testes cōmunis vsus loquē di ad interpretationē dict.l. regni cū condita fuerit anno.1505.

113 Et cūm non posit probari communis vsus loquendi communisque sensus interpretationis, dict. l. verbum vxor,debet intelligi secundum legum, & iurium significationem, vt notat Alexand.consil.26. numer. 11. lib. 3. quem refert. & sequitur Couarru.dict.libr.3.variar.resolutio.c.5. nu.1.& secundum communem vsum loquendi iuris peritorum, qui colligitur ex iuribus,& Doctoribus supra in alijs fundamentis citatis.

114 Ex quibus omnibus,& rationibus satis abunde probatur hęc extensio ad d.l.regni,vt procedat etiam in sponsa de præsenti secundum dispositionem sancti Concilij Trid etiam nondum cognita, nec ducta ad domum, nec vellata quæ nōn poterit contrahere absque sponsi. consu. contra opinionē Ioan.Lup.& cōtra Cifont. Couarruu. Auenda. Lupouic. Mexiam Ioan Guterreum, & alios, quos supra pro contrarii opinione citauimus. Quorum fundamentis facile respondi potest ex his quę dicta sunt nā solum procedere possunt in sponsa de futuro, vt statim infra dicemus, & in statutis odiosis,& pęnalibus secus in fauorabilibus, vt pro est decisio d.l.regni quæ principaliter condita est in fauorem mariti ne mulier in eius

in eius præiudicium contrahere possit, & secundario etiam in fauorem ipsius mulieris; vt tenent doctores supra in principio huius extensionis citati, & cum sit omnino. d. l. regni fauorabilis sine dubio ad sponsos per verba de præsenti trahenda est. c. odia de reg. iur. & ita præter doctores supra in principio relatos quorũ nonnulli hanc opinionem in distincte tenent, tam in odiosis quam in fauorabilibus, & alij in fauorabilibus tantum tenet etiam hanc opinionem Abb. distinguendo inter odiosam & fauorabilem dispositionem in c. tertio loco num. 5. de præsumptio, & in c. ex publico num. 13. & 14. de conuersione coniugat. & in c. accepisti. num. 2. de sponsa duorum, & Grego. Lop. in d. l. 2. titulo 1. par. 4. in glo. fin. & Anto. Cuchus lib. 5. institutio. maior. titulo 10. num. 9. & alij plures citati per Tiraquell. post leges connub. glo. num. 25. & in hoc fere omnes conueniunt.

115 Ex his etiam colliges principale fundamentum huius extensionis nempe sponsum & sponsam per verba de præsenti comprehendi sub viri & vxoris nominibus instatutis vel dispositionibus testatoris, limitari primo non procedere, vbi communis vsus loquendi probaretur quod tempore quo factum fuit statutum vel testamentum non appellabatur vxor nisi quæ ducta vel carnaliter cognita erat, quia tunc non comprehenderetur sponsa de præsenti sub nomine vxoris, nec sponsus sub nomine mariti per ea quæ dicta sunt de communi vsu loquendi, & notat etiam Soci. in l. qui fuerit in fine ff. de conditio & demonstratio. Decius conf. 140. & conf. 472. num. 13. Curti. conf. 9. nu. 10. Tiraquell. de retract. munic. §. 2. gloss. 1. num. 5. & 6. Phan. in tract. de lucro dotis. glo. 2. num. 72. Couarru. in epit. de sponsalib. 1. par. c. 1. nu. 4. & in 2. par. c. 1. nu. 4. Lancelot in d. consuetudine Alexandria verbo maritus. 1. q. num. 36.

116 Quod intellige nisi verba prolata in vulgari à testatore vel ab alio disponente sint scripta latino sermone, nam tunc sunt intelligenda secundũ iuris interpretationem non autem secundum communem vsum loquendi vt notat Alex. conf. 2. num. 17. lib. 1. & conf. 5. nu. 11. lib. 3. Decius conf. 336. num. 8. Soci. Iunior in rub. de noui oper. nuntiatio num. 91. & 94. Bera. q. 94. num. 2. Natt. conf. 282. num. 2. Roland. conf. 83. in fine lib. 3. Lancelot. dict. d. q. 1. num. 42.

117 Secundo limita vt non procedat supra dicta conclusio quando statutum vel dispositio testatoris non loqueretur de viro & vxore simpliciter prout loquitur dict. l. regni, sed cum aliqua adiectione vel declaratione prout loquitur. d. l. 8. titulo 1. lib. 5. recop. ibi *casados y velados*, & d. l. 2. titulo 9. eod. lib. ibi *estando de consumo* vel loqueretur de vxore copulata vel ducta ad domũ, quia tunc non haberet locum in sponsa de præsenti non cognita vel ducta nec velata vt notat Bal. in l. non fine. num. 1. C. de bonisque liberis. Alex. cõs. 129. num. 2. lib. 1. Phan. in d. tract de lucro dotis. gloss. 2. num. 73. & 74. & num. 101. cum seq. Roland. in eodem tract. q. 108. Lancelot d. q. 1. nu. 44. & hoc quantum ad sponsam de præsenti sufficiat.

118 Sed quid in sponsa de futuro an contrahere possit absque sponsi cõsensu & videbatur dicendum id quod in sponsa de præsenti dictum est cum d. l. regni sit fauorabilis & in fauorabilibus appellatione vxoris cõprehendatur etiam sponsa de futuro vt probatur in l. non fine. C. de bonisque liberis, quam ad hoc notant ibi Cyn. Paul. & alij Abb. in c. tertio loco nu. 5. de præsumptio. & in c. ex publico

num.13.& 14.de conuersio.coniugat. & in c. accepisti.n.2. de sponsa duo. & in consi. 1. in fine lib.1.vbi testatur de cómuni. Felin.in rub. de sponsalib. col.1. & in dict. c. tertio loco, num.4.Couarr. in epit, de sponsalib. 1.par.c.1.num.4.&5.

119 Quod etiam probatur ex l.lex Iulia.ff.de fundo dotali quæ simpliciter loquitur,in sponsa in qua idem disponit quod in vxore,ex cuius generalitate Lamberteng.in tract.de contract. gloss.8.nu.1.tenet in hac specie,vt sponsa etiam de futuro nō possit contrahere sine sponsi consensu sicut sponsa de præsenti & vxor cognita & ad domum ducta.

120 Sed his non obstantibus contrariū est tenendum ex sequentibus primo quia aliud est sponsus & aliud maritus.l.1.§.1.ff. pro dote quæ appellat sponsum nondū maritū,& aliud est sponsa,& aliud vxor. l. sancimus.C. de nupt.& spósus dicitur futurus maritus.l.1. & 2.ff.de sponsalib.& vt superius diximus, spós s dicitur quasi promissus, & sponsa quasi promissa & quòd futurum est nondum est. l. & quæ nondum.ff. de pigno. & sic dispositio loquens de marito, & vxore debet cessare in spóso & sponsa de futuro vt notat Signor.consil 144.num.2.Parisi.consi.62.num.6.& 7.lib.4.Roland.in tract.de lucro dotis. q.12. Phanin eodem tract.glo.2. in prin & glo.9.num.40. Vero.consi. 40.num.8. & 9.lib.1.Alban.in additio.ad Burt.in l.1.num.16.C. de summa Trinit. & fide Catho.Tiraquel. post leges connub. gloss.2. numero 19.

121 Secundo non obscure hoc probatur ex l.3.§. 1.& ex l. si sponsus & l. penult. ff. de donatio. inter vir. & vxor. quas supra in fauorem sponse de præsenti citauimus ex quibus probatur quod donatio quæ prohibita est inter maritum & vxore non censetur prohibita inter sponsum, & sponsam de futuro licet prohibita intelligatur inter sponsos de præsenti,qui comprehenduntur sub viri & vxoris nominibus sub quibus non comprehenduntur sponsi de futuro ex quo permissa est eis donatio.

122 Tertio facit quia sponsa de præsenti dicitur esse destinata in domo viri, vt eum sequi debeat sicut si esset ducta vel cognita vt notant scribentes in l. liberti liberteque C. de operis libert. Bart.in l. Meuia. §. fin. ff. de annuis legat. Roland.in dict.tract.de lucro dotis.q. 106.num.15. Hippolit. Rimi.consi.155.num.8.lib.2. & tradit late Tiraquell. post leges connub. gloss.2.num.2. cum plurib. seq. Sed sponsa de futuro non tenetur sponsum sequi.c. de illis vbi gloss. Hosti. & Abb.de sponsalibus Tiraquell. d. gloss.2.num. 24. ergo diuersa ratio militat in sponsa de præsenti quæ in sponsa de futuro.

123 Quarto facit quia sponsa de præsenti sequitur forum & domicilium sponsi sicut si cognita vel ducta esset l. ea quæ in 2.& ibi notat expresse glo. verbo ante contractas. ff. ad municipal. Bar.in l. Imperatores. §. item rescripserunt in 2 nu.1. ff.eod. titulo. Campeti de dote pars. 5. q.13. num.1.cum seq.Chassane.in consuet. Burg. rub. 4. §.2. fol. 133. Pelaez à Mieres in tract.de maiorat. 1. par. q. 39. num. 3. quod secus est in sponsa de futuro. d. l. ea quę vbi gloss. & doctores ad municipal.

124 Quinto per spósalia de præsenti nó sequuta copula nec ductione ad domum vacant beneficia quæ sponsus habet secus per sponsalia de futuro. c. vbi Ioan. Andre. Abb. & alij de Cleri. coniugat. idem Abb. in consi. 62. in 4 dubio. lib.2. Ioan. Lup in rub.de donatio inter vir. & vxor. §. 55. num.7. Tiraquell.d.glo.2.nu.18. in fine.

Sexto

125 Sexto cum sponsa de præsenti cómittitur adulterium cum sponsa vero de futuro non committitur. gloss. in c. despónsauit 27. q. 2. & in c. si vero in 1. de sent. ex communicatio Feli. in rub. de sponf. col. 2. Couarru. in epit. despóf. 1. par. c. 1. num. 6. cum seq. Anto. Cchucus insti. maior. lib. 5. titulo 10. libr 4. l. 3. titulo 20. lib. 8. recop. licet posit ab sponso accusari ratione iniuriæ sibi illate non vero iure adulterij. l. item apud labeonem. §. sponsam quoque. ff de iure. iur. l. si vxor. §. diuus qui sic debet intelligi. ff. de adult. declarat. Couarru. loco proxime citato numero nono.

126 Septimo sponsalia de præsenti nó sequuta copula non possunt dissolui nisi per religionem facta professione. c. verum c. ex publico. c. ex parte de conuersione coniugat. Siluest. verbo motrimonium. 6. in 2. q. Anto. Chu. insti. maior. lib. 5. titulo 12. numero 38. Sponsalia vero de futuro disolui possunt ex octo causis, quas post Couarru. & alios congerit Menochi de arbitra. iudi. lib. 2 cent. 5. casu. 455. per totum, & Ioan. à Matienzo in rub. titulo 1. lib. 5. recop. num. 45. & Anto. Cchu. d. lib. 5. titulo 10. fere per totum vbi declarat, quando disoluantur ipso iure vel iudicio Ecclesiæ.

127 Et pro hac parte faciunt plura alia fundamenta quæ supra adducta fuerunt in fauorem sponsi de præsenti, quæ non procedunt in sponso de futuro, vt ex iuribus ibi citatis appa- ret, & alia quæ tradunt doctores in d. l. non fine. C. de bonis quæ liber Ias. in l. 1. n. 61. C. de summa trinit. & fide Catho. Carol. Ruy. in rub. ff. soluto matri. num 136. Tiraquell. post leges connub. d. gloss 2. num. 18. cum alijs seq. Lancelot in d. consuet. Alexand. verbo maritus q. 1. n. 15. vers.

128 porro cum duobus sequentibus vbi in num. 13. cum sequent. tenet expresse ni statuto disponéte quod maritus non posit legare vxore vltra certam quantitatem quod non procedat in sponsa de futuro, sed in spósa de præsenti, & in statuto cócedente marito vxoris nomine retrahere posse rem a consanguineo ipsius vxoris venditam tenet etiam expresse Ferro. in consuetud. Burdig. tit. de dote. 6. 6. & §. 23. eiusdem tituli col. fin. dicens, quod licet dictum statutum locum habeat in sponsa de præsenti secus est in sponsa de futuro quæ non continetur sub vxoris nomine.

129 Ex quibus fundamentis patet dictam legem Regiam locum non habere in sponsa de futuro quibus non obstat quod in fauorabilibus appellatione mariti & vxoris comprehendũtur sponsus & sponsa de futuro, quia licet verum sit est accipiendum largo modo & non stricte, nam regulariter non procedit, vt notant Roma. in l. 1. nu. 12. C. vnde vir & vxor. Aretin. consf. 108. num. 2. Afflict. in constitutio. Neapolit. lib 1. rub. 37. num. 30. Valent. Forst. de succesio. ab intest. lib. 5. in 1. declaratione, Rip. in l. quęsitum. §. sponsa in princ. ff. de priuilegio credit. Sed sponsa de præsenti stricte cóprehenditur sub nomine vxor cum improprie dicatur sponsa respectu vinculi matrimonialis licet sponsa de præsenti dici posit respectu executionis matrimonij, vt notat Abba. in c. penult. in 1. notab. de sponsa duorum Couarrub. in epit. de sponf. 2. part. c. 3. §. 1. Phan in dict. tract. de lucro dotis glos. nupta, num. 14. cum alijs sequent. Lancelotus in dict. cósuetut. Alexan. verbo maritus, quæst. 1. num. 5. & sic in sponsa de futuro nó militat eadẽ ratio quæ in sponsa de præsenti & per consequens cessat, d. l. regni dispositio in ea.

130 Secundo extende dictã legẽ Regiã procedere etiamsi vxor velit esse in iudicio nomine mariti, nã etiã in hoc casu absq; eius licẽtia nó potest,

nec eum absentem defendere quamuis causa defensionis videatur priuilegiata. l. 4. C. de procurato vbi Cyn. Odral. Bal Castren. Salyc. & Ias. notant. Sed suo considerato interesse pro marito in iudicio comparere poterit, vt notat. Marian. Soci. in c. veniens. num. 63. de accusatio. Rotæ. decis. 253. aliás. 198. Iuli. Clar. post Bossi. & alios recept. sent. §. fin. q. 33. qui hanc testatur communem opi. Menochi. lib. 1. de arbitra. iudi. casu, 80. num. 60. vbi etiam ait hanc esse communem, quam sequitur & dicit quoque communẽ Bursat. cons. 225. num. 125. lib. 2.

131 Tertio extende dictam legem regiam procedere non solum in omnibus contractibus vltro citroque obligatorijs qui proprie appellatione cõtractus veniunt. l. labeo. §. contractũ. ff. de verb. signi. notat Tiraquell. post leges connub. gloss. 5. numero 1. & Rebuff. super constitutio. Regias. in titulo de literis oblig. art. 4. gloss. 2. numero 1. & in dict. l. labeo, sed etiam in omnibus pactis quæ vxor absque viri consensu facere non potest, nec eorum occasione esse in iudicio agendo nec defendendo, nam omne pactum dicitur contractus, vt notat gloss. in l. 1. in prin. in gloss magna in fine. ff. de actio. & obligatio. quam sequitur Bal. in rub. C. de pact. & in l contractus. col. 2. C. de fide instrumentorum, & in l. si vnus. §. pactus ne peteret, vbi etiam Ias. col. 7. ff. de pact. Tiraquell. qui alios citat. in dict. gloss. 5. num. 6.

132 Tertio extende dict. l. regiam locum habere in donatione quã vxor absque viri consensu facere non potest, vt notat. Ioan. Lup. in rub. de donatio inter vir. & vxor. §. 68. nu. 14 & post alios concludit Tiraquell. in d. gloss. 5. num. 48. & 49. & 53. Chassane. in consuet. Burgund. rub. 4. §. 1. in glo. verbo contra col. 4. Lamberteng. in tract. de contract. gloss. 23. num. 11. vbi hanc testatur communem opinionem. Baeza de non Meliorand dotis ratione filiab. c. 11. nu. 24. & Ioan. à Matienzo in dict. l. 2. titulo 3. lib. 5. recop. gloss. 1. numero 2 Quod etiam intellige in donationẽ tacita per ea quæ tradit Tiraquell. loco proxime citato. nu. 57. cum seq. quem sequitur Lamberteng. in dict. tract. de contract. gloss. 23. numero 16. & Ioan. Matienzo. dict. gloss. 1. numero 2.

133 Quarto extende eandem. l. regiam vt locum etiam habeat in donatione remuneratoria quam mulier absque mariti consensu facere non potest, vt in simili statuto tenet Lãberteng. in d. tract. de contract. gloss. 23. num. 14. cum seq. & in terminis d. l. regiæ notat. Pelaez à Mieres in tract. maiorat. 4. p. q. 1. limitatione. 3. num. 2. Sed contra hanc extensionem primo facit quod id, quod in causam remunerationis datur, censetur quædam compensatio facta titulo oneroso po tiusquàm gratuito vt probatur ex l Aquilius regulus. ff. de donatio. ibi, defendi non meram donationem esse verum officium magistri quadam mercede remuneratum regulum, & ex l. sed etsi lege. §. consuluit in fine ff. de petitio. hæred. ibi, & velut genus quodam hoc esse permutationis, quã ad hoc notat Bar. in procemio. ff. num. 14. & Abb. in rub. ex. de donatio. & in cons. 3. col. penul. lib. 2. vbi ait quod prohibitus donare potest remunerationis gratia donationem facere, quia donatio illa videtur potius, quædam per mutatio, seu compensatio beneficij accepti quam donatio. 134

Secundo facit quod res prohibita alienari potest ob remunerationem distrahi, & persona prohibita distrahere potest ex dicta causa remunerationis illud facere, vt post Bar. & alios firmat. Ias. cons. 227. col. 6. vers. octauo facit, libro 2. & cons. 73. col.

col.2. vers. comfirmo optime lib.3. & in l.ex hoc iure,num.60. ff.de iusti.& iure:

135 Tertio facit quamuis donatio ob natiuitatem filiorum reuocatur, non tamen remuneratoria ac si titulo oneroso in donatarium donans bona transtulisset, vt notat Bal. in l.si vnquam,numer. 2. quem ibi sequuntur communiter doctores. C. de reuoc. donatio. Ias.in dict.l. ex hoc iure numer.66.ff.de iusti.& iure,& in cons. 154.num.2.latissime more suo Tiraquell.in d.l.si vnquam verbo donatione largitus, num. 1. cum pluribus sequentibus.C. de reuocand.donatio.

136 Quarto facit quod quamuis inter virum & vxorem prohibita sit donatio,tamẽ si facta sit in causam remunerationis valet. l. quod autem.§. si vir & vxor ff.de donatio inter vir & vxor notat Abb.in c. cum ecclesiæ. num. 4. de simonia, Ias.in dict.l.ex hoc iure,num.55. ff.de iusti. & iure, & Soci.cons.66. num.11.lib. 1. Deci. cons. 232. num. 3. Curti. Iuni. cons. 142. num.6.Ioann.Lup.in rub.de donatio inter vir. & vxorem. §.50. in princ.Ioseph.Ludouic. decis. 66.nu. 19. Plot.cons.1.nu.19.

137 Quinto facit quod licet donatio inter patrẽ & filiumfami ias sit prohibita,l.donationes quas parentes.C. de donatio. inter vir. & vxorem, nihilominus remunerationes gratia valet,vt notant gloss. Bar.& doctores in authent, vnde si parens. C. de in offic.testament. & in l.si donatione, C.de collatio. Ias. in d.l. ex hoc iure,num.55.ff.de iusti. & iure, Corn. cons.154.num.2.lib.3.Deci.cons.536. num.4.

138 Sexto facit quod quamuis pater filium spurium instituere non possit.l.fin. vbi gloss. & doctores.C. de naturalib. liber.ob benemerita, tamen eum instituere potest, vt notat Bal cons. 67.col.2. lib. 1. Salicet. in d.l.fin.C.de naturalib.liber.Rui.cõs. 124. col.1. lib.1.Palleat.de noth.spu

139 rijsq; filijs.cap. 45.num.12.

Septimo facit quod dispositio .l. hac edictali.C. de secund. nup.prohibens coniugem alteri non posse plus relinquere quàm vni ex filijs primi matrimonij locum non habet quando ob benemerita relinquitur, vt notat Capra cons. 81. numer.3. & Bertrand.in d.l. hac edictali in prin. nu.55. & 56.

140 Octauo facit quod licet clericus & miles & doctor non possunt eorum concubinis donare.l.2.C. de donatio inter vir. & vxor.tradunt Bar. & alij in l affectionis.ff. de donatio, tamẽ ob benemerita donare possunt, vt notat Bal.cons.262. col. 1. lib.1. Anchar.cons.247. Afflict.decis.102. Decis. cons. 132. Ioan. Lup. in dict. rub. de donatio inter vir. & vxor. §. 39.num.13. Tiraquel.in d.l.si vnquam, verbo donatione largitus, num. 23. cum sequent. C. de reuoc. donatio vbi multa speciali cõgerit circa donationem ob benemerita Porti.cons. 21.num.25.num alijs sequent. Menochi.de arbitra.iudi lib.secundo, casu 434.

141 Nono & vltimo facit, quia donatio remuneratoria communibus regulis, seu statutis locorum non subiicitur, vt tradit Barb. cons.2. num. 9.lib.3. & sic non debet comprehendi,& intelligi sub regula & generalitate d.l.regie.

142 Ex quibus iuribus probari videtur mulierem absque viri consensu posse donationem remuneratoriam facere non obstante d.l.regia quã conclusionem tenet Tiraquel.post leges connub.glos.5.num.54. & in l.si vnquam verbo donatione largitus,nu. 1.cum alijs seq.&nu.30.& 87 & 191. dummodo benemerita probentur, cum simus in casu prohibito, & non

non sufficiat assertio mulieris donantis.

143 Sed his non obstantibus prima opinio verior est stante dicta l. Regni cuius dispositio locum etiam habet in donatione remuneratoria, cum tractetur de praeiudicio mariti cuius fauore condita fuit d.l.& sic cum possit laedi maritus necessarius est eius consensus in hac donatione remuneratoria ex quo patet responsio ad fundamenta in contrarium adducta quae procedere possunt, vbi non tractatur de praeiudicio tertij. Item quia quãuis donatio remuneratoria censeatur quaedam permutatio seu compensatio ex allegata, l. Aquilius regulus. ff. de donatio.& ex l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de peti. haered. talis permutatio, seu compensatio etiam prohibita est per dictam l. regiam, nam per eius generalitatem prohibita est venditio cum sit contractus vltro citroque obligatorius, vt supra in prima extensione diximus; sed permutatio similis est venditioni. l. fin. ff. de rerum permutatione. l. 1. & 2. C. eod. tit. l. fin. ff. ex quib. caus. in poss. eat. l. sciendum. §. deniq; ff. de edil. edic. Ergo d. l. Regia comprehendit permutationem, & sic statutum fauorabile loquens de venditione habet locum & in permutatione secundum Bal. cons. 177. lib. 4. & in l. fin. col. 1. ff. de condi. ob caus. dat. & in l. fin. col. 2. C. de sacrosanct. Eccles. Ioan. de Platea in l. quemadmodum col. 2. C. de agricol. & censit lib. 11. Alexand. cons. 197. in princ. lib. 6. Pari. cons. 82. col. 5. lib. 3. Tiraque. in tract. de vtroque retract. tit. 1. §. 1. glos. 14 num. 28. Lamberteng. de contract. gloss. 1. nu. 4. Quod ita dicendum est in hoc casu cum d. l. regia sit fauorabilis, vt supra abunde probatum est, & in statuto prohibentem mulierem contrahere sine consensu propinquorum tenet expresse Lamberteng. loco proxime citato, & ita in terminis d. l. regie tenendum est. Licet plures Doctores citati per Tiraquell. in dict. gloss. 14. num. 30. contrarium teneant in statuto prohibente venditionem quorum opinio intelligenda est in statuto odioso in quo stricta debet fieri interpretatio.

144 Quod etiam probatur, quia alienationis appellatione permutatio comprehenditur, vt in authent. de non alienand. aut permutand. reb. Eccles. §. nos igitur. vers. alienationis nomen coll. 2. c. nulli. de reb. Eccles. non alienand l. 1. §. 1. iuncto §. & in permutatione. ff. si quid in fraud. patro. l. cum hi. §. si cui vbi gloss. & scribentes. ff. de transactio. c. 2. de rerum permutatione cum alijs adductis per Tiraquell. in dict. tract. de retract. tit. 1. §. 1. gloss. 14. n. 34. & per Lamberteng. in dict. tract. de contract. gloss. 1. nu. 42. cum duob. sequent. vbi in huius conclusionis confirmationem tradit alia similia fundamenta de emphiteuta & vassallo, & sic est tenendum dictam l. Regiam procedere etiam in donatione remuneratoria.

145 Sed quamuis haec extensio vera sit de rigore dictae. l. Regie ex eius ratione tamen cum sit adeo priuilegiata in iure remuneratoria donatio crederem, quod si mulier velit aliquam moderatam donationem alicui facere propter benemerita iusta ratione cum viri licencia & vir nollet eam vxori dare quod iudex in hoc casu causa cognita poterit virum compellere, vt licentiam praestet vel ipse iudex marito nollente concedere ex l. 4. titul. 3. lib. quinto recopil. & ex his que notauimus infra in 15. limitatione ad praedictam l. Regiam.

146 Sed est aduertendum quod in hoc casu non sufficeret assertio mulieris donantis cum simus in casu prohibito, sed benemerita debent probari vt notat

notat gloss. fin. in l. si donatione. C. de collatio. quam sequuntur, ibi commu nitec. scribentes, vt testatur vbi Alexand num. 5. sequitur, & dicit commn nem opi. Ias in l. ex hoc iure, num. 55. ff. de iusti. & iure, & Socin. conf. 66. col. 3. lib. 1. testatur etiã cõmunẽ bello cõs. 78. nu. 5. Bertrand. conf. 138. nu. 22. lib. 2. Ioan. Lup. in rubr. de donatio inter vir. & vxor. § 31. nu. 3. Capra cõs. 81. nu. 9. Beroi. cõs. 64 nu. 1 lib. 1. Tiraq in d. l. si vnquã verbo donatione largitus, nu. 87. C. de reuo. donatio. Plot. consi. 1. nu. 18. cum seq. Riminal. in princ. insti. de donatio, nu 84. Vaschi. à Mech. lib. 1. de succesio creati. § 5. num. 10. Iuli Clar. in §. donatio q. 3. num. 2. Ioann. Cephal. conf. 94. num. 18. lib. 1. Et maxime hoc in nostro casu procedit cum donatio fiat in præiudicium mariti in cuius fauorem condita fuit d. l. regia & in præiudicium tertij non valeat confesio etiam iurata vt diximus infra in 7. extensione. Et debent benemerita probari quę sint digna remuneratione & præmio condonato equipolleant, vt sentit Bart. in l. si quis pro eo. § 1. in fine. ff. de fideiussorib. & tenent expresse Alexand. in d. l. si donatione, nu 4. C. de collatio. & in conf. 55. num. 4. lib. 1. Ias. in d. l. ex hoc iure. num. 53. ff. de iusti. & iure Deci. conf. 366. nu. 12. & in l. peteris, num. 17. C. de pact. vbi testatur hanc esse communem opi. Ioan. de Amicis conf. 31. num. 10. Iul. Clar. in d. §. donatio. quæst. 3. num. 3. qui ait etiam communem Ioan. Cephal. dict. conf. 94 numer. 19. lib. 1. Et quæ merita sint remuneratione digna iudicis arbitrio sunt consideranda & temperanda, vt tenent Ias. cõs. 154. num. 5. lib. 2. qui testatur de cõmuni Socin. conf. 275. numer. 7. lib. 2. Curti. Iunior cons. 226. nu. 11. Barbati. conf. 2. num. 16. & conf. 29. num. 12. lib. 3. Iuli Clar. in dict. quæst. 3. nu. 3. Ioann. Cephal. dict. conf. 94. num. 19. lib. 1. Menochi. lib. 2. de arbi. iudi casu. 132. numer. 7. & casu 434. In quo arbitrio consideranda est etiam qualitatis donant s an sit nobilis vel ignobilis, diues aut pauper, vt docet Tiraquell. in dict. l. si vnquam verbo donatione largitus, nume. 84. & sequent. C. de reuocand. donatio. & Porti. consi. 21. num. 36. Item debet considerari qualitas benemeriti, & tempus collati beneficij secundum Alexand. in dict. conf. 55. num. 4. lib. 1. & Barb. & Porti. in locis proxime citatis.

147 Quinto extende d. l. regiam procedere etiam in donatione causa mortis quam vxor absque viri consensu facere non potest, vt post plures doctores probat Tiraquell. in l. si vnquam verbo donatione largitus, numer. 199. C. de reuocand. donatio. & post leges connub. gloss. 5. num. 64. cum sequent. quod etiam tenent Couarrub. in rub. de testament. in 3. part. num. 12. & Ludouic. de Molina de Hispanorum primogenijs lib. 2. cap. 9. numer. 4 qui plures etiam allegat & Ioann. à Matienzo in d. l. 2. tit. 3. glo. 1. num. 4.

148 Sexto extende vt locum habeat in institutione maioratus quam etiam vxor absque viri licentia per contractum inter viuos instituere non potest, quia quamuis quo ad reuocationem talis maioratus institutio naturam quodammodo vltime voluntatis obtineat, tamen quo ad ordinationem naturam contractus sequitur vt notat idem Ludoui. de Molina. d. c. 9. nu. 3. lib. 2.

149 Maritus vero solus absque vxoris consensu poterit ex bonis constante matrimonio acquisitis moderatã donationem facere ex iusta causa, vt resoluit idem Molina mediam viam inter duas contrarias opiniones eligens lib. 2. cap. decimo, num, 67. vbi refert doctores eas opiniones tenentes cuius concordia æqua nobis videtur.

150 Sed primogenitum ex dictis bonis constante matrimonio acquisitis absque, consensu vxoris maritus instituere non potest etiam in persona filij primogeniti communis, vt probat etiam idem Molina loco proxime citato respondens fundamentis in contrarium adductis, quod etiam tenet Pelaez à Mieres in tractatu maiorat. 1. par. q. 23. num. 10. cum seq.

151 Septimo extende dict. l. Regiam vt procedat etiam in cōfessione, cum confessio vim donationis obtineat, nam mulier absque mariti consensu aliquid in preiudicium ipsius mariti confiteri non potest, vt notat Purpu. in l. certi condictio. §. si nummos col. 2. ff. si cert. pet. Ferro. in consuet. Burdiga. titulo 1. §. 3. Tiraque l. post leges connub. gloss. 5. q. 10. nu. 113. cum plurib. seq. Lamberteng. in tractatu de contract. gloss. 1. numero 329. cum duob. seq. Ioan. Lup. in rub. de donatio inter vir & vxor. Ioan. à Matienzo in d. l. 2. gloss. 1. n. 2. Confessio enim non nocet tertio & sic nec marito. l. Seia mancipij. ff. ad Velleian, vbi Castren. & alij Cuma. cons. 130. in vltimo dubio, & cons. 155. col. 3. Afflict. decis. 163. in fine, & decis. 245. num. 11. Alexand. cons. 46. col. 2. lib. 5. Corne. cons. 139. lib. 3. Parisi. cons. 19. num. 59. lib. 3. late Roland. cons. 58. numero 10. cum alijs seq. libro 2. quod procedit etiam si talis confessio sit iurata, quia iuramentum quoque tertio non nocet, nec in eius præiudicium aliquid supplet, nec confirmat. c. licet de iure iur. in 6. c. cum contingat extra eod. tit. glo. cōmuniter recepta in c. quamuis pactum de pact. lib. 6. Alex. cons. 55. num. 6. lib. 1. & cons. 38. num. 8. lib. 3. Ias. in l. nemo potest in 1. lectura num. 41. vbi Ripa. num. 78. ff. de leg. 1. Soci. cons. 22. num. 13. lib. 4. cum pluribus alijs infra citatis.

152 Octauo extende vt non solū vxor absque viri licencia non possit distrahere aut liberationem facere in fauorem alicuius debitoris, vt probat. d. l. Regia quæ approbat opinionem plurium doctorū, quos allegat Tiraquell. post leges connub. gloss. 5. nu. 5. cum pluribus seq. Sed etiam in fauorem mariti cum sit donatio. l. in edibus. §. 1. ff. de donatio. l. contra iuris §. si filius ff. de pact. quæ prohibita est inter vir. & vxor. constante matrimonio, vt per totum. C. & ff. de donatio. inter vir & vxor, quod etiam probatur ex authen. si qua mulier. C. de Sacrosanct. Eccles. vbi mulier non potest liberare maritum per pactum notat. Bar. in l. si vnus §. pactus ne peteret. num. 12. & 13. ff. de pact. & in l. Meuia. §. 1. ff. soluto matri. quem sequuntur communiter Doctores, vt testantur. Ias. num. 12. & Orosci. num. 31. in dict. §. pact s ne peteret, & Menchac. de succesio. creatio. §. 4. num. 48. quos refert, & sequitur. Ioan. Guterreus de iuramento confirmatorio, 1. par. c. 55. numero 4.

153 Nono extende vt procedat d. l. regia in cessione actionis nam vxor absque viri consensu nō potest actionem cedere vt notat Lamberteng. de contract. gloss. 1. numero 376. & cedere actionem est distrahere, vt in præcedente extensione diximus, & quasi contrahere quod est etiā vxori prohibitum, vt probat. dict. l. 1. & 2. titulo 3. lib. 5 recop. & probat late Tiraquell. plures allegans post leges connub. glo. 5. numero 119. & 125 cum pluribus seq. Et probatur etiam hęc extensio, quia appellatione alienationis aut venditionis comprehenditur cessio, vt tradit Parisi. cons. 83. per totum lib. 3.

154 Decimo extende, vt procedat in donatione non acceptata, quā mulier absque viri consensu repudiare non potest per ea quæ notat. Ias. in l. cum filiofamilias. col. penul. ff. de leg. 1. &

& Tiraquell. in legib. connub. glo. 5. num. 54. cum duobus seq. licet postea in num. 56. in fine relinquat cogitandum & expresse in terminis. d. l. regie tenet hanc extensionē. Ioan. à Matienzo in l. 1. titulo 3. gloss. 2 num. 3. & Pelaez à Mieres in tract. maiorat. 4. par. q. 23. num. 47.

155 Vndecimo extende vt nec possit vxor absque viri consensu hæreditatem ex testamento, nec ab intestato repudiare, vt disponit d. l. 1. titulo 3. libro 5. recop. per quam reprobatur illa communis opinio. glo. & doctorum in l. si ego. ff. de nego. gest. & in c. si tibi absenti de preb. in 6. & Pauli. conf. 171. lib. 2. & aliorū quos refert. Tiraquell. post leges connub. d. glo. 5. num. 31. qui dicunt mulierē absque mariti consensu posse hæreditatem & res nondum quæsitas repudiare.

156 Duodecimo extende, vt nec mulier absque viri licentia offensam vel iniuriam sibi factam remittere possit, nam eam remittendo videtur distrahere & remittere inimico id ad quod ei erat obligatus, vt notat glos. in cap. 1. in prin. verbo à 18. annis de pac. iura. Firman, quam ibi sequuntur doctores tradit Lamberteng. in dict. tract. de contract. gloss. 1. num. 346. cum seq. Ad quod facit quod in simili casu dicitur de pupillo & adulto qui non possunt sine tutoris vel curatoris authoritate id remittere secundum. Bal. in l. 1. in fine. C. de in integrum resti. minor. & in l. 1. col. 2. ff. de pact. & in l. iusiurandi gratiam, vbi etiam Alex. & Ias. ff. de iureiur. idem Bal. Alberi. Salyc. Castren. Alex. Areti. Ias. Ioan. Mar. Rimi. Decius & Claud. Aquen. in l. pactum curatoris. C. de pact. Crot. in l. 4. §. Cato. n. 167. ff. de verb. oblig. Abb. conf. 108. in fine. lib. 2. vbi hanc dicit magis communem opinionem. Lamberteng. plures allegans in dict. gloss. 1. num. 547. vbi testatur hanc esse communem. Facit etiam quod iniuria & offensa facta vxori censetur etiam facta marito, vt probatur in §. patitur vbi scribentes instit. de iniurijs.

157 Decimotertio extende d. l. regiā vt procedat etiam in promissione dotis, nam mulier absque viri consensu non potest dotem filiæ promittere notat. Bar. in disputatione incip. mulier habens col. 2 Bal. conf. 75. in fine lib. 4 Corne. conf. 282. numero 46. lib. 1. Boeri. in consuet. vituric. titulo de consuet. matri. §. 1. Anto. Gome. in l. 51. Tauri, num. 24. quos sequitur Baeza de non melior. ratio. doct. Filiab. c. 11. num. 48. cum alijs seq. & Ioan à Matienzo in dict. l. 2. titulo 3. gloss. 1. num. 10.

158 Decimoquarto extende vt dict. l. regia procedat etiam in eleemosyna, quam mulier inscio marito, & sine eius consensu elargiri non potest, vt notat gloss. in c. quod de eo verbo huic vbi Archid. 33. q. 5. Bar. in l. 1. q. fin. ff. rerum à motorum. Alberi. in rub. eod. titulo. Bal. in l. si sponsus. §. concessa. in 2. ff. de donatio. inter vir. & vxor. Florian. in l. penul. ff. ad l. Aquili. Ioan. Lup. in rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. 48. num. 3. Tiraquell. post leges connub. glo. 5. numero 218. qui plures citat. Diuus Thom. 2. 2. q. 32. art. 8. Baeza de non meliorand. ratione dotis filiabus. c. 11. num. 56. Lamberteng. in tract. de contractib. gloss. 1. num. 66. licet differentiam constituere vult. inter bona dotalia & Paraphernalia circa quod vide sum. Armill. verbo eleemosyna n. 5. qui post Sanctū Thom. in loco citato resoluit de quibus rebus, & in quibus casibus in foro conscientiæ vxor sine viri consensu potest eleemosynam facere.

159 Decimoquinto extende. d. l. procedere etiam in alia quacumque causa pia in cuius fauorem vxor absque viri consensu, nec contrahere, nec esse in

iudicio potest,vt sentit. Bar. in l. 1. q. 4. num. 25. C.de Sacrosanct. Eccles. & tenet expresse Abb. cons.63. nu. 2.lib.1. Tiraquell.post leges connub. glo.8. nu.174. Caspar.Baeza de non meliorand. ratione doct. filib. c.11.num.57. cum alijs seq. Lamberteng. in d.tract.de contractib. gloss. fin. numero.135. cum alijs seq. Ioan. à Matienzo in l. 2.tit.3.lib.5.gloss. 1. num.10 licet Roderi. Suarez in l.13 titulo 20.lib.3. Fori.in 1. q. differentiam faciat inter contractum factum in fauorem Clerici vel Ecclesiæ,vel in fauorem pie causæ cuius differentia in hoc casu procedere non potest presupposita ratione dictæ legis regieque condita est in fauorem mariti ob euitandum eius in commodum nam siue contractus fiat in fauorem Ecclesiæ, siue in fauorem pie causæ pro anima,nec fieri potest in præiudicium mariti.

Decimosexto extende,vt prodat in
160 voto nam sine viri consensu mulier vouere non potest. c. manifestum.c. hæc imago. c. noluit.33. q. 5. declarant hoc hosti. in summa de pœniten.& remissio. §.quibus & qualiter vers. quid de vxore Abb.in c.Scripturæ de voto, & in c.ex multa eodẽ titulo. Marc. Anto. Baue.in tract.de virt.iura. char. fin.versi. licet Episc. Lamberteng.qui in hoc distinctionẽ facit in d.tract.de cõtract.gloss.11.n. 69.cum seq. summa Armilla verbo votum & regia.l.3.& 9. titulo 8.par. 1. l. 7. titulo 2. par.4. & in vtroque loco. Grego. Lop.in dict.l.3. verbo *Ni la muger*, & in d.l. 7. verbo *o re voto*.

Decimo septimo extende.d. l.pro
161 cedere etiam in ludo,nam mulier sine viri licentia ludere non potest. l. fin.ff. de aleat. tenent.hosti.in summa de pœnit. & remissio. vers. fin. sub.§. quid de lusoribus. col. 2. Salyc. in authen. alearum vsus ante finem. C.de religio. & sumptib fune. Abb. in c. quia plærique. q. 11. de immunit. Eccles. Paris. de Puteo in tract. de ludo charta. 2. col.2. Tiraquell. post leges connub. gloss.5. q. 18. Lamberteng. in dicto. tract. de contract.gloss.1.num.47.qui alios allegat. Quod intellige non procedere in modica quantitate de iure huius regni permissa, vel quando quid in conuiuio vescendum luditur. l. fin.in prin.ff.de aleat.notat gloss.1.in c.1. 35.distin. Abb.& Imol.in c.Clerici de vita & honest.Cleri.Lamberteng. loco proxime citato.

162 Decimooctauo extende vt non solum mulier absque viri consensu nõ possit contrahere, nec alienare, sed etiam non potest alienationi,vel cõtractui consentire, quia qui non potest contrahere censetur prohibitus alteri etiam contrahenti consentire, quando eadem est ratio vt notat.Bal in l. 2. ante finem. C. si aduersus donationem quem sequitur. Alexan. in additio. ad Bar.in l. apud Iulianum. §.fin. verbo dicit statutum in fine.ff. ex quib.caus. in possessio. eat. Tiraquell. post leges connub.gloss.5.nu. 136. cum seq.& nu.145. cum seq. & in l.Si vnquam verbo donatione largitus.q. 22. Cagnol. in l. aliud in fine.ff.de reg.iur. Ambro Opizo. in repetitione. l. si filiusfamilias. §. diui. num.127.& 128 ff.de leg.1. Lamberteng. d. glo. 1.num.326.cum duobus seq. Ioan à Matienzo,in l.2.titulo 3. gloss.1. num.5.

163 Decimonono extende vt nec diuisionem vxor absque viri consensu facere possit,vt tenet Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 34. vbi etiam Ripa.nu. 86. ff.de verb.oblig. idem Ripa.lib.respon. c.80. num.53. Decius in l. cum proponas.2. notab. C.de pact. Tyraquell.d. glo ss. 5. num 216.& in tract de vtroque retract. titulo 1.§. 32.gloss.vnica.numero 88 Ambro.Opizo. in dicta repetione.l. filiusfamilias.§.diui.num.106.& seq. ff.de

ff. de leg. 1. Lamberteng. dict. gloss. 1. numer. 29. cum alijs seq. Cephal. cons. 64. col. 2. lib. 1.

164 Vigesimo extende vt nec possit mulier absque viri consensu transigere nec compromittere, vt probat Tiraquell. post leges connub. glo. 5. nu. 202. cum quatuor seq. & in tract. de vtroque retract. titulo 1. §. 1. gloss. 14. nu. 65. Boeri in consuet. Vituric. titulo 1 §. 4. gloss. 3. Crauet. cons. 197. col. 2. lib. 2. Lamberteng. in dict. tract. de contract. lib. gloss. 1. numer. 17. cum seq. Ioan. à Matienzo in dict. l. 2. titulo 3. lib. 5. recop. gloss. 1. num. 6. & 7.

Vigesimo primo extende vt nec possit mulier absque viri consensu fide iubere per ea quæ tradit Tiraquellus post leges connub. gloss. 5. n. 104. cum tribus sequentibus quem refert & sequitur. Ioan. à Matienzo in dict. l. 2. titulo tertio. gloss. 1. numero 5.

166 Vigesimo secundo extende vt nec possit vxor absque viri consensu rem pignorare vel hipothece submittere vt probat late Tiraquell. in dict. glo. 5. post leges connub. num. 108. cum trib. seq. & tenet etiam. Arnol. Ferro. in consuet. Burdiga. titulo 1. §. 3 col. 1. & Lamberteng. alios referens in d. tract. de contract. gloss. 1 numer. 46. & Ioan. a Matienzo in dict. l. 2. glo. 1. numero 5.

167 Vigesimo tertio extende. d. l. regiam procedere in constitutione vel remissione seruitutis, nã mulier absque mariti consensu non potest seruitutem constituere nec constitutam remittere, quia prohibita alienatione siue per legem, siue per testatorem, siue per contrahentes censetur etiam prohibita impositio, seu remissio seruitutis. l. fin. C. de reb. alien. non alien. pro quo etiam facit quod sicut non potest prædium minoris sine decreto alienari, vt per totum. titulo ff. de reb. eorum, & C. de prædijs minorum, ita nec ei seruitutem imponere, aut iam impositam tollere minor potest. l. 3. §. simili modo. ff. eod. titulo de reb. eorum, & in fundo dotali alienari prohibito, idem dispositum est, vt in dict. §. simili modo, & in l. Julianus cum l. seq. ff. de fundo dotali. Et facit text. in l. non solum §. si quis autem vers. ad iura. ff. de alienatio. iudi. mut. caus. fact. & in l. sed & si quis. §. sed nec seruitutem, & §. fin. ff. de vsufruct. quę iura ad hoc allegat. Lamberteng. in d. gloss. 1. num. 382. qui hoc notat ad statutũ; vt mulier non possit contrahere sine consensu propinquorum qui in alijs numeris seq. tenet & probat, quod nec poterit mulier non vtendo ipsam seruitutem amittere.

168 Vigesimoquarto extende vt procedat in solutione debiti facta mulieri quę absque viri consensu eam recipere non potest, ad hoc vt soluens liberetur, vt in statuto prohibente minorem contrahere, sine propinquorum consensu probat. Ruy. cons. 159. col. 2. lib. 5. dicẽs quod recipiendo obligat se ad non petendum ad quod facit text at ex contrario insti. quib. alienari liceat, vel non & in l. pupillo in prin. ff. de solutio. vbi soluens pupillo sine tutoris authoritate non liberatur, quod ex dictis iuribus generaliter procedit in omni persona alienari prohibita tenet etiã in hac specie Ferro. in consuetudine Burdiga. in titulo de statu, & iure personarum. § 3. col. 1. Lamberteng. in dict. tract. de contract. gloss. fin. num 147. quod intellige, verum nisi mulier sa[l]uam habeat pecuniam sibi solutã, aut ex ea lucupletior facta sit ex dict. l. pupillo in fine, & ex d. §. at ex contrario vers. sin autem aliter vt decla. at Lamberteng. in d. gloss. fin. & in gloss. 24. num. 3. cum seq. vbi late tractat quando facta dicatur locupletior.

169 Vigesimo quinto extende vt nec mulier

mulier nupta si fuerit patrona Ecclesiæ poterit sola absque viri consensu præsentare ad beneficia si ius patronatus vxori in rebus dotalibus competat; vt tenent Rochus de Curte in tract. iuris patronatus in verbo ipse vel. is.num. 60.cum seq. Cęsar Lamberti in eod. tract. lib. 1. in 2. par. q. 10. prin. art. 2. per totũ. quos sequitur Ludoui. de Molina de Hispanorũ primogenijs. lib. 1. c. 24. numero tertio qui alios contrariam opinionem tenentes allegat.

170 Vigesimosexto extende. dict. l. Regiam procedere etiamsi contractus fiat in testamento, quia licet vxor absque viri consensu possit testari per ea quæ tradit Tiraquell. post leges connub. gloss. 5. numer. 93. cum seq. & Ludouic. de Molina de Hispanorum primogenijs. libro 2. c. 9. numero 2. non tamen poterit in testamento contractum vel distractum facere sine mariti licentia quãuis alias fieri possit irreuocabilis vt notant. gloss. Bar. Bal. Paul. Ang. Imol. Areti. & cæteri scribentes in l. hæredes palam. §. fin. ff. de testam. Tiraquell. qui circa hanc extensionem plura in specie congerit in dict. gloss. 5. numero 101. quos sequitur Lamberteng. in dict. tract. de contract. gloss. 22. num. 4. cum pluribus sequentibus. Ioan. à Matienzo in dict. l. 2. titulo 3. lib. 5. gloss. 1. num. 3.

171 Vigesimo septimo extende vt d. l. regia procedat etiam si mulier contraheret cum patre, nam in hoc casu erit necessarius cõsensus viri vt cõtractus valeat, vt tenet Roderi. Suarez in l. 13. titulo 20. lib. 3. Fori. in 2. limitatione, quæ lex expresse probat hanc extensionem. Et licet contrarium teneant Tiraquell. & plures per eum citati post leges connub. gloss. 5. num 33. cum plurib. seq. & Lamberteng. in dict. tract. de contract. in gloss. fin. numero 100. cum pluribus seq. loquuntur tamen quando solum tractatur de præiudicio filiæ, hic vero tractatur de præiudicio mariti, & sic cessat ratio dictæ. l. regiæ.

172 Vigesimo octauo extende, vt procedat etiam si mulier contrahat cum filijs, nam in hoc casu est etiam necessarius consensus mariti, vt contractus valeat, vt notat Tiraquell. post leges connub. glo. 8. q. 12. num. 100. & Lamberteng. in dict. tract. de contract. gloss. fin. numero 113. cum seq. quod secus esset, si dict. l. regia condita esset solum ob fragilitatem mulieris, vt Tiraquell. & Lamberteng & plures per eos citati tenent.

173 Vigesimo nono extende, etiam si mulier contrahat cum principe, vel eius fisco, nam tunc erit necessarius consensus mariti ad validationem contractus cum tractetur de præiudicio ipsius mariti, cuius ius princeps sine causa tollere non potest. l. quoties. C. de precibus Imperato. offerend. l. fin. C. si contra ius vel vtilit. publi. l. Lucius. ff. de euictio l. item si verberatum. §. primo. ff. de rei vendicatione. l. quod semel. ff. de decret. ab ordine faciend. tradit late Pinel. in l. 2. in 1. par. cap. 2. numero primo. cum pluribus sequentibus. C. de rescind. venditione, & Ludouic. de Molina. lib. 1. de Hispanorum primogenijs. c. 8. numero 29. vbi plures citat idem tenentes, imo etiam cum causa non potest tollere ius tertij nisi dato bono cambio. l. 1. C. ex quib. caus. serui prò præmio. lib. accip. l. venditor. §. si constat. ff. commu. prædiorum. tradunt. Feli. in cap. quæ in Ecclesiarum numero 33. cum pluribus seq. de consti. Aymon. cons. 135. numero

num. 17. & conf. 241. nu. 12. & 13. & 20. Pinel. & Molina. in l. cir. citatis & proba. Regia. l. 2. titulo 1. par. 2. & l. 13. titulo 18. par. 3. Item quia dicta lex regia fundata est in ratione naturali, & diuina: nam congruum est vt vxor quæ est sub potestate viri non possit sine eius consensu contrahere in ipsius mariti præiudicium, & lex vel statutum à principe confirmatum quod ratione nititur naturali ligat ipsum principem secundũ Bal. in c. 1. §. fin. col. 1. qui feud. dare poss. cum concordantijs à Tiraquello congestis in tract. de vtroque retract. titulo 1. §. 1. gloss. 13. num. 39. & tenent canonistæ in c. significasti de foro compet. Ioan. Mar. Rimi. & Curti. Iunior. in l. 1. ff. quod quisque iuris & hac ratione sentit. hanc extensionem Tiraquell. post leges connub. glo. 8. num. 176. Sed hanc extensionẽ intellige procedere, quando per contractum mulieris cũ principe factum maritus fuit læsus ex his quæ dicta sunt in primo fundamento non vero per vltimum & proximum fundamentum, nam licet princeps non sit solutus lege naturali, vel diuina. c. sunt quidam c. contra statuta 25. q. 1. tradit Orosc i. in l. princeps num. 6. cum duobus sequentibus. ff. de legib. & tenent doctores proxime citati, nec etiam sit solutus iure gentium. Clem. Pastoralis. §. cæterum de re iudi. §. fin. insti. de iure naturali genti. & ciui. §. sed agnationis quidẽ insti. de legiti. agnat. tut. notant gloss. & doctores in l. vlti. C. si contra ius, vel vtilit. publi. Castren. & Soci. in l. si quis iniquum. §. si is pro quo. num. 7. ff. quod quisque iuris tamen lege ciuili vel statuto ab ipso principe confirmato solutus est de necessitate licet non de honestate, & ratione. l. princeps legibus. ff. de legib. l. 1. ff. de consti. princip. notant. Bar. Bal. Salyc. & Paul. in l. digna vox. C. de legib. idem Bar. in l. Lucius Titius in 2. col. 1. ff. de fide commissar. libert. Alberi in dict. l. princeps. num. 3. cum seq. ff. de legib. Ang. Paul. & Alex. qui hanc testatur communem opi. in l. 1. ff. quod quis quæ iuris. Bal. in c. cum omnes. num. 26. & 27. de consti. & in l. cum ipse. col. 2. vbi etiam Salyc. in finalibus verbis. C. de contrahenda emptione. Ruy. conf. 83. col. vlti. libro 5. hanc dicens communem opinionem Domi. à Soto. libro 1. de iusticia & iure q. 6. art. 7. Lamberteng. in d. tract. de contract. gloss. fin. num. 98. probat. Regia. l. 16. titulo 1. par. 1. vbi Greg. Lop. notat. & sic cum dict. l. regni quæ requirit consensum mariti sit lex ciuilis non est rex ea astrictus, & per consequens in contractu cum eo à muliere nupta celebrato nõ interueniente læsione non est necessarius consensus mariti.

174 Trigesimo extende dict. l. regni procedere etiam si mulier ob suum delictum sit carcerata & velit se liberare vel redimere, vt tenent plures relati per Tiraquell. post leges connub. glo. 8. num. 290. Alex. in l. quamuis col. 2. ff. soluto matri. Ias. in authen. res quę col. 5. C. commu. deleg. vbi hanc testatur communem testatur etiam communem Mathe. Gribal. commu. opi. Chata prima versi. alienatio. & vers. bona subiecta. Rimi. Iunior. in §. 1. num. 280. cum quatuor sequentibus instit. de donatio. Lamberteng. in dict. tract. de contract. gloss. 1. num. 60. cũ alijs sequen. qui plures citat distinctionẽ facientes an mulier culpa sua, vel absque ea penitus sit carcerata, quæ distinctio cessat in hoc regno stante. l. 4. titulo tertio, lib. 5. recop. per quã maritus potest per iudicem compelli ad præstandum consensum, si iniuste eum denegauerit, vel marito nollẽte possit iudex mulieri licentiam dare nisi periculum sit in mora, vt infra in 16. limitatione diximus in nu. 258.

Trigesimo

175 Trigesimo primo extende vt procedat etiam si mulier absque consensu viri delictum, vel quasi commisserit ex quo bona veniant confiscanda, nam in præiudicium mariti non potest delinquendo ei auferre ius, quod habet constante matrimonio cum condita sit d. l. regni in eius fauorem, vt supra nu. late probauimus quod probatur nam prohibita alienatione in fauorem alterius delinquendo quis non alienat. in præiudicium illius in cuius fauorem facta est prohibitio. l. si finita. §. si de vectigalibus vbi Bar. col. fin. notat. ff. de damno infecto & in l. statius. §. vlti ff. de iure fisci. & in l. quecunque ff. de bon. damnat. idem Bar. in l. si quis in tantam. col. 2. C. vnde vi. cum alijs adductis per Tiraquell. post leges connub. gloss. 5. num. 156. cum sequenti idem tenet Curti. Iunior in l. si vnus §. pactus ne peteret. ff. de pact. Boeri. in consuet. Vituric. titulo 1. §. 4. in gloss. verbo. encas desus. in prin. Cassane. in consuet. Burg. rub. 4. §. 1. gloss. verbo contra vlt. col. 4. Ferro in consuet. Burdiga. titulo de statu & iure person. §. 3. col. 6. Lamberteng. in d. tract. de contract. glo. 1. numero 351. & 355. in fine.

176 Trigesimo secundo dictam l. regiam procedere, si mulier sine viri consensu rem emphiteoticam vel aliam rem alienari prohibitam alienauerit sine consensu domini, nam nō incurret caducitatem ex his quæ tradit Tiraquell. post leges cōnub. glo. 8. q. 24. num. 105. cum pluribus sequentibus, & in tract. de vtroque retract. titulo 1. §. 1. gloss. 2. numero 6. quam etiam opinionem tenent Ias. in l. 2. §. quod si in patris. col. 6. ff. solutio matri Feli. in c. nobis. col. 3. de simonia Curti. Iunior in l. vbi pactum in finalib. verbis. C. de transactio. & in simili casu consuluit Crauetta cons. 191. num. 6. & 7. lib. 1. & in feudo testatur communem. Iuli. Clar. §. feudum. q. 31. num. 32. licet ipse aliter distingat an ob missam canonis solutionem de caducitate tractetur, & tunc non incurrat, aut de alienatione & incurrat, sed in vtroque casu verior est opinio. Tiraquelli quam videtur sequi Lamberteng. in dicto tract. de contract. glo. fin. num. 159. quod securius procedit stante ratione dictæ legis regni nam læderetur maritus si mulier incurreret caducitatem.

177 Trigesimo tertio extende vt vxor absque viri consensu non possit contrahere etiam si bona de quibus fit contractus sint extra regnum, vbi nō est talis lex vel statutum, quia quando statutum fauorabile disponit principaliter & directe circa personam sibi subiectam extenditur ad bona alibi sita tanquam accessoria, ipsius personæ. l. propter litem. §. licet. ff. de excusatio. tut. notat. Bar. in l. 1. nu. 52. C. de summa Trinit. & fide Catho. quem ibi sequuntur. Bal. nu. 18. & 19. Salyc. num. 11. Areti. col. penul. purpu. num. 130. idem Bar. in l. si duo in fine ff. de administratio. tut. & in l. ex Castrensi. ff. de Castrensi peculio. idem Bal. cons. 131. num. 4. & 5. lib. 2. & cons. 60. col 1. libro 5. Ancha in c. canonum statuta. q. 12. de consti. in 6. Alex. cons. 41 col. 2. lib. 5. & cons. 116. num. 6. lib. 6. & cons 141. num. 15. & 16. lib. 7. qui testatur de communi. Barba cons. vltimo. col. ante penul. lib. 3. vbi hanc dicit communem. Ias. cons. 136. col. 1. & 2. lib. 2. & cons. 194. col. 1. eod lib. Soci. cons. 176. col. 4. lib. 2. & cons. 103. num 19. lib. 4. Decius cons. 276 col. 2. vbi hanc testatur communem opinionem & cons. 314. col. fin. vbi quoque ait communem & in l. fin. num. 3. & 13. vbi Cagnol. num. 21. ff. de iurisdictio. omni iudi. idem Decius in l. si quis nec causam numero 3. ff. si cert. pet. Curti. Iunior. cons. 9. per totum & cons. 108. numer. 30.

ait communem. Tiraquell. post leges connub. gloss. 8. num. 219. cum seq. & magis in specie. num. 228. Cravet. cons. 271. numero. 4. lib. 1. dicit etiam communem. Brun. in tract. statu. femi. exclu. art. 8. q. 25. num. 139. cum alijs seq. Roc. de Curt. qui testatur de communi in c. fin. sectio. 9. num. 26. de consuet. Anto. Natt. cons. 149. col. 2. Pelaez à Mieres in proprijs terminis nostrę legis regni in tract. maiorat. 1. par. q. 58. num. 25. cum seq. Lamberteng. plures referens in dict. tract. de contract glo. 2. num. 33. Ioan. Cephal. cons. 309. num. 24. & 38. lib. 3. Licet Ioan. à Matienzo, & alij per eum citati in l. 2. titulo 9. lib. 5. gloss. 1. nu. 74. contrarium teneant quorum opinio locum habet, quando lex vel statutum continent prohibitionem odiosam, vel disponit principaliter circa rem secus vero quando continet prohibitionem fauorabilem & disponit principaliter & directe circa personam prout disponit. d. l. regia.

178 Trigesimo quatto extende dispositionem dicte. l. procedere etiam si maritus & vxor sint penitus extranei huius regni extra quod matrimonium contraxerunt & domicilium habent in loco vbi seruatur ius commune, tamen bona de quibus fit contractus sunt sita in hoc regno, nam tunc vxor non poterit contrahere absque viri consensu super bonis in hoc regno sitis cum bona dicantur sub illius iurisdictione in cuius territorio sunt sita. l. iubemus nullam. C. de Sacrosanct. Eccles. c. postulasti vbi Innoc. & alij de foro compet. & sic debent iudicari secundum leges cuius regni vbi sunt sita, & non secundum leges & consuetudines domicilij mariti. l. fin. ff. de iurisdictio. omni iudic. c. illa 12. distin. tenent expresse. Guili. Decun. Dyn. Rayn. Faber. Bal. Areti. & Alciat. in l. 1. C. de summa Trinit. & fide Catho. idem Bal. cons. 245 lib. 1. & cons. 132. lib. 2. collect. & Ancha. in cap. 1 q 12. vbi testantur communem de consuet. idem Ancha. cons. 165. Alex. cons. 28. lib. 1. & cons. 19. lib. 6. vbi ait communem. Decius cons. 283. Corne. cons. 115. numero 4. & 5. lib. 6 & cons. 202. num. 11 libro 2. Soci. cons. 288. & cons. 292. lib 2. Gozad. cons. 49. nu 11. & 17. Curti. Senior. cons. 43. num. 19. Aymon. cons. 30. Rubeus cons. 71. qui ait communem. Didac. Couarru. in epit. de sponsal. 2. par. c. 7. in prin. nu. 9. Iacob. septim. de insti. Cathol. c. 9. num 99. & seq. Grego. Lop. in l. 24. titulo 11. par. 4. verbo ganancias. Ioan. à Matienzo plures allegans in l. 2. titulo 9. gloss. 1. num 74. Sed quia nonnulli ex dictis doctoribus in distincte loquuntur, hoc est intel ligendum nisi in domicilio mariti esset cõtraria lex vel statutum fauorabile quod loqueretur in personam, nam tunc seruanda erit talis lex vel statutum ex his quæ in præcedenti extensione diximus, sed si seruaretur ius commune, & nõ esset contrariũ lex fauorabilis loquens in personam tunc procedit hæc extensio.

179 Trigesimoquinto extende dictam l. regiam procedere etiam in muliere alterius regni vbi non est similis lex vel statutum & nupta est in hoc regno cum naturali & domiciliario nam non poterit in hoc regno contrahere absque viri consensu, vt in simili statuto prohibente mulierẽ sine viri consensu contrahere notat. Bal. cons. 139 lib. 5. concludens mulierem ligari dicto statuto si in eo loco vbi nupta est, contrahat quem sequitur Castellian. Cotta in memoria lib. iuris verbo statutum quod vxor, & Tiraquell. post leges connub. glo. 8. n. 229. & Lamberteng. in dict. tract. de contract. gloss. 2. num. 16. cum tribus sequentibus. Et ratio est quia mulier sortitur forum & domiciliũ mariti.

mariti.l.cū quædam puella, vbi scribentes. ff. de iurisdictione omnium iudi.l. fin.§.item rescripserunt.ff. ad municipal.l. mulieres. C. de dignit. lib.12. & sic si diuersa sit lex vel statutum in loco vbi maritus domicilium habet à lege, vel statuto domicilij vxoris debet attendi lex vel statutum, seu consuetudo domicilij viri & non vxoris in acquisitione vel solutione dotis, vel aliarū rerū ratio nematrimonij, vt notāt doctores in l.exigere dotē.ff.de iud.Bar. & alij in l.1. C de summa Trinit.& fide Catholi.Feli.in c.1. num.24.de sponsa. vbi hanc testatur communem opinionem sequitur, & dicit eam communem Boer.in cōsuetudi. Vituric. tit.de consuet.matri.§.4. Roder.Suarez in l.1.tit.3.lib 3.fori, limit.6. Couarru.in epit. de spons.2.parr.c.7. in princ.num.7. Ioan.à Matienz.in.l.2. tit.9.glos.1.nu.70.

180 Trigesimo sexto extende dictam l.ex ratione præcedentis extensionis vt procedat etiam si mulier forensis alterius regni nupta cum naturali & domiciliario huius regni contrahat extra hoc regnum in loco, vbi non est similis lex vel statutum, sed seruatur ius commune, nam non poterit ibi contrahere absque viri licentia, vt tenet Ruin.cons.31.in fine lib.4.& cons.160.col. 1. & 2 eod. lib. vbi ait hanc esse communem opinionem Parisi.cons.99.col. penul.lib.1.Chassane.in consuet.Burg. rub. 4.§ 1.gloss. verbo contra. numer.18. Tiraquell. post leges connub.glos.8. num. 216. cum alijs sequen. Lamberteng. in d. tract.de contract.glo.2.num. 42.qui alios citat hanc extensionem tenentes ad quam faciunt eaque in precedenti extensione dicta sunt.

181 Trigesimo septimo dispositionem dictæ l.regni extende vt locum habeat etiam si mulier contraheret conferendo contractum in tempus soluti matrimonij quia cum lex ab initio resistat in aliud tempus contractus conferri non potest. l. si minor C.de seruis ex port.facit.l. 1.& totus tit. C. si minor maior fact.notant expresse Rui. cons.145. num. 5. lib. 1. Deci.cons.502. num.3. Peralta in l. heredem num.77.cum seq. ff.de leg. 2.Vaeza de non melliorand. ratione dot.filiab.c.11. num. 79. cum duobus seq. Pelaez à Meres in tract.maiorat. 1.par.q.2. nu.8. Ioan. à Matienzo in d.l.2.titu. 3. glo.1.num.12. Sed cum in hoc casu cesset mariti præiudicium cessat dictæ l.ratio & eius dispositio & hæc extensio procedere non potest, quia conferendo contractum in tempus quo maritus omnino lædi non potest valet ab initio contractus, & dicta lex non resistit & sic viro mortuo poterit mulier cogi contractum obseruare cum iam non tractetur de viri præiudicio quod ita distinguens tenet Tiraquell.post leges connub. gloss 8.nu.291. quem sequitur Lamberteng. ind. tract. de contract.gloss.8. num.14. pro quorū opinione facit tex.in c.dvxor in prin de sepult.

182 Trigesimo octauo extende eam.l. procedere etiam si mulier minor 25. annis curatorem habens cum eius authoritate contrahat, quia adhuc necessarius est consensus mariti de cuius præiudicio tractatur ex ratione supra in principio adducta ad dictam .l. regni quę non tollit solemnitatem quæ de iure in contractu minoris curatorem habentis necessaria est; & sic cum maritus lædi possit in contractu vxoris minoris non cessat ratio & necessarius erit eius consensus vna cum curatoris authoritate cuius officium non cessat per matrimonium minoris. l. non comitus . C. de procurato. l. maritus C. qui tut. dar. poss.l amplissimi.C.de excusatio.tut l.3.C.de interdict.matri.

tri lex secunda. C. si sæpius in integrum restitutio. post. fue. vbi Castrens. notat. §. ijdem rescripserunt institut. de excusatio tutor. & probat. lex tertia, titulo 17. parti. 6. notat. Gregor. Lop. in l. 3. titul. 15. par. 2. tradit Parladori rerum quoti. cap. 12. Nec obstat, quod in statuto disponente, quod mulier non possit contrahere, sine consensu propinquorum contrariũ teneant Angel. in l. quod Iulian. §. fin. vers. sed dubitat vbi etiam Rapha. Cuma. ff. ex quibus caus. in possest Alexan. in l. 3. §. sed procurato. colum. 1. ff. quod quis. q. iuris, & in consil. 189. colum. 3. lib. 7 quos sequitur Lamberteng. in dict. tract. de contract. glossa 2. numer. 82. cum seq. quia eorum opinio procedit quando consensus propinquorum requiritur propter fragilitatem mulieris, prout indicto facto statuto, quia tunc curatore interueniente statuti ratio cessat, sed in casu, l. Regni consensus mariti requiritur in eius fauorem ob euitãdum præiudicium, quod ei euenire potest ex contractu vxoris, vt non semel dictum est, & sic curatore solo authorante personam mulieris minoris, non cessat dict. l. Regię ratio, quæ inducta est pro marito.

183 Et pari ratione si mulier minor 25. annis curatorem non habeat in venditione rei mobilis, non solum, erit necessarius consensus mariti, sed requiritur decretum iudicis per titulum. C. de prædijs minorum, & ff. de reb. eorum, nam dicta l. Regia non tollit iuris communis solennitatem, sed prouidetur per eam ne maritus per contractum mulieris præiudicetur, & ita in simili casu consuluit Castrens. consil. 105 colum. 1. libro secundo quem sequitur Tiraquellus post leges connub. glos. 8. numer. 49.

184 Trigesimonono dictam l. Regiam extende procedere etiam si maritus sit minor 25. annis maior tamen 14. nam in contractu vxoris erit necessarius eius consensus, qui sufficiens erit ad validationem contractus ab vxore celebratus ex eo, quia per dictam l. Regiam, vt pluries dictum est, consensus mariti non requiritur ad integrandam vxoris personam propter eius fragilitatem, sed ob commodum, vel incommodum mariti, & sic cum talis minor curatorem non habens possit obligari, & valet contractus per eum factus, licet possit restitui si sit læsus, l. si curatorem habens. C. de in integrum restitut. minorum, & per totum titul. ff. de minoribus poterit consensum in contractu vxoris præstare, vt probatur ex textus in capit. constitutus de in integrum restitutio. quem ad hoc allegat. Benendict. de Plum. in lege prima columna prima, ff. de manu vindicta, qui ait, quod aut statutum requirit consilium, & non includitur minor, quia tunc debet tale statutum restringi ad personas idoneas, l. vt gradatim. §. & si lege, ff. de muneribus, & honoribus, & notatur in l. prima, ff. de Sacrosanctæ Ecclesiæ, & sic ad habentes consilium animo, & ætate, l. vltim. in fine, ff. qui pet. tutor. & ideo minor carens consilio non includitur sub tali statuto. lex prima, ff. de minoribus, lege si minor, ff. de seruiexportand. lex fin. ff. de manumis vindict. & idem erit quando requiritur consensus propinquorum ad mulierem habilitandam quia tunc etiam non videtur statutum de consensu minoris cogitasse, cum de pleno consensu intelligi debeat, l. cum filio, ff.

L dele-

de leg.3. l.quanquam ff.de rit.nupt.l. filium habeo,ff.ad Macedon. aut sta tuto colligitur,quod requiritur consensus ob prejudiciũ consencientis, & tunc persona minoris includitur, per tex. in dict. c. constitutus, quam distinctionem sequitur, Tiraquell. post leges connub.glos.8.numer.43. & sentit Lamberteng. in dict. tract. de contract.glo.8.nume.22.cum seq. & ita cum dict.l.Regni requirat con sensum mariti, ob eius præiudicium euitandum comprehendit etiam minorem per dictam plum. distinctionem.

185 Sed si maritus minor curatorem habuerit,& in contractu vxoris alienatur res cuius maritus est dominus, vt res dotalis,l.doce ancillam. C. de rei vẽdi.vel alia inqua virius habeat tunc cum officium curatoris per ma trimonium non finiatur,vt in præcedenti extensione diximus, & minor proprie faciat.l.si fundus.§.fine sciẽte, ff.de pignorib.vna cũ cõsensu viri necessaria erit curatoris authoritas alias cõnsensus,& per consequẽs contractus erit nullus dict.l.curatorem habens.C.de in integrum resti. & si res immobiles vendatur requiritur decretum iudicis per titulum. C. de prædijs minor, & ff. de rebus eorum.

186 Si verò maritus minor curatorem habẽs cõsensum præstat in cõtractu vxoris,inquo non alienatur res cuius domine sit maritus, sed simpliciter consensum præstat,quia tunc non facit,sed tantum non impedit valet cõtractus,licèt authoritas curatoris nõ interueniat,vt probat tex.in l. Si pater filio,§.quoties, ff. de manu. vind. cuius verba sunt,minor 20. annis do minus, nec cõmunem quidẽ seruum sine consilio rectè manumittit. Sed etsi pignori obligatum sibi minor. 20. an. manumittitur patiatur rectè manumittitur, quia non tam manumittere is, quàm non impedire manumittentem intelligitur idem probat tex.in l.2. ff. eodem titul. cuius verba sunt, si minor sit annis 20. fructuarius, an posset libertati consentires, & puto consenciendo posse ad libertatem perducere vbi glossa ver bo libertati noctat, quod minor potest alij consentire in eo, quod ipse per se facere, non potest idem notat glossa in l. sicut proponis verbo creditore.C.de seruo pigno dato,& in l. qui in fraudem verbo libertati ff.qui & â quib. vbi notat, quod licèt per illum tex. pupillus, sine authoritate tutoris non possit consentire manumissioni,si tamen sit adultus poterit per supradicta iura, quod etiam notat Bald.in dict.l. si vt proponis numer.1.C.de seruo pigno. dato quem adhoc citat Tiraquell.post leges connub. glossa 8. numer. 42. inquocunque tamen casu, in quo minor per cõsensum prestitũ in con tractu vxoris sit læsus habet restitutionem in integrum dict.l.si curatorem habens.C. de in integrum restit. minorum,& per totum titulo. ff.de minorib.

187 Quadragesimo extende dict.l.Regiam locum etiam habere in prodigo notoriè, & manifestè prodigo cuius consensus erit quoque necessarius ad contractus mulieris validationem, quia talis prodigus potest contrahere,& alienare antequam sibi â iudice interdicatur, vt notat glossa,in l.is cui bonis, quam ibi sequuntur scribentes teste, Ias.numer. 9.ff.de verb. oblig. idem tenet Bernardus Diaz regul. 611. quem ibi in annotatio. sequitur Ignati de Salzedo,& Rebuf.super consti. Regias in tract.de senten.proui.art.3. glossa 4. numer. 2. Segura in l. Imperator. numer.113.vbi Didac. Perez in additionib. ff. ad Trebellian. vbi hanc testatur cõmunẽ opi.Ferd.Go.Arias in l.

In l.60. Tauri nume.19.& 20. Anto. Gomez in tract. de contractib. cap. 14.num.31. Vazchi de contro. illust. cap.17 num.1.& 3. Celsus Hugo cõs. 31. Octauian. Cacher. decisione 170. 171.& 177. num.7. Bursat. cons.200. nu.33. lib.2.& probat l.5.tit.11. part. 5. vbi Gregor. Lop. verbo, *defendido*.

188 Sed aduerte, quod licèt notorietas prodigalitatis non operetur interdictionem sicut crimen notorium non priuat ipso iure beneficio, vt notat Innoc. in cap. cum nostris de concessione præbende, Abb.& alij in c. 2. de rescrip. generat tamẽ malã fidẽ adeo, quod qui emit. à notorie prodigo præscribere non potest propter malam fidem c. vilgilanti cap. fin. de præscriptio. tradit Rebuf. in loco proxime citato.

189 Nec est omittendum, quod si ante interdictionem prodigus est læsus potest restitui, etiamsi non fuerit minor, quia minori æquiparatur. l. Fulcinius §. planè. ff. ex quibus caus. in possessio eatur, l. is qui, §. fin. ff. de tutel.& curat. datis ab his, l. cærti cõdictio, §. quoniam, ff. si cert. pet.& ex hac causa subenit illi prætor. l.1. ff. ex quib. caus. maior, & facit, l. necnon eod. tit. & quod possit ante interdictionem restitui tenet glossa in l. patri verbo interdici, ff. de mino. & in l.2. C. de curato. furio. in verbo ad agnatum, quam ibi sequuntur Doctores Roma sing.223. Rebuf. in dict. tract. de sentent. proui. artic.3. glos. 4. nu. 7. Anton. Gom. & alij per eum citati in dict. tract. de contractib. cap.14. numer.30.& hæc videtur verior, & æquior opinio, licèt Gregor. Lop. in dict. l.5. tit.11. part. 5. in glos. verbo, *defendido*, in fine aliter senciat.

190 Sed si prodigo sit bonis interdictũ non potest contrahære, nec quasi cõtrahere, nec testari d. l. is cui bonis vbi Bart. numer.7. quem ibi sequuntur scribentes, ff. de verb. obligat. l.1. ff. de curatore, furioso cum alijs adductis per Anto. Gom. in d.c.14. nu. 30.& prob. d.l.5. tit.11. par.5. vbi Gre. Lop. notat.

191 Quod intellige etiã si interueniat iuramentũ, nam cõtractus à prodigo cui bonis interdictũ est, factus etiam cum iuramento non valet, vt notat Castren. in l. hæred. §. si filius familias n.5. ff. de pact. Ias. in authẽ. Sacramẽta puberũ nu.19. C. si aduersus venditio. Boeri decis.23. nu.38. Anto. Gom. in d. c.14. nu.32. Greg. Lop. in d. l.5. verbo, *no valdria*.

192 Quadragesimoprimò extende. d. l. Regiã procedere in marito muto, vel surdo. nam eius consensus etiam erit necessarius in contractu mulieris, cum dict. l. eum consensum requirat propter cõmodum, vel incõmodum viri non verò pro solemnitate, & mutus, & surdus possint signis cõsentire c. cùm apud c. tuæ de spõs. c. si vxorẽ 32. q.5. l. mutus. ff. de iur. docti, l. ex facto in princ. ff. de vulgari declarant DD. in l. discretis. C. qui testam. facere possunt. Ias. in l. mutũ ff. de acqui. hæredi. ad quod facit, l. mutus in prin. ff. de proc. vbi mutus, vt procurator potest alterius negocium tractare, & l. si pater naturalis, ff. de adoptio. l. cũ ostendimus. §. fin. ff. de fideiusso. tut. cũ alijs adductis per Tiraq. post leges connub. gloss. 7. nume. 16. cum alijs seq. & numer. 160.

193 Quod intellige procedere quãdo maritus est mutus, vel surdus casu, vel accidẽti secus verò si à natura, quia tũc difficile, & penè impossibile esset intelligere signis substantiã, & naturã contractus à vxore celebrati, nec explicare consensum secundũ gl. in l. qui id, quod § mutus, ff. de donationib. quã ad hoc notant ibi Castrens. Imol.. Cuma. & alij quos sequitur, Antonius Gomez in dictæ tractat. de contract. c. 14. nu.29. in quo casu necessariũ erit decretũ iudicis sicut quãdo maritus est furiosus

qui equiparatur absenti,l.2.§.Furiosus,ff.de iure codicil.Bald.in l.si furiosi,C.de nupt.l.6.tit.3.lib.5.recop. mutus enim,& Surdus infanti,& furioso comparantur, §.mutum instit. de in vtilib.stipulatio. l.1. in princ. vbi scribentes,ff.de verb. obligatio. l.1.§.fin.ff.de actio. & obligationib. l. prætor ait §. non omnes de iudi. tradit Sebasti. Vant.de nullit.ex defectu inhabilit. numer.25.& seq. scribentes in l. si curatorem habens. C. de in integrum resti. quod intelligo, nisi mutus, vel Surdus à natura sciat legere,& scribere,quia tunc in scriptis potest intelligere substantiã contractus, & consensum prestare.

194 Quadragesimo secundò, extende dictum l. Regiam procedere,etiam si maritus sit cęcus, nam cęcus potest intelligere substantiam,& naturam contractus vxoris, quia aures ipsius supplent defectum occulorũ. l.1.§.casum,ff.de postul.facit l.cęcus cum ibi notatis,ff.de iudi. & l.etiam si tutor,& ibi golssa vnica,ff.de author.tut.& ita pro se ipso cecus agere in iudicio potest,vt tradit Sebast. Vanti de nullit.ex defectu in habilitatis numer.27.& faciunt in confirmationem huius extensionis, iura supra in muto, & Surdo allegata, nam muto, & Surdo accidenti, vel casu cæcus equiparatur, l.1.§.fin.ff. de tut.l.post susceptam vbi glos.verbo cęcus, ff.de excusatio tut. exquo sequitur,quod cęcus potest administrare, & authoritatem præstare, & consensum,seu licenciam vxori concedere.

195 Quadragesimotercio extende, vt non valeat contractus mulieris, etiã cùm licentia mariti celebratus,si ipse maritus consentiens ignoret quid mulier agat,vt si mulier simuletvendere & donet.Nã is dicitur præsens & consentire, qui intelligit, quod fit l.diem pro ferre.§. coram, ff. de arbitris. Ad quod facit, l. non multum,ff. de authorit.tut. & quod tradit Bald.in cap.cum in vestri nume. 2.de electio.Marsil in l.qui ignorat. numer.37.ff.ad l.Lornel.de fals.Fel. in cap.causam matrimonij colum. 5. de offic.deleg.& in hac specie tenet Tiraquell. alia similia fundamenta tradens post leges connub. glos. 8. quęst. 22. & Lamberteng. in tracta. de contract.glos.7.numer.84.qui in num.85.cùm alijs sequentibus explicat quando præsens in dubio præsumatur intelligere,hanc extensionem sequitur etiam post Corsetum.& Tiraquell. Menoch.consil. 191. numer. 69.lib.2.

196 Quadragesimaquarto extende, vt contractus ab vxore factus absque viri consensu non valeat etiam si mulier tempore contractus asserat se in nuptam, quia in præiudicium mariti non valet talis confessio, nec ei nocere debet dolus, & fraus vxoris dicentis se innuptam, cùm sit nupta nemo enim alterius dolo, aut fraude prægrauari debet,cap. nemo debet de reg.iur. in 6. cum concordantijs ibi per glos. & Doctores adductis,nemo quæ sine facto, aut culpa iure suo grauari debet, l. ius nostrum,ff de reg.iur.tradit Tiraquel. post leges con nub.glos.8.nu.141.& adeo hoc est verùm,quod etiam interueniente iuramento talis confessio vxoris in pręiudicium mariti non firmatur,nec in hoc casu iuramentũ vim obtinet, nec aliquid operatur ex his quę infra in quinquagesima extensione num.211. diximus.

197 Sed si daretur casus in quo mulier posset præiudicium recipere absque in cõmodo viri. Tunc valeret contractus contra mulierẽ, quę eã fraudẽ, aut doluum fecit,quia nemini fraus, aut dolus patiocinari, aut prodesse debet,l.ita demũ,ff.de arb.l.verũ.§. tẽpus, ff pro socio.c. ad nostram de empt.& vend. & ita notat Tiraq. in d.glo.8.num.135.cũ alijs seq.quẽ sequitur

quitur Lamberteng. in d. tract. de contractib. glos. 8. num. 59. & num. 112.

198 Quadragesimo quinto extende dispositionem d. l. regie procedere etiam si communi opinione credatur mulier virum non habere cum esset maritata, nam in hoc casu contractus ab ea factus absque viri cōsensu non valeret per ea quæ dicta sunt in precedenti extēsione his quæ notant Innoc. in c. consuluit de procurato. Bal. in Repe. l. Barbarius col. 9. vbi Ias. limit. 2. ff. de offi. prę & alij citati per Tiraquell. in d. glo. 8. num. 158. licet ipse relinquat cogitandum quia licet cōmunis opinio habeatur pro veritatē procedit in his quæ respiciunt officium publicū per dictam l. Barbarius secus si priuatum vt notant dicti Doctores & alij citati per Tiraquell. in d. gloss. 8. numer. 154.

199 Quod intellige pro vt in preceden ti extensione diximus, vt procedat quo ad preiudicium viri non verò quo ad præiudicium vxoris si illud recipere potest absque mariti in commodo: nam tunc valeret contractus contra eam secundum eundem Tiraquell. in d. glo. 8. num. 158. cum alijs antecedentibus & seq.

200 Quadragesimo sexto extende d. l. procedere in viro putatiuo cuius consensus in contractu vxoris erit necessarius sicut requiritur in vero marito, quia matrimonium putatiuum non solum habet priuilegia veri matrimonij in fauorem mulieris, sed & contra eam, vt pluribus fundamentis probat Tiraquell. post leges connub. glo. 8. q. 33. per totam vbi format hanc questionē maxime à num. 260. vsque ad finem quæ priuilegia non solum procedunt quantum ad dotem per tradita ibi per eundem Tiraquell. sed & quantum ad cętera vt probat text. in c. ad audienciam de spons. vbi habetur quod ex matrimonio putatiuo contrahitur publica honestas. Sicut ex vero quod etiam probatur in c. sponsam eod. tit. & in c. nuper de bigamis non ord. vbi pœna & effectus bigamie contrahitur etiam ex matrimonio putatiuo ex quibus iuribus Tiraquell. loco citato transit cū hac opinione licet expresse eam non decidat quam exprȩsse tenet Lāberteng. in d. tract. de cōtract. glo. 8. nu. 16. cum seq. quod intelligit quando vxor pro vera habebatur & tractabatur marito ignorante impedimentum per ea que tradit Bar. in l. si vxor. §. sed si ea ff. ad. l. Iuli. de adult. & Bal. in l. non ignorat col 2. C. qui accusare non possunt & Tiraquell. in d. glo. 8. num. 246.

201 Quam extensionem intelligȩ procedere in casu quo duos haberet maritos vnum scilicet verum quem mortuum existimabat & alterum putatiuum cuius consensu contrarit quia licet prior postea reperiatur viuus valet cōtractus gestus per vxorē consensu secundi viri putatiui, vt sentit Tiraq. in d. gl. 8. q. 32. ad quod faciūt eaque in q. 33. sequenti adducit & tenet expresse Lamberten. in d. glo. 8. nu. 18. cum seq. quod intelligit data iusta ignorantia & causa credulitatis mortis primi viri.

202 Sed si vxor fuit in culpa contrahendo secundum matrimonium non debet valere contractus per eam cum consensu secundi mariti celebratus in præiudicium primi arg. l. Gracchus. C. ad. l. Iuli. de adult. & l. fin. §. 1. C. de sentē. pass. & resti. facit c. si virgo. 34. q. 1.

203 Et qualiter probetur mors viri vt mulier certa possit reddi ad contrahendum secundum matrimonium relinquitur arbitrio iudicis secundum Abb. & præposit in cap. in præsentia de sponsalib. Aufre.

in additio ad Capell. Tholo. decis. 316. quos sequitur Couarru. plures alios allegans docētes ea ex quibus hoc iudicis arbitrium instrui debeat in epit. de sponſ. 2. par. c. 7. §. 3. n. 4. & tradit Menochi de arbitra. iudi. lib. 2. cent. 5. casu 420. numero 128.

204 Quadragesimo septimo extende eam. l. procedere etiam, si vir cum vxore non habitet in casu, quo licite facta sit thori, separatio inter maritum & vxorem de communi consensu statu non mutato propter continentiam obseruandam quod fieri potest, vt notat glo. in c. veniens verbo illicitum vbi Abb. num. 6. de regularib. idem Abb. in c. charissimus num. 6. de conuersio coniugat. nam in hoc casu cum licite & communi consensu fiat thori separatio non debet maritus amittere facultatem sibi per dictam. l. regiam concessam vt in simili casu in terminis. l. 1. C. vnde vir. & vxor. tenet ibi Decius numer. 10. quem ibi alij sequuntur communiter teste. Curtio Iuniori. nu. 14. & sequitur etiam Tiraquell. de vtroque retract titulo 1. §. 10. glo. vnica num. 17.

205 Quod extende vt procedat etiam quando ob culpam mulieris de iure fiat thori separatio, vt si vxor committat crimen adulterij, vel virum veneno occidere tentauerit, vel si committat crimen hæresis, nam tunc cum vxor fuerit in culpa, & maritus habeat iustam causam ad separationem thori debet gaudere iure, & facultate sibi per d. l. concessa & mulier nō poterit cōtrahere absque eius licentia per ea quæ notat. Decius in dict. l. 1. num. 10. C. vnde vir & vxor quem sequuntur doctores supracitati. Secus vero erit si ob culpam viri sit facta thori separatio, vel sine iusta causa, quia tunc non debet ipse vir gaudere dictę legis facultate vt infra in 7. limit. diximus.

206 Quadragesimo octauo extende d. l vt adeo procedat, quod contractus ab vxore factus absque vir, consensu sit ipso iure nullus, vt in hac specie late probat Rodericus Xuarez plura adducens in l. 13. tit. 20. lib. 3. fori in finali quæstione, & Tiraquell. post leges connub. gloss. 4. num. 2. Couarru. in regula peccatū 2. par. §. 3. num. 10. Mercha. lib. 1. controuers. vsu frequen. cap. 10. nu. 5. & 6. Castel. in l. 55. Tauri quæ est dict. l. 2. tit. 3. lib. 5. recop. vbi Ioā. à Matienzo. Ioan. Gutierrez in tract. de iuramento confirmatorio. 1. par. cap. 1. nu. 35. Plot. in l. si quando numero 267. C. vnde vi. Laml er teng. in dict. tract. de contract. gloss. 16. num. 1. & hæc extensio probatur ex dict. l. 2. titulo 3. lib. 5. recop. ibi: *mandamos que no vala lo que hiziere.*

207 Quæ nullitas erit sufficiens exceptio ad anullandam vel reuocandam executionem contra mulierem motam factam ex instrumento contractus à muliere celebrati absque viri consensu, vel ex sententia transacta in rem iudicatam licet ipsa mulier non opposuerit hanc exceptionem in via ordinaria, & condemnata fuerit ad contractum obseruandum: nam in executione sententiæ poterit hæc exceptio nullitatis opponi, vt notat Xuarez in dict. l. 13. titulo 20. libro 3. Fori. in q. fin. quē sequitur Ioan. Guterrius in dict. c. 1. num. 35. cum seq. diximus lacius in c. decimo, huius primi libri.

208 Quod adeo procedit quod iudex ex officio parte non opponente, poterit repellere petentem executionem si nullitas ex processu appareat vt tradit Auilesius alios allegans in c. 10. prætorum verbo execution. num. 63. quem sequitur alia in eius confirmationem adducens idē Ioan. Gutierrez. in d. 1. par. c. 1. nu. 37. & 38. diximus etiam lacius in d. c. decimo huius primi lib.

Qua-

Quadragesimo nono extende dispositionem dict. l. regiæ, vt procedat etiam in traslatione possessionis, quam mulier absque viri consensu tranferre non potest, vt declarat Tiraquell. post leges connub. gloss. 5. quæst. 14. num. 160. cum alijs sequentibus Nicholaus Boerius in consuetudinib. Vituric. tit. 1. §. 4. glos. 1. col. 7. Lambertengus in dicto tractatu de contractibus, gloss. 1. num. 71. cum pluribus sequentibus, Ioann. a Matienz. in d. l. 2. tit. 3. gloss. 1. num. 6.

210 Quinquagesimo extende, vt nec possessio translata à muliere sine viri consensu prebeat causam vsucapiédi, vel præscribendi cum ex contractu nullo ab ipsa muliere absque mariti licentia celebrato possessio non transferatur, vt in præcedenti extensione diximus, sine qua possessione prescriptio non procedit. l. qui fundum in prin. vbi gloss. verbo procederet & Bar. & cæteri doctores. ff. de vsucapio. pro emptore idem Bar. & communiter scribens in l. 1. in princ. ff de adquirend. possess. idem Bar. & communiter doctores in l. 3. §. ex cõtrario. ff. eod. tit. gloss. in l. 1. verbo præscriptionem quam ibi sequuutnt Bar. Bal. Ange. Salic. Fulgos. Castrens. & Ias. C. de seruis fugit. Tiraquell. in tract. de iure constit. 1. par. num. 18. Balb. de præsctiptio. 3. part. 3. partis princip. quæst. 3. Lamberte. in dict. tract. de contract. gloss. 1. nu. 263. cum pluribus sequentibus.

211 Quinquagesimo primo extende, vt contrahens cum muliere absque viri licentia ex contractu ab ea celebrato. & possessione translata non faciat fructus suos cum contrahens contra legis vel statuti dispositionem censeatur esse in mala fide. l. quemadmodum, vbi glos. Bart. & Platea. C. de Agricol. & censit lib. 11. & probatur ex l. vbi lex. ff. de vsucapio. porando dictionem nihil quæ excludere debet etiam fructu in l. is qui ducenta. §. vrum. ff. de reb. dubijs. l. Iulianus, & ibi Bart. ff. de leg. 3. l. qui à quolibet. ff. de contrahenda emptione. cap. qui contra iura. & ibi doctores de reg. iur. in 6. gloss. in cap. si diligenti verbo. bona fides vbi Butri. Abb. & Felin. de præscriptio. gloss. in cap. Apostolice, verbo præscriptione de donatio. gloss. in cap. 2. verbo post nullum de his quæ fiunt à Prelato sine cósensu capituli Alb. in cap. dilecto, col. 3. de præbend. & in cap. ad nostram in fine de reb. Eccles. non aliennnd. & in cap. de quarta, col. 2. de præscriptio. & in c. dudum de decim. & in cap. peruenit de emptio. & venditio. & in consil. 43. col. vltim. lib. 2. Castren. consi. 70. col. fin. lib. 1. Roma. cons. 54. col. vlti. & in . l. Celsus col. penul. vbi etiam Alex & Franc. Balb. ff. de vsucapio idem Balb. in tract. p[r]escrip. tio. 2. par. 3. par. prin. q. 1. Soci. Iunior. cons. 69. lib. 1. Alciat in c. cum contingat num. 77. de iure. iur. Crauet. cons. 134. n 16 lib. 1. & cós. 142. eod. lib. Tiraq. de vtroque retract. titul. 1. numer. 42. & 57. Roland. a Vall. cons. 21. circa finem lib. 2. Cephal. cons. 115. col. vltim. lib. 1. Lamberten. plures referens in d. tract. de contract. glos. 1. num. 123.

212 Quinquagesimo secundo extende, vt procedat etiamsi in contractu sine viri cósensu celebrato vxor effectualiter aliquã rem tradiderit quæ apud emptoré casu fortuito perierit, nam emptoris debet esse periculũ si alias res non erat apud mulieré, vel eius maritum peritura secus si esset peritura, vt distinguit Ripa in c. cum ecclesia Sutrina col. 20. de causa posse. & propriet. quam distinctioné sequitur Tiraquel. post leges connub. glo. 8. q. 34. nu. 277. & Alcia. in l. non omnis. §. si pupillus, col. vltima. ff. si cer. pet. vbi sentit Dec. col. fin. Lamberté. in dict. tract. de contract. glos. fin. nu. 161. vbi in nu. 163. hoc intelligit quã-

L4 do

do sine culpa emptoris res perierit secus si sua culpa, quia tunc licet esset peritura apud mulierem emptoris esset periculum, vt in l. contractus, vbi scribentes. ff. de regul. iuris.

213 Quinquagesimo tertio extende, vt non solum contractus ab vxore factus absque viri consensu sit nullus, vt ex eo nonoriatur ciuilis obligatio, sed etiam nec naturalis, quia cum dict. l, regni resistat tali contractui, nec ciuilis, nec naturalis obligatio ex eo nascitur. l. cum lex vbi Bart. numer. 8. ff. de fideiussorib. & in l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. obligat. idē Bart. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. nu. 13. ff. de pact. quem ibi sequuntur scribentes Castrens. in l. si non sortem, num. 3. ff. de cōdictio. indebiti. Ias. in l. Gallus in princ. in 1. lectur. col. 4. & in 2. lectur. col. etiam 4. ff. de liber. & posthu. & hanc testatur communem idem Ias. licet ipse contrarium teneat in l. stipulatio ista. §. alteri num. 16. ff. de verbor. obligat. & in dict. §. pactus ne peteret eandem opinionem Bar. sequitur Alciat. in l. 1. in prin. num. 4. ff. eod. titul de verbor. obligat. & Ioann. Gutierreus qui hanc quoque dicit communem in tracta. de iuramento confirmatorio, 1. part. c. 1. num. 39. & Lamberteng. in d. tra cta. de contra. glos. 16. nu. 5.

214 Quinquagesimo quarto extende, vt nec contra ?ui mulieris posit accedere fideiussor qui non nisi obligationi saltem naturali accedere potest. l. fideiussor obligari §. de fideiussor. ff. de fideiussorib. l. 1. vbi glo. Bar. & alij. ff. eod. titu. l. naturaliter in princ. vbi scribentes. ff. de condictio indebiti. l. 1. iuncta. l. si sponsus sponse. §. vxor. viri. ff. de donatio inter vir. & vxor. vbi probatur quod donatio inter virum & vxorem non valet, nec etiam obligatur fideiussor si donationi accedat, quia principalis non fuit naturaliter obligatus quem text. adhoc notat Bar. in l. cum lex, num. 8. ff. de fideiussorib. Roma. cons. 437. num. 4. Ias. in l. si non sortem, num. 3. ff. de condictio. indebiti, & in l. frater a fratre, numer. 44. eod. tit. Ioan. Lup. in rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. 29. num. 1. Plot. in l. si quando num. 263. C. vnde vi. Menchac. lib. 1. controuersi. vsu frequen. cap. 10. num. 7. Didac. Perez in l. 1. ti. 8. lib. 3. ordi. col. 1037. Lamberteng. in dict. tract. de contractib. gloss. 16. num. 10. Lancelotus in consuetud. Alexand. verbo nō possit. q. 9. num. 1. & 2.

215 Sed si fideiussor periculum in se suscipiat efficaciter obligatur etiam quod ex parte principalis nulla subsistat obligatio, vt notat Bal in l. si vero. §. hoc amplius. ff. mandati Tiraquel. post leges connub. gloss. 4. num. 14. Baeza de non meliorand. ratio. dot. filiab. c. 35. num. 9. Ioann. Gutierreus in d. tract. de iuramento cōfirmatorio. 1. part. c. 1. num. 41. Lamberteng. in d. gloss. 16. num. 14. Lancelot. in dict. quæst. 9. num. 3. & ratio est quia tunc non dicitur fideiussor, sed principalis adeo quod obligatio in se efficaciter valet, vt notat Dec. cons. 7. num. 6. & cons. 146. col. vlti. Paris. cons. 16. num. 113. lib. 2. Lancel. loco proxime citato.

216 Ex quo infertur quod si fideiussor tanquam principalis obligetur, prout quotidie fit, in hoc regno licet quoad mulierem sit nullus contractus talis fideiussor tanquam principalis remanet obligatus & conueniri efficaciter poterit & quamuis beneficio excussionis non renuntiauerit nihilominus tenebitur insolidum, vt notat Corne. consil. 121. col. 3. lib. quarto quem sequitur Lamberteng. in dict. gloss. 16. num. 21. Nec obstat text. in l. reos. §. cum in tabulis, vbi Bart. & alij

& alij ff. de duob. reis vbi probatur quod quando duo rei debendi non obligantur in solidum, quilibet pro dimidia tantum tenetur, quia debet intelligi quando quilibet reus debendi potest obligari, vt ibi Bar. & doctores notant quod in muliere pro habetur per d. l. regni. Nec talis fideiussor contra mulierem regressum habere poterit, sine sponte siue mandato mulieris fideiusserit, vt in simili statuto notat Alberi. in tract. statutorũ. 1. par. q. 182. & Castren. cons. 433. col. fin. lib. 1. Tiraquell. post leges connub. gloss. 4. numero 14. Lamberteng. dict. gloss. 16. num. 22. & 23.

217 Quinquagesimo quinto extende, vt nec etiam in foro conscientię mulier teneatur obseruare contractum absque viri consensu celebratũ per ea quæ tradit Tiraquell. post leges connub. gloss. 4. num. 15. cum alijs sequentibus, & in l. si vnquam verbo reuertatur num. 291. de reuoc. donatio. vbi hanc testatur communem opinionem. Couarru. in d. regula peccatum. 2. par. §. 3. nu. 10. de reg. iur. in 6. Anto. Gome. in l. 3. Tauri. nu. 124. Ioan. Gutierrez. in d. tract. de iuramento confirmatorio. 1. par. c. 1. num. 42. Lamberteng. dict glo. 16. num. 4. licet alij per eum citati contrarium teneant.

218 Sed quid in contrahente cum muliere absque ipsius mariti consensu, an obtinere vel retinere posit, rem acquisitam in iudicio animæ & Tiraquell. in d. gloss. 4. num. 20. tenet quod posit retinere quem sequitur Lamberteng. in dict. gloss. 16. numero quarto, quod etiam tenent alij per eos citati.

219 Contrarium tenet Couarru. in d. reg. peccatum in 2. par. §. 3. num. 10. ea ratione, quia qui contrahit cum muliere nupta absque viri consensu, nullum iustum titulum habet cum contractus sit ipso iure nullus, vt supra in 48. extensione notauimus, & per consequens potest ab obligatione discedere cuius opinio verior & securior videtur, quam intellige secundum eundem Couarru. nisi ex vtilitate conuentionis, vel aliunde posit præsumi legitima ratihabitio viri vel vxoris eo mortuo quod videtur sequi licet relinquat cogitandum Menchac. lib. 1. controuers. vsu frequen. c. 10. num. 24.

220 Quinquagesimo sexto extende. d. l. quod in tantum contractus ab vxore celebratus absque viri licentia nõ valet, quod non firmatur iuramento vt tenent Ioan. Lup. num. 18. Didac. à Castel. in gloss. fin. Gomez. Arias. num. 84. Anto. Gome. nu. 8. in dict. l. 55. Tauri. Couarru. in epit. de sponf. 2. par. c. 7. §. 1. n. 3. Menchac. de succesio. creatio. §. 30. nu. 56. & lib. 1. controuers. vsu frequen. c. 10. num. 25. Auend. in dictionario verbo *Otorgamiento*. Ioan. Gutierrez. in dict. tract. de iuramento confirmatorio. 1. par. c. 1. num. 34. Ioan. à Matienzo. in d. l. 2. titulo 3. gloss. 1. num. 18. vbi hanc testatur communem opin. & ratio est, quia iuramentum non nocet tertio, nec in eius præiudicio aliquid supplet nec confirmat c. licet de iureiurando in 6. c. cũ contingat ext. eod. tit. glo. in cap. quamuis pactum de pact in 6. Alex. cons. 55. n. 6. lib. 1. & cõs. 38. nu. d. lib. 3. & in l. sæpe col. penul. de re iudi. Ias. in l. nemo potest in 1. lectura. num. 41. vbi Ripa. num. 78. ff. de leg. 1. Soci. cons. 22. num. 13. lib. 4. Ruy. cons. 425. num. 17. & cons. 70. num. 8. & 11. & cons. 71. num. 9. lib. 3. Cozad. cons. 28. num. 25. Parisi. cons. 53. nu. 35. & cons. 72. num. 17. lib. 1. Aymon. cons. 229. nu. 6. & 7. Cephal. cons. 101. lib. 1. Becci cons. 52. num. 109. & sic cum iuramentum sit factum in præiudicium mariti non potest supplere nec confirmare contractum mulieris absque

consensu mariti factum

221 Quinquagesimo septimo & vltimo extende dispositionem dictę l. regię vt in tantũ sit necessarius consensus mariti in contractu vxoris quod de eo consensu debet constare & onus probandi incũbit ei qui cum muliere contraxit cum hæc qualitas sit necessaria ad vim & validationẽ contractus, & qui in ea se fundat tenetur eam probare. Ad quod facit quod dispositum est de contrahente cum pupillo qui tenetur probare tutoris authoritatem intercessisse si id negetur, l. quæcunque. §. fin. vbi glo. verbo tutore authore & Bar. & alij ff. de publi in rem actio. l. 2. cum glo. verbo probaueris vbi Salyc. C. si quis ignor rẽ mino esse Abb. in c. ea noscitur. col. 2. de his quæ fiunt à prælato sine consensu capituli tradit in simili statuto Lamberteng. in dict. tract. de contract. glo. 7. nu. 10. Et regulariter qui se fundat in aliqua alia qualitate tenetur eam probare, vt notant glo. Castren. & fulgo in l. mancipia. C. de seruis fugiti. Decius consf. 471. Soci. Iunior. consf. 3. num. 6. lib. 3. Prosp. Paseth. consf. 109. num. 3. late Tiraquell. in tract. de vtroque retract. §. 8. gloss. 7. in prin. num. 1. cum seq.

222 Limita primo dictam legem regni non procedere quando contractus à muliere absque viri licentia factus vel iudicium cum ea agitatum est vtile ipsi mulieri vel marito, nam tunc valet etiamsi deficiat mariti consensus, l. neque C. de contrahenda emptione vbi notat Bal. in statuto prohibẽte mulierem contrahere sine propinquorum consensu quem ibi sequuntur doctores facit text. in l. non ideo minus. C. de procurato & in l. seruus. C. de pact. l. is qui bonis. ff. de verbor. obligat. lex cum hi. §. eam transactionem. ff. de transactio, & in prin. insti. de author. tut. & in §. pupillus insti. de inutilibus stipulatio. tenent. Ang. Imol. Castren. & alij in l. mutum §. primo ff. de acqvir. hæredi. Bal. Castren. & alij in l. quamuis. C. de fideicommiss. Ang. & Ias. in §. omnium instit. de actio. Boeri in consuetud. Vituric. §. quarto. gloss. 6. Tiraquell. quam plurima fundamenta in confirmationem adducens post leges connub. gloss. 8. numero 65. cum pluribus sequentibus. Curtius Iunior in l. si cuius. §. pactus ne peteret numero 77. ff. de pact. Antonius Natta. consf. 173. col. 2. libro primo. Lamberteng. in dict. tract. de contract. gloss. fin. numero 165. cum seq. plures allegans tenentes hanc limitationem in simili consuetudine vel statuto & in proprijs terminis dictæ l. regni tenent Rodericus Xuarez in l. 15. titulo 20. libro 3. fori limit. 4. Antonius Gomez in l. 54. Tauri. numero secundo. Ludouicus de Molina de Hispan. primoge. libro quarto cap. 4. numero secundo; cum alijs seq. qui plura tradit exempla in huius limitationis comprobationem Pelaez à Mieres in tract. maiorat. 4. par. q. 1. limit. 4. numero secundo. Ioan. à Matienzo in dict. l. 2. titulo tertio gloss. 1. numero 16. quod probatur ex l. 17. titulo 16. par 6. & ex lib. 6. titulo 11. par. 5.

223 Sed hoc intellige nisi contrahens cũ muliere absque viri licentia ante actum consummatum statim opponat defectum consensus mariti vel solemnitatis nam tunc talis oppositio reddit actum nullum etiam si fuerit marito & vxori vtilis, & non erit electio mariti contractum ob vtilitatem, substinere, vt notat Ias. in dict. l. non eo minus nu. primo. C. de procurato. Ioan. Lup. in rub. de donatio inter vir & vxor. §. 68. num septimo. Tiraquell. post leges connub. glo. 8. n. 88. Chassane-

in

in consuet. Burg. rub. 3. §. 1. num. 27. Arius Pinel. in l. 1. in 3. par. num. 32. & 33. C. de bon. mater. Ioan. à Matienzo in dict. l. 2. tit. 3. glo. 1. nu. 15. & in l. 5. eiusdem tituli gloss. 1. numero 9.

224 Secundo limita dict. l. regni non procedere in obligatione necessaria descendente ex lege statuto vel cõsuetudine vt dẽ gabellis seruitijs vel alijs iuribus debitis, quia pro his mulier absque viri licentia potest se obligare & contrahere quod probatur ex. l. 2. ff. de reb. eorum, & ex l. alienationes. ff. familiæ hercisc. l. qui potuerunt. ff. de manumiss. testam. l. peto. §. prædium. ff. de legat. 2. l. tutor qui repertorium in prin. ff. de administratio tut. quibus iuribus probatur quod prohibita alienatione nõ censentur prohibita, ea quæ ex causa fiunt necessaria, & notant Bal. nouel. in tract. de dote priuilegio. 48. folio. 25. Boeri. in consuet. Vituric. §. 4. gloss. 6. Ias. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. num. 29. & ibi Curti. nu. 84. ff. de pact. latissime Tiraquell. post leges connub. gloss 8. nu. 184. cũ plurib. seq. & in tract. de retract. l'inagier. §. 1. gloss. 14. num. 11. Aymon. cons. 6. num. 91. lib. 1. & cons. 215. eod. lib. Hippolyt. Rimi. in prin. insti. de donatio. num. 608. & in prin. insti. quibus alien. liceat vel non nu. 148. cum alijs præced. & seq. Arius Pinel. in l. 1. in 3. par. nu. 24. & 55. cum. seq. C. de bon. mater. Roland. à Valle. cons. 21. lib. 1. Ioan. Cephal. cons. 59. num. 30. & seq. lib. 1. Lamberteng. in d. tract. de contract. gloss. 1. num. 2. Ludouic. de Molina de Hispanorum primogenijs lib. 1. c. 10. num. 20. Ioan. à Matienzo in dict. l. 2. titulo 3. gloss. 1. num. 17.

225 Tertio limita dict. l. regiam non procedere in alienatione ex testatoris præcepto facta quam absque viri licentia mulier potest facere testatoris præceptum ad implendo argumento quod in minore dicitur qui licet prædium sine iudicis decreto alienare prohibeatur, vt per totum titulum. ff. de reb. eorum. & C. de prædijs minorum potest tamen illud alienare si id faciat a testatore iussus. l. 1. in prin. l. magis puto. §. si pupillus ff. eod. titulo de reb. eorum. l. 1. & penul. C. quando decreto opus non est tradit. Alex. cons. 64. col. 1. lib. 2. Tiraquell. qui plura circa hoc congerit post leges connub. gloss. 8. num. 184. cum pluribus sequentibus maxime. num. 194. Parisi. cons. 85. col. vltima lib. 3. Roland. a Valle. cons. 99. in fine lib. 1. Lamberteng. in dicto tract. de contractib. gloss. 1. num. 3.

226 Quarto limita. d. l. non procedere in contractu vel iudicio facto à muliere in redemptione suę personæ vel mariti captiuitate, nam tunc poterit mulier absque viri cõsensu contrahere, & in iudicio esse, vt se vel maritum redimat secundum. Roma. cons. 316. num. 7. & Tiraquell. qui plura congerit in d. glo. 8. num. 183. cum plurib. seq. Hippolyt. Riminal. in §. 1. num. 377. instit. de donatio. Lamberteng. in d. glo. 1. nu. 58. & 59. Pelaez à Mieres in tract. maiorat. 4. par. q. 1. limit. 4. num. 2. ad quod facit. l. quamuis ff. soluto matri quæ permittit mulierem vendere rem dotalem, vt parentes aut fratres, aut alios necessarios ab hostibus ex vinculis redimat facit etiam quia bona restitutioni subiecta possunt alienari pro redemptione possessoris maioratus, vel fideicommissi abhostibus capti vt notant Bar. numero 10. Castren. num. 15. Ias. nu. 32. Curti. nu. 31. in authen. res quæ. C. communia de leg. vbi eos sequuntur communiter alij doctores, quos etiam sequitur Ludouici de Molina de Hispanorum primogenijs libro quarto cap. 6. numero 9.

227 Quinto limita dict. l. non procedere

dere in iudicio vel contractu â muliere sine viri licentia celebrato ex causa alimentorum ipsius mulieris, quia tunc poterit contrahere, & in iudicio esse absque mariti licentia, quod probatur ex eo quod bona prohibita per testatorem alienari possunt etiam in causa alimentorum distrahi, vt contra glo. in dict. authen. res quæ verbo obligationẽ. C. commu. de leg. tenent ibi Oldral. Iacob. de Aren. Cyn. Ioan. Faber. Bar. Bal. Ang. Castren. num. 13. Ias. num. 31. & Curti. Iunior num. 30. qui hanc testatur commu. opi. Afflict. qui eam dicit communem in titulo de prohibi. feud. aliena. per Frede. in prin. num. 64. Ripa. in repeti. l. si filiusfamilias. §. diui. num. 78. & ibi Ambro. Opizo. num. 57. ff. de leg. 1. Ludouic. de Moli. de Hispan. primogenijs libro 4. cap. 6. num. 8. late Lamberteng. in dict. tract. de contract. gloss. 1. nu. 54. probatur etiam quia sicut bona alienari prohibita possunt alienari pro redẽptione captiuorum, vt in præcedenti limitatione diximus, possunt alienari ex causa alimentorum, quia hæc duo æquiparantur. l. quamuis ff. solu. matri. authen. contra cum Rogatus vbi Bar. in fine C. ad trebellia. l. Sancimus in 1. C. de Sacrosanct. Eccles.

228 Probatur etiam quia alienatio ex causa alimentorum dicitur causa necessaria. c. 13. de furt. c. cum haberet in fine de eo qui duxit in matri. quã Poll. per adult. l. necare. ff. de liber. agnos. Et maritus tenetur de iure vxorem alere. l. si cum dotem. §. sin autem in seuissimo vbi gloss. & doctores. ff. soluto matri. gloss. & scribentes in l. si quis à liberis. §. si quis ex his ff. de liber. agn. & ex causa necessaria potest mulier contrahere & se obligare, & in iudicio esse absque viri consensu vt supra in 2. limitatione diximus ergo ex causa alimentorum, & pro hac limitatione faciunt plura alia exempla quę adducit Lamberteng. in dict. gloss. 1. num. 56. in bonis Ecclesiæ alienari prohibitis, & in seruis originarijs & censitis, & in rebus ex causa libertatis sequestratis vt latius ibi per eum videre potest, & cõprobatur etiam hęc opinio ex his quę in sequenti limitatione dicemus.

229 Quam extende & intellige procedere etiam in alimẽtis viri filiorum. Patris, fratris, vel alterius cui necessario de iure debẽtur alimenta, nam pro his poterit mulier contrahere & obligari & in iudicio esse absque viri licentia per l. quamuis eum. l. seq. ff. soluto matrimo. l. mutus. ff. de iure doti. l. si quis pro vxore in fine. ff. de donatio. inter vir & vxor. c. communis filius vbi gloss. verbo. suorum. 23. distin. Lamberteng. dict. gloss. 1. num. 57.

230 Sexto limita dict. l. non procedere quando mulier ob necessitatem coacta cum iusta causa mutuum accepit, nam tunc valet talis contractus mutui absque viri licentia per id quod in simili dicitur de filiofamilias qui non iubatur Senatus consulti Macedoniani beneficio, quando ob necessitatem cum iusta causa mutuum accepit, vt notat Abb. in c. quia plerique nu 38. de immunit. Eccles. & Decius in c. nouit. nu. 18. de iudi. & in hac speciæ tenet Lamberteng. in dict. tract. de contract. gloss. 1. nu. 40. in cuius confirmationem faciunt ea quæ supradicta sunt in 2. & 5. limitatione. Et facit etiam quod maritus tenetur prouidere necessitati vxoris, & qui ipsi mulieri mutuauit negocium mariti gessisse videtur, & fecisse id quod ad maritum spectabat iuxta. l. vlti. ff. de in rem verso, & hinc est quod dicit. Bar. in l. libertis quos §. manu missis num. 3. ff. de aliment. & Cibar. legat. quod si filius qui erat alendus à patre mutuatus est pecuniã vt se aleret mutuant

competit

competit actio contra patrem de in rem verso, quia negocium patris gessisse videtur quem sequuntur Alex. & Ias. in vltimo notabili in l. de alimentis C. de transactio. idem Alex. cons. 72. num. 7. libro 5. Guid. Pancirol. cons. 7. num. 2.

231 Septimo limita. dict. l. non procedere quando à marito & vxore inter eos facta fuit thori separatio sine iusta causa propter discordiam quã inter se habebãt cum non valeat talis separatio etiam si facta sit communi consensu, & cum iuramento quia non possunt coniuges sub arbitrio se ad inuicem separare. c. tua nos de iure. iur. vbi gloss. Abb. & alij gloss. in c. literas verbo diuertit quam ibi sequuntur doctores de resti. spoliat. idem Abb. in c. veniens num. 5. de regularib. & sic cum in hoc casu fieri non possit thori separatio non debet maritus gaudere iure & facultate sibi per dict. l. regiam concessa ex tex. in l. 1. §. 1. ff. vnde vir & vxor vbi si diuortium inter virum & vxorem sequutum sit, nõ succedunt inter se quem text in terminis dictæ successionis notant. glo. Petr. Cyn. Faber. Bal. Castren. Corne. Alex. Ias. Decius & Curti. Iunior in l. 1. C. eod. titulo, & Tiraque l. de vtroque retract. titulo 1. §. 10. glo. vnica num. 17.

232 Quod etiam procedit quando de iure fuit facta thori separatio quæ ex pluribus causis fit quas congerit Couarru. in epit. de sponf. 2. par. cap. 7. §. 5. quarum prima est seuicie causa ex qua mulier potest petere separationem à marito, quo ad quo habitationẽ si maritus nõ reddat sufficientem cautionem de non offendenda vxore c. 1. vt litæ non contestata. c. literas de resti. spoliat vbi scribentes. Secunda causa est si vxor virum vel vir vxorem beneno occidere tentauerit l. consensu de repud. declarant doctores per eund. Couarru. citati. Tertia est furor mariti vel vxoris, quando est ita ardens ac vehemens vt periculum esset habitare cum coniuge furioso vt notat Alex. in l. si cum dotem. §. si maritus vbi testatur de communi. ff. soluto matri. Couarru. loco citato numero 3. quarta causa est si alter coniugum crimen hæresis committat cap. 2. de diuort. c. fin. de conuersione coniugat vbi doctores. Quinta est sodomiæ crimen. c. omnes cautiones. 32. q. 7. Sexta est fornicationis causa. c. ex parte de sponf. c. significasti. c. ex literis c. gaudemus de diuort. explicat. Couarru. loco citato à num. 1. vsque ad num. 13. ex quibus omnibus causis, si ob culpam mariti thori separatio facta fuerit, poterit mulier absque viri consensu contrahere & in iudicio esse arg. d. l. 1. §. 1. ff. vnde vir & vxor, & eorum iurium quæ tradunt doctores in l. 1. C. eodem titulo, quos superius citauimus. Sed si ob culpam mulieris fiat separatio procedet dispositio dictæ l. regni.

233 Adde etiam quod si maritus sine iusta causa expulit vxorem domo sua poterit vxor absque ipsius mariti consensu contrahere, & esse in iudicio, nam iniquum est vt propter facinus speret commodum. l. si ab hostibus. §. 1. ff. soluto matri. sicut redditur indignus lucro dotis si sine iusta causa eam expelat, vt notat Bal. in l. 2. §. sed scimus. C. de lati. libert. toll Castren. Alex. & alij in dict. l. si ab hostibus. §. 1. ff. soluto matrimo. Curti. Iunior in l. 1. num. 9. & 10. C. vnde vir & vxor. vbi hanc testatur cõmunem Tiraquell. de vtroque retract. titulo 1. § 10. gloss. vnica num. 12. Lamberteng. in dict. tract. de contract. gloss. 8. nu. 58. Ad quod facit quod maritus qui expulit vxorem sine iusta causa non succedit ex capite, vnde vir & vxor vt notant Castren. Alex. Ias & Curti. Iunior in d. l. 1. C. vnde vir & vxor, & quod notat

notat Ferro. in consuet. Burdiga. titulo de retractu. cap. 23. in fine quem refert & sequitur Tiraquell. in loco proxime citato, vbi ait quod maritus qui vxorem sine iusta causa expulit non potest rem à consanguineis vxoris venditam retrahere, & quod notat. Ioan. Lup. in rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. 70. num. 32. dicens quod si maritus sine iusta causa vxorem domo expulerit videtur reuocata donatio ei ab vxore facta quem refert & sequitur Tiraquell. in dict. titulo 1. §. 10. gloss. vnica num. 16. Et facit quod de Monacho. iniuste à Monasterio expulso tradunt gloss. Ioan Andre. & alij in cap. 1. de infirm. & languid expos. & Innoc. Hosti. Specul. Bal. collect. AEgidi. bellã citati per Tiraquell. in loco allegato. & in prædictis casibus potest procedere opinio. Ioan. Gutierrez in tract. de iuramẽto cõfirmatorio. 1. par. cap. 1. num. 54. cum pluribus sequentibus qui absque distinctione loquitur secus vero in alijs casibus supra per nos in 47. extensione notatis.

234 Octauo limita vt sufficiat quod maritus licentiam vxori præstiterit ad contrahendum per æquipolentia vel similia verba vt intelligatur eam præstare vel consentire licet formaliter non præstet, vt sonat dicendo consentio vel licentiam do. per ea quæ notat. Alex. Franc. de Aretio & Ias. num. 13. in l. si quis mihi bona §. iussum ff. de acquir. hæredi. Soci. conf. 24. col. 8. libro 1. Tiraquell. post leges connub. gloss. 7. nu. 4. cum seq. & ratio est quia per dict. l. regiam consensus mariti non requiritur pro solemnitate, sed ad euitandũ mariti præiudicium, & sic sufficit quomodocumque consentiat.

235 Nono limita vt non sit necessaria expressa mariti licentia, vt vxor possit cum ipso marito contrahere vel in iudicio esse, sed sufficit tacita quæ ex contractu inter eos celebrato colligitur, vt notat Bal. in l. filius in fine ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris, & in l. Titius in prin. ff. quib. mod. pign. vel hipothe. soluit. Deci. cons. 612. vbi hanc testatur communem opi. Tiraquell. post leges connub. gloss. 7. num. 24. & gloss. 8. num. 113. cum alijs sequentibus. Chassane. in consuet. Burg. titulo 4. §. 1 glo. verbo contra vlt. Ioan. Duran. de arte testandi. titulo 1. caut. 2. num. 4. Castell. Cotta in memo. iuris verbo statutum requirens Lamberteng. in dicto tract. de contract. gloss. 10. num. 1. cum alijs seq. Didac. à Segura in l. 1. §. si vir vxori. num. 111. cum plurib. seq. ff. de acqui. posse Ioan. Lup. in cap. per vestras. §. 27. num. 4. de donatio. inter vir & vxor. Didac. à Castel. in l. 55. Tauri verbo licentia & ibi Cifon. q. 16. & Anto. Gome. num. 3. Ioan. à Matienzo in dict. l. 2. titulo 3. gloss. 1. num. 12. & in l. 3. gloss. 1. num 8. vbi testatur hanc esse communem opinionem licet Auendanius & Greg. Lop. ibi per eum citati teneant contrarium, quorum opinio vera esset in casu quo licentia mariti esset necessaria pro solemnitate contractus, prout Tiraquell. & Lamberteng. in locis proxime citatis intelligunt secus, quando requiritur ob euitandum mariti præiudiciũ, prout in casu dict. l. regni per ea quę supra n. 222. cum pluribus sequentibus late probauimus. Et intellige hanc limitationem quando maritus contrahit cum vxore palam, & bona fide in casibus in quibus licitus est cõtractus inter maritum & vxorem; prout Tiraquell. in dict. gloss. 8. numero 111. & 124. & Lamberteng. in dict. gloss. 10. numero quarto, & alij doctores in locis proxime citatis intelligunt.

236 Decimo limita vt non sit necessaria expressa mariti licentia quãdo vxor in eius præsentia contrahit vel litigat

gat cum aliquo ipso marito tacente & non contradicente, quia tunc valet contractus & iudicium ratione taciti consensus qui non requiritur proforma & solemnitate, sed ob euitãdum mariti praeiudicium, quia consensus praesumitur interuenire quãdo quis assistit contractui & nihil dicit. l. 2. C. si res alie. pigno. l. mulier. C. de distractio. pigno. l. si debitor. §. si inuenditione. ff. quib. mod. pign. vel hipothe. vbi Alfan. collect. 763. plures adducit & notat. Bursat. cős. 32. num. 3. libro 1. & hanc limitationem in hac specie tenet Tiraquell. post leges connub. gloss. 7. num. 5. & 12. & Gome. Arias in l. 56. Tauri. nu. 21 cũ duob. seq. & Ant. Gom. nu. 5 quos sequitur Ioa. à Matien. in l. 3. titul. 3. lib. 5. gloss. 1. nu. 7. cum seq.

237 Quod intellige si maritus sciat & intelligat quod mulier agit cum cognitione qualitatum & circunstantiarum negocij de quo contrahitur, nam tunc dicitur scientia. l. in lege. 238 l. scientia. ff. ad l. Aquili gloss. in c. cőcertationi vers. sciuerit vbi Franc. de appellatio. Alex. conf. 114. num. 4. libro 1. Feli. in c. quo ad consulta tionem de re iudi. Decius cons. 222. num. 4. Crauet. cons. 197. num. 14. Gozad cons. 9. num. 34. Paris. 47. num. 97. lib. 1. Tiraquel. de retract. 239 §. 36. gloss. 11. num. 30. Cacher. dec. 176. num. 4. Ex scientia enim nuda cum praesentia non praesumittur tacitus consensus. l. 1. §. is qui nauem, vers. sciente. ff. de exercit. vbi Fulg. notat gloss. in l. filiusfamilias. §. inuitus. ff. de procurato. Nam contingere potest, quod maritus sit praesens & non intelligat circunstantias & qualitatem contractus ab vxore celebrati, quapropter probatio in hoc casu erit necessaria per quam constet quod taliter à muliere fuit in praesentia viri celebratus contractus, & quod vir eum omnino cum qualitatibus & circunstantijs intel-

ligit & aliter fieri non potuit, quia fuit factus alta & intellegibili voce, cum expressione & declaratione negocij, quia indubio non praesumitur intelligere licet probetur quod fuit praesens nam potuit praesens fuisse, tamen non vidisse vel intelligisse, vt notat Bar. in l. 1. §. vltimo. ff. de. auther. tut. Bal. in. l. 1. circa finem. C. de bonorum possessio secundum tab. & in c. cum in vestri. nnm. 4. de electio Butri. Abb. Cardi. Floren. & Imol. in. c. peruenit el. 2. de testib. cogend. Doctores in. l. 1. ff. si cert. pet. & in. l. heredes Palam. §. 1. ff. de test. & in. l. 1. in prin. ff. de verb. oblig. Imol. Alex. Areti. Ias. Clãd. Aquen. & Ripa. in. l. 2. §. vltimo. ff. soluto matri. Feli. in. c. causam matrimonij col. 5. de offi. deleg. & in c. cum causam col. 8. de testib. Crauet. cons. 281. col. 3. lib. 1. Lamberteng. plures allegans in. d. tract. de contract. glo. 7. num. 85.

Sed hoc intellige quando testes de praesentia mariti vel alicuius tertij deponunt secus si maritus, vel alius confiteatur se praesentem fuisse, nam tunc praesumittur etiam vidisse, vel intellixisse secundum doctores proxime citatos & alios per Lamberteng. allegatos nu. 86.

Et idem & à fortiori dicendum est quotiescunque maritus & vxor simul aliquem faciunt contractum, vel litigant in iudicio, quia tunc tacite consentire videtur. licet licentiae mẽtio nő fiat. l. si Titius. ff. quib. mod. Pigno. vel hipothe. soluit vbi notant Bal & Doctores Bar. in l. cũ pater. §. libertis. ff. de legat. 2 Bal. Ang. Alex. & communiter scribentes in l. is qui haeres. §. vlti. ff. de acquir. hered. Ioan. Lup. in rub. de donatio inter vir. & vxor. §. 68. nu. 10. cum seq. Anto. Gome. in l. 56. Tauri. num. 4. Boeri. in consuet. Vituric. §. 2. col. 2. Ioan. à Matienzo in l. 3. titulo 3. gloss. 1. nu. 7. in quo casu cessat

defectum consensus mariti, & nullitatem contractus, quia tunc nihil operabitur mariti ratificatio per ea quæ. notat Bald. in c. t de rescript. Ioann. Lup. in rubr. de donatio. inter vir, & vxor. §. 68. numer. 7. Cifont. in l. 58. Tauri quæst. 2. Pinel. in l. 1. in 3. part. num. 32. C. de bon. mater. Ioan. à Matienzo in d. l. 5. glos. 1. num. 9.

242 Duodecimo limita dictam legem Regiam non procedere quando marito sciente, & non contradicente mulier fuit posita alicui officio, vel negociationi, quia tunc potest vxor absque expressa licentia viri facere contractus ad ipsum officium expectantes, cum eo ipso, quod vxor devoluntate viri officium exercet visus est consensum vxori præstare. l. 1. §. magistrum vers. cæterum, ff. de exercit. l. cuicunque versi. idem labeo ait ff. de instit. l. 1. ff. de tribut. & in specie tenent Ioan. Faber. in. §. 1. in fine instit. quod cum eo Boeri in consue. Vituric. §. 4. in glo. litera D. Roderi. Xuarez in l. 13. titul. 20. lib. 3 fori in 3. limit. Anton. Gomez in d. l. 56. Tauri nu. 7 Ioan. à Matienzo in l. 3. titu. 3. glos. 1. nu. 9. & expresse probat dict. l. 13. tit. 20. lib. 3. fori.

243 Decimo tercio limita dict. l. non procedere quando mulier absque mariti licentia contraxit, & post decennium maritus agit de nullitate contractus, quia per transcursum decenij præsumitur consensus, & aprobatio ipsius mariti secundum Bald. Angel. Imol. Areti, & Ias. in l. qui in aliena in prin ff. de acquirend. hæredit. idem Angel. & Imol. in l. sciendum, ff. de verb. oblig. Butri. in c. illud circa finem de præsumptio Castrens. consil. 202. colum. 2. & cons. 375. col. 1. lib. 1. Alexand. in l. 2. §. voluntatem, ff. solutio. matri. vbi hanc testatur magis communem opi. & consilio 45. columna 2. lib. 3. Ias. consilio 89. prope finem lib. primo Felin. in cap. Albericus ad finem de testib. & in cap. nonne numer. 5. de præsumptio Corne. consilio 337. numer. 18. lib. 1. & consilio 145. columna penult. lib. 4. Tiraquell. post leges connub. glossa 7. numer. 39. 40. & 44. & in tract. præscriptio. §. 1. glossa 4. versic. sunt, & qui Boer. in consuet. Vituric. §. 4. vbi hanc testatur magis communem opi. & tenent plures citati per Aymon de antiquitate tempor. 3. part. nume. 3. & 4. Bursat. consilio 119. numer. 19. lib. 1. & plura faciunt in huius limitationis confirmationem, quæ tradit Anto. Gabriel. in titul. de præsumptio. conclu. 1. num. 2. cum plurib. seq. & in terminis dict. l. Regni tenent Ioan. Lup. in l 57. Tauri nu. 4. Didadc. à Castel. ibi glossa 1. in fine, & in l. 58. glossa vltima vbi etiam Cifont. quæst. 1. Ioann. à Matienzo in l. 6. titu. 3. lib. 5. glos. 1. nu. 8.

243 Sed hæc limitatio quamuis vera, & sine dubio sit in terminis dict. l. Regni, prout loquuntur Ioannes Lupus Didacus Castelli Cifont. & Ioann. à Matienzo ex eo, quod condita sit in fauorem mariti ob eius incommodum euitandum, quia quoties consensus requiritur illius, de cuius præiuditio agitur semper ante actum, & in actu, & post actū præstari potest, & sufficit tacitus consensus, vt probatur ex l 3. 4. & 5. eiusdem tituli, & ex præcedentibus limitationibus, cum non requiratur talis consensus causa solemnitatis, vt tradit Castrens. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore in tertio notab. ff. soluto matrimonio Roma consilio 54. numero tertio, Felinus in cap. edoceri numero nono de rescript. Iomol. in c. cū consuetudinis de consuet. Iaso in l. qui in aliena. §. iussum numer. 45. ff. de acquirend. hæreditat. Tiraquellus post leges. connub. glossa 6. numer. 5. Guid Pancirol. consil. 187. numer. sexto Tamen quoties consensus requiritur illius de cuius præiuditio non agitur,

vt in statuto requirente consensum propinquorum in contractu mulieris in quo loquitur fere omnes Doctores in principio huius limitationis citati, semper intelligitur consensus requiri pro forma, & solemnitate contractus, vel actus ideo in ipso actu interuenire debet, & non sufficit, quod postea interueniat, vt tradunt Imol. colum. 2. Alexand. num. 10. & Ias. numer. 45. in dict. l. si quis mihi bona. §. iussum, ff. de acqui. hæredit. Imol. in c. cum nos de his quæ fiunt à prælato sine consensu cap. idem Alexand. in l. si cum doctem. §. eo autem tempore in princ. ff. de soluto matrimo. Calcan. consil. 57. num. 4. & 5. Curti Iunior cons. 100. nume. 6. Afflict. in cap. imperialem in prin. versicul. vigesimoquarto quarto nu. 12. Franc. in cap. Ratum numer. 2. de reg. iur. Cacher. decis. 166. numer. 8. & 9. plures referens, & sic facilius potest præsumi consensus mariti, qui inquocunque tempore potest præstari, & sufficit tacitus, quàm consensus propinquorum, qui solũ in ipso actu, vel contractu interuenire debet, & contractus si est marito damnosus facilius etiam præsumitur eius contradictio, quàm propinquorum, qui licèt aliquã habeant spem, succedendi est incerta, ergo maius temporis spaciũ requiritur ad præsumptioẽ cõsensus propinquorum, qui requiritur pro solẽnitate quã mariti, qui requiritur pro eius cõmodo, vel incõmodo huinc est, quod plures tenent necessariũ esse tempus 30. annorum ad præsumẽdum consensum propinquorum, vel aliorum, qui requiritur pro solemnitate etiam data scientia, & pacientia, vt tenent Imol. in cap. peruenit columna quarta de emptio. & venditio. Alexan. cnosi. 79. col. 3. lib. 1. & consilio primo, columna penultim. & consilio 16. columa secunda lib. 4. & consilio 179. columna penulti. libr. 7. & in l. sciendum columa 4. ff. de verbo. obligat. vbi etiam Angel. Corne. consilio 181. colum. 6. lib. 2. Socinus consilio 254. columna 2. & consilio 266. numer. 34. & consil. 270. lib. 2. Felin. in cap. illud columna 3. de præsumptio. Curti. Senior consilio 76. colum. 2. Iaso consil. 54. columna 4. lib. 1. Decius consil. 222. num. 9. & consil. 375. numer. 3. & consil. 442. colum. 4. & consil. 638. columna 1. Crot. consil. 5. numer. 14. & 29. Rui. consilio 26. numer. 3. & consilio 217. numer. 6. lib. 1. & consilio 66. numer. 4. lib. 5. Gozad. consilio 11. numer. 11. & consil. 73. columna 3. Albert. Brun. in tract. de forma & solemni. in titul. de probatio, & præsumptio. formę, & solemnit. adhibite colum. 11. fol. 80. Crauet. consil. 317. colunm. 2. lib. 1. & in tracta. de antiquit. tempor. 3. part. numer. 1. & 6. Alciatus de præsumptio. regu. 3. præsumptio. 10. numer. 6. & 7. Lamberteng. in dict. tract. de contract. glos. 7. numer. 54. & 56. quorum opinioni hoc casu, securior videtur maximè, quando tractatur de graui pręiudicio, ex traditis per Anto Gabriel. in tit. de præsumptio. conclu. 1. nu. 53.

245 Quod intellige nisi constaret ex inspectione instrumẽti tempore actus, vel contractus consensum requisitũ solemnitate non interuenisse sicut requiritur, vt superius dictum est, nam tunc nunquam præsumitur, quia quãdo ex inspectione instrumenti constat solemnitatem non interuenisse numquam solemnitas pręsumitur, vt notat Alexand. consilio primo columna penultim lib. 4. & tenent plures quos accumulat Socin. Iunior consil. 56. numer. 22. lib. 2. Craueta consil. 146. numer. secundo, & consi. 290. num. 6. & latè de antiquitate temporis. 2. par. nu. 28. cum pluribus sequentibus, & 3. par. nu. 15. & sequent. & 4. part. numer. 154. & Parisius consilio 112. numer. 32. cum sequent. lib. 1. & tenent plures quos

refert

refert Anto. Gabriel. in titu. de præsumptio. conclu. 1. nu. 57. Cacher. de. 172. nu. 7. Burlat. conf. 316. nume. 28. lib. 1.

246 Et aduerte, quod licèt consensus solemnitatis præsumatur ex diuturnitate temporis, vt dictum est, non tamen præsumitur, quando consensus est de substantia, vt sentit. Batt. in l. 1. nu. 1. & 2. & 3. C. de filijsfamil. & quemadmod. pater pro eis tene. lib. 10. & notat expressè Alex. conf. 50. nu. 5. lib. 5. qui distinctionem facit inter consensum requisitum de substantia actus, & consensum requisitum de solemnitate quem sequitur Ioan. Cephal. conf. 148. nu. 17. cum seq. Cacher. decis 176. nu. 4. in fine, sed postquam constat de substantia actus facile præsumitur solemnitas tanquam antecedens ad eam l. illud, ff. de acquirenda hæredit. Alex dict. conf. 50. nu. 6. lib. 5. Iaf. in l. 1. in 3. limit. C. qui admittit, & in §. præiudiciales n. 60. insti. de actio. Feli. in c. illud n. 10. de præsumptio. & in c. Albericus prope finem de test. lib. & in c. sicut nunc 30. de sent. & re iud. Rui. conf. 86. nu. 5. lib. 1. Alciat. dict. rug. 3. præsumptio ne 10. nu. 7.

247 Ad principalē tamen limitationē redeundo eā intellige, vt per cursum decinij præsumatur cōsensus, & approbatio viri si appareat de scientia, & patientia mariti, vt in simili casu notant Alexand. conf. 11. & conf. 16. lib. 4. & conf. 179. colum. 2. lib. 6. & consi. 94. lib. 7. & consil. 45. colum. 2. lib. 3. & in l. qui in aliena in prin. col. 3. ff. de acqui. hæredit. Corne. consilio 98. colum. 1. lib. 1. & consil. 145. colum. penul. lib. 4. Iaso in l. 1. columna 5. C. qui admitti. Rui. consilio 26. & consilio 35. lib. 1. Tiraquellus in tractat. præscriptio. §. 1. glossa 4. versicul. sunt, & qui Socin. Iunior consil. 56. lib. 2. Anton Gabriel. in titul. de præsumptionib. conclu. 1. numer. 67. Cacher. decisionē 173. numer. 5. Roland. consil. 2. numer. 127. lib. 1. Nam ignorans non consentit, nec habet ratum, vt tenent Bald. & Salycet. in l. 1. C. si in vna eadem que causa. Alexand. & alij in dict. l. 1. C. qui admitti vbi Camill. in versicul. si ratam num. 23.

248 Et hæc maritis scientia debet esse certa, & non sufficit præsumpta, quia concurrent duo specialia contra l. 1. C. de doctis promissio, hoc est duæ presumptiones vna scientia prę sumpt. & alia tacitus, seu prę sumptus mariti consensus. quapropter probari debet in hoc casu mariti scientia, cum omnibus suis qualitatibus, & circunstantijs, vt notat glos. in §. preterea verbo regessum quibus mod. feud. admitt. & in titul. de prohibita feud. alienatio per Lothar. verbo permissione in fine Alexand. consilio 114. numer. 4 lib. 1. Iaso consil 179. colum. penul. l b 2. & consil. 107. num. 2. lib 4 Rui. consi. 128. num. 4. & consil. 49. num. 12. lib. 1. & conf. 66. nu. 18. lib. 3. Cravet. conf. 197. nu. 14. plures referens Parisi conf. 47. num. 97. lib. 1. Tiraquell. de retract. §. 36 glos. 11. numer. 30. cum seq. Anton. Natta cōnf. 162. num. 23. & seq. & consilio 236. numer. 192 quos sequitur Cacher. decisione 176 numer. 3. cum seq. tenet etiam Ioan. Cephal. conf. 316. nu. 26. lib. 1.

249 Et probanda est hęc scientia & patientia viri, aut verbis ipsius viri, quę clare importent eius scientiam, & pacientiam. lex vltim. ff. quod cum eo lege Gerit. & ibi Doctores, ff. de adquirend. hæredit, vel factis per aliquem actum facti positiuum, qui aliter se habere non possit, quia consensus ex actu certo colligi debet non ex aliquo, qui ad aliud se habere possit, nam consentire est in vnum sensum venire, lex. 1. ff. de pact. quod

non percipitur nisi ex actibus proximis, qui arguunt scientiam, & consensum l. prætor ait. §. si filius familias vers. sciente, ff. de ædendo l. 1. §. sciendum, ff. de tribut. Soci. cons. 87. num. 8. Deci. cons. 21. num. 1. Et consensus per actus facti demonstratur, l. prohærede. §. Papinianus, ff. de acqui. hæredit. Bart. in l. Titium, & Meuiũ. §. altero nu. 5. ff. de administratio. tut. Aretin. in §. si igitur nu. 4. insti. quod cum eo vbi dicit, quod tunc potest, quis dici ciuisse quando aliquid fecit ex quo colligitur eius cõsensus aliâs non obligatur.

250 Hinc est, quod etsi ex sola taciturnitate non inducatur consensus, nec approbatio in præiudicialibus, vt notatur in regula, qui tacet de reg. iur. tamen si vltra taciturnitatem deuentum est ad aliquem actum positiuum tendentem ad approbandum actum, tunc inducitur approbatio, seu ratificatio, l. si filiusfamilias, vbi Bart. ff. ad Macedo. Alex. cons. 172. lib. 7. Ias. in l. quæ dotis num. 90. & 91. ff. soluto matri. & in cons. 47. nume. 2. lib. 1. Cepol. caut. 10. Felin. in cap. 2. num. 20. de fide instru. Decius cons. 430. in fine, & cons. 632. nu. 16. Gozad. cons. 23. num. 6. Crauetta cons. 111. nume. 5. & cons. 140. numer. 5. Paris. cons. 21. numer. 33. lib. 4. Cacheran. decis. 132. numer. 10.

251 Nec obstat, quod coniunctus præsumitur scire facta coniuncti. l. Octaui. ff. vnde cognati, l. de tutella. C. de in integrum restitutio. l. si filium. C. de liberali causa, tradunt Cephal. cõs. 33. numer. 19. lib. 1. Roland. cons. 4. n. 31. lib 2. Bursat. cons. 118. num. 11. lib. 1. Nam respon. quod scientia intercõiunctos præsumitur quoad, ea quæ sanguinẽ mores, & naturã respiciũt, vel in his, quæ minimẽ latenter fiũt, & coniunctæ personæ nota esse possunt, vt in morte infirmitate, & ętate vti prædicta iura loqũntur, & in cæteris continuis actibus non verò in momentaneis, vt sunt contractus, vt notant Castrens. Alex. Ias. Dec. Curti Iunior, Ripa, & Alciat. in l 1. ff si cert. pet. Bar. & Soci in l. qui duos, ff. de rebus dubijs Bald. & alij in l. quoniam sororem. C. de iure deliberandi Feli. in cap. Petrus nu. 4. de homicidio Sylua Nupti. lib. 2. num. 153. Rui. cons. 121. num. 4. lib. 1. & cons. 122. in fine lib. 5. Grat. cõs. 76. lib. 1. Bertran. cons. 20. lib. 2. Corne. cons. 147. col. 3. lib. 2. plura accumulat Anto. Gabriel. lib. 1. de pręsumptio. conclu. 6. num. 19. Zucard. in rub. C. qui admitti nu. 48. Portius, & plures per eum citati lib. 4. conclu. 31. in 1. limit. & Lãberteng. qui etiã plures allegat. in tract. de contract. glos. 7. nu. 58.

252 Decimoquarto limita, vt non sit necessaria specialis, & expressa mariti licentia, sed sufficit generalis ad hoc, quod contractus ab vxore factus valeat, vt notat Bart. quem ibi alij sequuntur in l. si quis mihi bona. §. sed vtrum. ff. de acqui. hæredit. maximè Castrens. Cuma. Alex. & Ias. ibi glo. Bar. & alij in l. si longius. §. 1. ff. de iudi. Alex. cons. 189. nu. 8. lib. 7. & cons. 59 num. 3. lib. 2. Rui. cons. 7. num. 14. lib. 2. & alij citati per Tiraquell. post leges connub. glos. 7. num. 113. Durã. de arte testandi titul. 1. caut. 2. num. 4. Lamberteng. in dict. tract. de contract. glo. 7. nu. 44. & expressè hanc limitationem probat. l. 3. tit. 3. lib. 5. recopil. vbi Ioan. à Matienzo notat in glo. 1. nu. 1. cum seq. & ratio est, quia hæc prohibitio facta est in fauorem mariti, ne vxor ei præiudicet, vt satis in principio huius octauæ personæ probatum est, & iuri pro se introducto potest maritus renunciare, l. si quis in conscribendo. C. de pact. l. si quis in conscribẽ. C. de Epi. & cleri.

253 Ex qua ratione videtur restringenda præfacta conclusio in casu de quo loquimur quando consensus requiritur ob præiudicium consentire debentis, prout requiritur consensus mari-

…arui ex dict. l. regia, quia tunc pote rit generaliter præstari, secus si consensus est necessarius ad integrãdam mulieris personam inquo etiam casu, locuntur plures ex doctoribus proxime citatis, quia tunc consensus debet in ipso actu interuenire, prout in præcedenti litimatione, & supra in principio huius effectus maritalis potestatis diximus, quod etiam notat Lamberteng. in d. glo. 7. nu. 44.

254 Sed quoad nostrã limitationẽ est ad uertendũ, quod muler virtute dictæ licẽtiæ generalis mariti potest facere eaq; marit9 facere soleba. l. vel vniuersorũ vbi Bar. ff. de pigno. act. l. fraudatur, ff. de his, quæ in fraud. credit. idem Bar. in l. solutum. §. fin. ff. eod. tit. de pign. actione Ioã. Lud. in l. 56. Tauri nu. 4. vbi etiã Didac. â Castel.

255 Quod intellige, vt mulier posit facere ea quæ maritus ordinariæ facere consueuerat non verò extraordinarie, vt Ioan. Lup. & Didac. â Castel. in d. l. 56. Tauri notant quos sequitur Pelaez â Mieres in tract. maiorat. in initio. 2. par. num. 24. & 25. cũ seq. plura in confirmationem adducens, & Ioan. â Matienzo, qui hoc etiam declarat in d. l. 3. tit. 3. lib. 5. recopil. glo. 2. nu. 1. cum seq.

256 Et notat, quod sicut sufficit, generalis mariti licentia adhoc, vt mulier posit contrahere. Ita sufficit ratificatio generalis, l. 5. tit. 3. lib. 5. recop. vbi Ioan. â Matienzo in glos. 3. & ratio est, ea quâm supra adduximus, quia maritus potest expressè, vel tacitẽ renunciare iuri pro se introducto. d. l. si quis in conscribendo. C. de pacto, cum alijs.

257 Decimo quinto limita, vt vxor posit contrahere absque licentia voluntaria viri, si ab eo compulso eam habeat, vel ab iudice marito nollente, vt disponit. l. 4. titu. 3. lib. 5. recopil. Sed ad hoc, vt iudex posit maritum cõpellere ad dandã vxori licentiã, vel eã marito nollente dare posit oportet, vt causa cognita cognoscat, an maritus iustã, vel iniustã causam habeat cõtradictionis, nã si iniustã causam habeat cõpellere eũ debet, vt licentiã præstet secus si iustam, vt in statuto prohibente mulierẽ cõtrahere absque consensu propinquorũ notant Bar. nu. 2. Bal. nu. etiam 2. Imol. nu. 15. & 16. Castren. in fin. Alexã. nu. 14. in l. si cum dotẽ. §. eo autem tempore, ff. soluto matri. Bal. in rub. ff. de contrahenda emptio. q. 24. & in l. 1. nu. 53. vbi etiã Ias. & Dic. n. 86. C. qui admitti Castren. cons. 91. nu. 5. lib. 1. Corne. cons. 167. nu. 2. & 3. lib. 2. Mar sil. in l. 1. §. si vir vxori num. 115. ff. de acqui. pos. Ioan. Lup. in rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. 22. nu. 5. cum alijs traditis per Tiraq. post leges cõnub. gl. 8. n. 127. cũ pluribus seq quos sequitur alios etiã allegans Ioã. â Matiẽzo in d. l. 4. tit. 3. lib. 5. gl. 1. nu. 1. & 2. Et plures possunt esse causæ legitimæ, & necessariæ. quibus maritus cogi potest â iudice, vt licentiã vxori ad contrahendũ præstet, vt causa vrgentis debiti secundũ Abb. in cap. nullus de iure patronat. Feli. in c. cũ accessissent nu. 20. & seq. de constitutio. & in c. querellã de iure. iur. quos etiã refert & sequit. Ioã. â Matiẽ. in d. l. 4. gl. 1. nu. 3. vel causa filiã primi matrimonij doctãdi, quod ex bonis alienari prohibitis permittitur, vt in auth. res quæ, & ibi DD. notãt. C. cõmunia de legat. & in has specie notat Io. â Matiẽ. in d. l. 4. gl. 3. Vel si marito nullũ præindiciũ sequatur, veluti si mulier vult maioratũ cũ licentia vel melior actionẽ. Te tij, & Quinti inter viuos irreuocabilrem facere in fauorem alicuius filij primi matrimonij ex bonis eodẽ matrimonio acquisitis reseruato, sibi vsufructu, nã cũ in hoc casu nullũ marito præindiciũ sequatur, cũ fruivsq; ad mortẽ de beat vxoris bonorũ fructib9, & equũ sit vt filij gaudeant bonis â suo patre acquisitis eius labore, & industria

poterit iudex, marito nolēte licentiā vxor dare eū compellere, vt eam licentiā det, vel ipse iudex solus cócedere ex d.l.4.tit.3.lib.5. recop. quod in hac specie notat Pelaez à Mieres
258 in tract.maior.1.p q.1.nu.114.

Decimo sexto limita, vt mulier absque viri consensu, si iniuste eum denegauerit, poterit contrahere etiā absque iudicis licentia, si esset periculum in mora, si iudicis decretum expectaretur argu.tex.in l.tutor, qui repertorium, ff. de administratio. tut. & notat. Panor. in c.cum inueteri. colum.penul.de electio.quem refert & sequitur plura fundamenta in huius limitationis fauorem adducens, Tiraquell.post leges connub.glo. 8. num.131.quem etiam refert & sequitur Ioan.à Matienzo in dict.l.4.glo. 1.nu.2.& in l.6.eiusdem tituli glos.
259 2.num.2.

Decimo septimo limita, vt mulier absque viri licentia possit contrahere, si ipse vir absens sit, extra patriā arg.l.si longius.§. 1. ff de iudi. notat Bald.cons.488.lib.1.& cons.394.lib. 5.& cons.316.lib.7.& in l.trāsanctionem in fine, vbi etiam Alciat. C.de transactio. Raphael. Angel. Alex. & Ias.in l. Turpia.ff.delega.1.Ioan.Faber.in.§.fuerat col.2. insti. de actio. Castren.in l.cum antiquitas notab.3. C.de testam. Marsil.in l.1.§.praeterea nu.128.ff.de quaestio. Tiraquell. qui plura congerit post leges connub.gl. 8.nu. 6. cum pluribus seq. Boeri in consuet. Vituric. §.4.glos. lit. b. & expressè iure nostro Regio probat.l. 6. titul. 3. lib. 5. recop.quę declarat qualiter iudex, cum causȩ cognitione stante legitima, vel necessaria, aut vtili causa possit dictam licenciam concedere, vbi Ioann. à Matienzo post scribētes in lex 59.notat.

260 Decimo octauo limita, dict. l. Regni non procedere quando maritus est furiosus, vel mentecaptus, nam tunc mulier absque eius consensu poterit contrahere, quod probatur ex l.cum haeres, ff.de acquiren. haeredit. & in l. si furiosi.C. de nup. & in l.1.§.& quidem, ff. quod cuiusque vniuersit.nomine, notat Bald.in filiofamilias stante statuto, quod nó possit obligari sine consensu patris in dict.l.si furiosi, & expresse in muliere tenent Imol.& Arieti.in dict.l. cum haeres, ff.de acqui.haeredit. Rui. cos.145.nu. 4.lib.1. Roderic. Suarez in l.13.titul.20. lib. 3. fori in nona limitat. Soci.regul.261.Fall.6.Cassan. in consuet.Burgundiae rub.4.§. 1. gl. verbo contrarium, versiculo decimo tercio limita.

261 Quod primo intellige pręcedente decreto iudicis, cū causae cognitione, vt in praecedenti limitatione in casu absentiae diximus, quia furiosus absenti aequiparatur, l.2. §. furiosus, ff.de iure codicillorum, & expressè notant Bal. Soci. Chassane. Roder. Suarez in locis proximè citatis, & Albert Brun.in tract.de forma, & solemnitate titul.de correctio. & relaxa.solem. Char.pē.col.3.vers.& statuto requirēte Lābertēg. in d.tract. de cōtract.gl.8.n.36.Ioā. à Maitenzo in d.l.6.tit.3.lib.5.glo.1.nu.4. Secūdo intellige, nisi maritus esset furiosus per dilucida interualla. nā tunc cessante furore mariti mulier absque eius consensu non poterit contrahere, vt notat Carol. Rui.in d.cons.145. nu.7. lib.1.& Lābertēg.in d.glo. 8.nu. 38. cum seq. vbi latè declarat, an in dubio praesumatur consensum praestitū fuisse tēpore dillucidorū interuallorum, & an haec limitatio locum habeat indemente, frenetico, fatuo, & ebrio.

Decimo nono limita d. l. Regiam
262 nó procedere in muto, & surdo à natura cùm difficile, & fere impossibile esset signis intelligere substantiā, & naturā cōtract.nec explicare consensum secundū gl. in l.qui id.quod. §.mutus, ff. de donatio. quā ad hoc post

post Puanl. Imol. Cumma, & alios ibi notat Ant. Gom. in tract. de cōtract. c. 14. num. 29. Sed in hoc casu ad hoc, vt contractus mulieris valeat necessarium erit decretum iudicis per d. l. 6. tit. 3. lib. 5. recopil. sicut quādo maritus est furiosus, qui ęquiparatur absenti, vt in præcedenti limitatione diximus. Quod intelligo nisi talis mutus, & surdus à natura sciat legere, & scribere, quia tūc, vt in extensione 41. notauimus literis poterit intelligere contractum, & explicare consensum.

263 Vigesimo limita d. l. Regiam non procedere, quando mulier sine mariti licentia contrahit cum Regæ absque præiudicio, & læsione ipsius uiri nam tunc valet contractus, cum dicta lex regia sit ciuilis, & Rex ea solutus per ea quæ diximus supra in 29. extensione.

264 Vigesimoprimo limitat. d. l. Regiā non procedere quandō vxor contrahit conferendo contractum in tempus soluti matrimonij, in casu quo maritus omnino lædi nō posit, quia tunc cessante dict. l. ratione non resistit lex, & contractus ab initio valet, vt notat Tiraquell. post leges cōnub. glo 8. nu. 291. quem sequitur Lāberteng. in d. tract. de contract. glos. 8. num. 14. quod etiam notauimus in 37. extensione.

265 Vigesimosecundo, limita d. l. non procedere quando mulier contraxit absque viri licentia, quę mortuo marito, vult postea stare contractui; nā tunc valet contractus ab vxore absque viri consensu factus, etiam si is qui cum ea contraxit dicat contractū nullum propter defectum mariti cōsensus, vt nollit ei stare dictæ legis Regni exceptionē opponens per ea quæ tradit Tiraq. post leges cōnub. glos. 8. q. 10. nu. 91. quē seq. Lambertég. in d. tract. de cōtract. gl. fi. n. 164.

266 Vigesimotercio limita dispositionem dictæ legis Regis, quando mulier naturalis, & originaria huius Regni nupsit marito alterius Regni, vbi non est similis lex, quia tunc non est necessaria licencia viri in cōtractu vxoris, cum mulier teneatur sequi forum, & domicilium viri, & per consequens eius leges, & statuta attendi, & seruari debeant, vt late supra in 35. extensione notauimus, & tradit etiam post alios Tiraquel. post leges connub. glo. 8. nu. 230.

267 Vigesimoquarto limita dictam legem non procedere quando maritus, & vxor sunt penitus extranei, huius Regni vbi matrimonium contraxerunt, & non est similis lex, nec consuetudo, & bona de quibus mulier cōtrahit non sunt sita in hoc Regno, quia tunc non est necessaria licēcia mariti, cum dict. lex Regi cōdita sit in fauorem viri, & non pro solemnitate contractus; vt satis abunde supra in principio dictum est, & hæc limitatio probatur ex traditis per Tiraquel. post leges cōnub. glo. 8. q. 27. nu. 225. licet ipse cogitandū relinquat, quâm expresse tenent Salyc. in l. 1. num. 11. C. de Summa Trinit. Roma cons. 39. in fine Alex. cōs. 41. col 2. lib. 5. & cons. 116. lib. 6. Ias. in l. si à rogator col. 16. ff. de adoptio & Lāberteng. in d. tract. de contract. glo. 2. num. 40. & ratio est, quia debent attendi leges, & statuta domicilij mariti, quod habebat tempore matrimonij licet postea mutet domiciliū, vt tenēt Ant. & Abb. in c. 1. de spons. Ioan. Lup. in rub. de donatio inter vir. & vxor. §. 55. num. 12. Roderi. Suarez in l. 1. tit. 3. lib. 3. fori limitat. 6. Grego. Lop. in l. 24. tit. 11. part. 4. verbo *ganancias*, Ioan. à Matienzo in l. 2. tit. 9. lib. 5. glos. 1. nume. 70. & probat. dict. l. 24. & alia etiam ratione, quia dicta lex Regia loquitur in personam, & sic non includit Forensem, vt notat Bart. in dict. l. 1. quæst. 7. C. de Summa Trinit. Cald. consi. 17. de constitutio. Marti. Laud.

de primogenit. quæst.29. Imol. in c. quod clericus numer.4. de foro cõpet. Alex. conf.44. nume.3. cum seq. lib.5. Barbaiconf.75. col.4. lib.3. Soci. conf.128. nu.4. lib.4. Rui. conf.120. nu. 18. lib.1. & conf.195. nu. 9. & 10. lib.2. Rochus Curti in tract. de consuet. num. 718. cum sequenti. Feli. in cap. postulasti num.4. de foro cõpet. Bero. quæst.117. nume. 2. Roland. à Valle, qui hanc testatur cõmunem opinionem in tract. de lucro doctis, quæst 36. nu.11. Porti. late lib.1. Suarum conclu.28. conclu. Crauet. conf. 271. num.1. quos sequitur Ioan. Cephal. conf.309. num.3. lib.3.

268 Vigesimo quinto limita. d. l. non procedere in defensione quæ est de iure naturali, l. vt vim, ff. de iusti. & iure, l.1. §. cum arietes, ff. si quadrup. paup. fecisse dicat. l. defensione facultas, vbi Bart. & alij. C. de iure fisci lib.10. l. quos accusare. §. in omnibus, ff. de accusatio. cum alijs, nec obstat dicta lex Regia inquantum dicit in defendiendo, quia debet intelligi in defensione de iure ciuili non verò de iure naturali, quãm Princeps tollere non potest Clement. Pastoral. §. cæterum in fine de re iudi. §. sed naturalia insti. de iure naturali gen. & ciuile tradunt Abb. & alij in c.1. de causa possessio, & propriet. Sebasti. Vanti. de nullitatib. in tit. de nullit. ex defectu in habilit. nu.50. Couarru. practi. quæst. c.23. nu.6.

269 Vigesimo sexto limita. d. l. non procedere in electione sepulturæ, nã potest vxor absque viri consensu inter viuos sepulturam eligere C. de vxore in princ. de sepultu. quem tex. adhoc notat. Ferro. in consuet. Burdiga. tit. de statu. & iure personarum §.3. colum.5. versicul. sepulturam, & Lambarteng. in dict. tract. de cõtract. glossa 1. num.386.

270 Vigesimo septimo limita. dict. l. non procedere in executione vltimæ voluntatis, nam mulier potest esse executrix vltimæ voluntatis, vt probat. l. à filio in prin. vbi Bar. ff. de aliment. & cibaris leg. glo. in l. pen. §. matri. verbo curam matrẽ vbi etiã Bart. ff. eod. titu. specul. in tit. de instrum. ædicio. §. nunc verò aliqua numer. 76. idem Bart. & Deci. in l. fœminæ, ff. de reg. iur. canonistæ in cap. fin. de testament. in 6. Etiam si sit nupta absque viri consensu potest esse executrix, vt probatur ex traditis per Fulgo. conf.75. per totum maximè col. fin. qui loquitur in statuto prohibente filium familias, sine patris consensu, se obligare posse, & dicit, quod absque dicto consensu poterit esse executor testamenti, & in statuto prohibente mulierem posse absque propinquorum consensu se obligare tenet etiam Lamberteng. in dict. tract. de contract. glos. 1. nu.380. vbi ait, quod stante dicto statuto mulier poterit absque consensu propinquorum esse executrix testamenti quantum à obligandum bona testatoris.

271 Vigesimo octauo limita. eandem, l. Regiam non procedere quando mulier alieno nomine contrahit, vt notant post alios, Curti Iunior in l. si vnus §. pactus, ne peteret versiculo secundo limitate, ff. pact. Crauet. conf.100. colum 1. lib.1. Chassane. in consuet. Burg. rub.4. §.1. glo. in verb. contrariũ Arnol. Ferro. in consuetu. Burudiga. titul. de stat. & iure person. col.6. latè Tiraq. post leges cõnub. glo.5. q.11. nu.180. cũ duob. seq. Maranta de ordine iudiciorũ.4. par. 16. distin. n.21. & 22. Hipp. Riminal. in §.2. nu.5. inst. quibus alien. liceat, vel nõ Lãbert. in d. tract. de cõtrac. gl. 1 n.377. cum seq. & facit quod supra diximus de filio familias, qui potest alieno nomine absq; consensu patris, esse in iudicio.

272 Vigesimo nono, limita d. l. regiã nõ procedere in sponsa de futuro, quæ contrahere, & in iudicio esse potest absque

absque sponsi consensu ex rationibus quas supra in prima extensione in fine adduximus.

273 Trigesimo & ultimo limita vt consensus mariti possit per procuratorem nuntium vel epistolam præstari vt notat Tiraquell. post leges connub. gloss. 6. nu. 26. cum pluribus sequentibus & Lambertengus in d. tract. de contract. gloss. 7. nu. 8. cum alijs seq. & tenent plures citati per Cifuentin. l. 55. Tauri. q. 9. & sufficit testibus probari l. in exercendis. C. de fide instru. Sed his exceptis casibus, regulariter in omnibus alijs mulier absque mariti licentia nec contrahere, nec in iudicio esse potest ob euitandum ipsius viri præiudicium ex d. l. 2. titulo 3. lib. 5. recomp. & hoc ratione potestatis quam maritus in vxorem de iure diuino & humano habet vt late supra in principio numero cum pluribus sequentibus probauimus, & sic dispositio d. l. regię est vnus effectus maritalis potestatis ex pluribus, qui ex ea oriuntur quos hinc occasione sumpta ob eorum maximam vtilitatem & quotidianam materiam notare & explicare decreui in hoc loco.

274 Secundus effectus maritalis potestatis est reuerentia, quam vxor viro exhibere debet. l. 1. §. cum autem C. de rei vxor. actio. l. alia causa. §. vltimo. ff. soluto matrimonio vbi Roma. Areti. & alij notant Tiraquell. in l. 1. num. 41. in legibus cōnubialibus & facit illud Ster. 1. vxores deferant maritis suis honorem, vnde Ignatius in Epistola quam ad Antiochenses scripsit, inquit mulieres honorificent viros suos, sicut carnem suam, & non audeant eos proproprio nomine vocare, & Diuus Agustin. loquens de fœminis ait nullam deber esse in muliere pro teruitas nulla superuia non contumeliosa ceruix, non aliqua in obedientia pro sus tanquam ancilla seruire debet. Et e conuerso, licet maritus potestatem in vxorem habeat eam regere debet mansuete non tyrannica austeritate verbis non verberibus a more non timore dulcedine non à maritudine, vt docet Robertus Hol. Kot. in lectione 54. quam scripsit in sapientiā Salomonis relatus à Tiraquello in l. 8. connub. num. 10. ex authoritate. Diui Pauli ad Colossēses c. 3. qui sic ait viri diligite vxores vestras & nollite esse amari ad illas vir enim tenetur diligere vxorem, vt corpus suum qui suam vxorem diligit seipsum diligit, nemo enim carnem suā odio habuit, sed nutrit & fouet eam &c. Apostol. ad Ephe. c. penul. & ad Chorint. c. 7. Et maritus vxorem siue sterilem, deformem, claudam, surdam, cęcam, vel quacunque alia infirmitate confectam pro societate fideque sustinere debet. c. si vxorem 32. q. 5. l. 7. titulo 2. par. 4. & eius saluti succurrere tenetur. l. quod in vxorem. C. de negocijs gest. & in fortunij eius debet esse particeps, & nihil prætermittere quorum maritum à ferre decet. l. si cum dorem. §. si maritus, & §. sin autem in seuissimo ff. soluto matrimonio, tandem maritus & vxor se ad inuicem nimis amare debent, quod significatur per annulum quo vxor à viro desponsatur de quo habetur in c. nostrates & in c. fœminę 25. distin. cuius annuli significationem refert ac declarat. Chassane. in catalogo gloriæ mundi. 2. par. 35. consideratione vbi plura exempla huius coniugalis amores adducit.

275 Tertius effectus maritalis potestatis est quod vxor tenetur operari viro & ei seruire. l. sicut ff. de oper. libert. l. qua actione in prin. ff. ad l. Aquili. l. aduersus. C. de crimi. expil. hæred. c. scscitatur 30. q. 4. c. ad moriere 33. q. 2. notat Bal. in l. fin. C. de liber exhibend. & in l. si inuita de nupt. Alex. consl. 209. nu. 11. libro 6.

Simon de Pret. conf. 149. num. 4. & dicunt Hect. Homer. & Grego. Nazanze. relati à Chassaneo in catalogo glorię mundi. 2. par. cōsideratione 34. quod mulier domestica negocia debet administrare & in his colum, lanam, linum, telam exercere quæ matronis pudicis conueniunt & Salomon in prouer. c. 31. loquens de muliere forti & pudica inquit quę fiuit lanam & linum, & operata est cōsilio manuum suarū, & ait Diuus Thomas. 1. par. q. 92. art. 1. relatus a Menochio lib. 2. de arbitra. iudic. cent. 5. casu 420 num. 69. Feminam datam fuisse viro non solum ob generationis necessitatem, sed etiam ob domesticam vitam in qua aliqua sunt viri opera propria, & alia mulieris quod comprobat. Arist. lib. 8. ethi. & 3. æcono. dicens quædam esse propria mulieris opera, quæ nec virum decent nec ab eo ita commode quam à muliere fieri solent.

Hinc est quod licet vxor in toto tempore vitæ suę marito seruiat in sanitate & infirmitate non potest dici benemerita præstitisse, sed solum obsequia pręstasse ad quæ iure tenetur, vt nulla sint digna remuneratione secundum Barba. inter consilia. Curt. conf. 67. & Ripam in l. si vnquam. q. 14. C. de reuoc. donatio. quos sequitur Bolognet. conf. 18. numero 14.

277 Quod primo limita vt procedat, quoad operas obsequiales puta parare mensam & lectum labare pannos & similia non autem quoad operas fabriles & artificiales quas sibi vxor non viro acquirit, vt nota Bal. in l. 1. num 7. C. de leg. vbi Salyc. & Corne. idem Bal. in l. si vxorem num. 6. C. de conditio. in sert. & in l. 1. nu. 1. C. de bonis quæ liberis. Castren. in l. diuortio. num. 10. ff. soluto matrim. Ang. in l. filiæ licet in prin. C. de collatio. Panor. in c. in literis in fine de testib. Fulgo. in l. si mulier. §. si vir vxo. 1 num. 2. ff. de donatio. inter vir. & vxor. Alex. conf. 100. libro 2. Capri. conf. 72. num. 15. Boeri decis. 81. num. 3. Gerard. sing. 99. num. 4. Ripa respons. 124 nu. 4. Ioan. Lup. in rub. de donatio. inter vir & vxor. §. 45. num. 3. & 4. & §. 60. nu. 19. & §. 62. num. 9. Roderi. Suarez in l. 9. Fori. num. 12. Hippol. Rimi. in §. 1. num. 135. insti. per quas person. nobis acqui. Couarru. in c. 1. num. 6. de testam. Anto. de Lara in l. si quis à liberis. §. si quis ex his nu. 222. cum seq. plures allegans. ff. de liber. agnos. Ioseph. Ludouic. decis 28. num. 10. & probat. l. 2. in fine titulo 14. par. 3. Sed hodie iure nostro regio nouiori lucra constante matrimonio quæsita communia sunt inter maritum & vxorem per. l. 1. 2. & 4. titulo 9. libro 5. recop. Sed quamuis mulier de iure huius regni non sibi in solidum operas fabriles & artificiales acquirat non tamen poterit per maritum compelli præcisse eas operari, sed tantum obsequiales ex his quæ dicta sunt.

278 Secundo limita quod licet mulier debeat esse officiosa erga maritum, & ei operas obsequiales pręstare non tamen procedat in muliere nobili quæ non tenetur in vilibus officijs seruire marito præsertim si pro talibus obsequijs habeat vel habere posit famulos & ancillas. l. interdum in fine ff. de oper. libert. notat Bal. in dict. l. si vxorem col. 3. C. de conditio. in sert. Abb. in c. literas. col. penul. de restitutio. Spoli. Feli. in c. illud col. 4. de pręsumptio. Decius conf. 202. col. 3. dicens quod vxor nobilis non tenetur ad vilia seruitia etiā in infirmitate mariti. Ioan. Lup. in rub. de donatio inter vir & vxor. §. 31. num. 2. Tiraquell. in l. 1. num. 27. in 1. par. in legib. connub. Anto. Natt. conf. 462. num. 12. lib. 2. Pelaez à Mieres in tract. maiorr. 4 par. q. 27. num. 7.

Quartus

279 Quartus effectus maritalis potestatis est quod maritus potest vxorem moderate corrigere & castigare. l. consensu C. de repudijs authen. sed nouo iure. C. eodem titulo l. vnica. C. de emẽdatio. propin. authen. vt liceat matri. & auiæ. §. si quis autem colla. 8. c. quemadmodum de iure. vir. glo. & docto. in. §. i. insti. de his qui sunt sui gloss. in c. placuit 33. q. 2. & in c. sicut 7. q. 1. Bal. conf. 176. col. 1. Alex. conf. 115. num. 2. lib. 4. Feli. in c. cum contingat. num. 7. de foro compet. Decius in l. vt vim. num. 22. vbi etiam Bolognet. num. 51. ff. de iusti. & iure Tiraquell in l. 1. num. 22. & in l. 8. n. 9. ex in legib. connub. Alciat. reg. 1. præsumptio. 3. Anguiss. conf. 1. numero 6. & 8. lib. 5. Menochi. lib. 2. de arbitra. iudi. cent. 4. casu. 364. nu. 8. Hippol. Rimi. conf. 174. num. 31. libro secundo. Roland. â Valle. cõs. 27. num. 13. & 14. lib. 3. l. 4. titulo 14. par. 7.

280 Et cum causa iusta potest maritus moderate vxorem verberare & in vinculis detinere. d. c. quemadmodum vbi scribentes de iure. iuran. authen. sed nouo iure. C. de repudijs notat. Ias. in l. miles. §. qui iudicati. col. 2. de re iudi. Feli. in d. c. cum contingat num. 7. de foro compet. Boeri. decis. 275. num. 3. Parisi. conf. 54. numero 33. lib. 4. Roland à Valle dict. conf. 27. num. 13. & 14. lib. 3.

281 Quod extende vt procedat etiam si maritus prius præstitisset cautionem ex causa seuitiæ de vxore bene tractanda, quia etiam in hoc casu permissa est ei moderata correctio cum causa, vt notat Abb. in d. c. quẽ admodum col. 2. de iure. iur. Parisi dict. conf. 54. num. 34. lib. 4.

282 Sed si maritus non leuiter, sed acriter & rigurosæ vxorem verberauerit in correctione erit sufficiens causa ad thori separationem. l. consensu C. de repudijs. Feli. in dict. c. cum contingat num. 8. de foro competenti. Petrus Anguisso. conf. 1. num. 7. libro 5. qui dicunt authen. sed nouo iure. C. de repud. procedere quando verbera sunt læuia, sed si sint rigurosa maritus vtitur sæuitia ex qua vxor petere potest separationem â marito, quo ad cohabitationem si ipse vir non reddat sufficientem cautionem de non offendẽdo c. 1. vt litæ non contest. c. literas c. ex transmissa de resti. spoliat. c. de benedicto. 32. q. 1. dict. l consensu C. de repud. authen. de nupt. §. mitiores itaque nuptiarum colla. 4. gloss. & docto. in c. de illis de spons. Abb. & præposit. in c. 1. de diuortijs idem Abb. & alij in dict. c. literas de resti. spolia. Alex. conf. 78. lib. 5 Hip. de Marsil. in l. fin. col vltima C. ad l. Corne. de Sica. Ioan. Lup. in c. per vestras. 3. notab de donatio. inter vir. & vxor. Couarru. in epit. de spons. 2. par. c. 7. §. 5. num. 1. Menochi. lib. 2. de arbitra. iudi. cent. 2. casu. 139. numero 5.

283 Et eadẽ ratione si maritus in vxorem sæuiat non solum potest iudicialiter petere separationem thori, sed a marito aufugere d. c. literas de resti. spoliat. authen. de nuptijs. §. si vero mulier. colla. 4. c. 1. extra quod metus causa tradit Antonius de Lara in l. si quis â liberis. §. si quis ex his numero 210. ff. de libe. agnoscend.

284 Et est aduertendum quod vxor non est marito restituenda, si cum eo morari non potest absque periculo personæ cum hæc sit sufficiens causa eam ab illo remouendi, vt notat. Ioan. Andre. in c. 1. de diuort. & Abb. in dict. c. literas vltimo notab. de resti. spoliat. Parisi. conf. 54. numero 36. lib. 4. Menochi. lib. 2. de arbitra. iudi. cent. 2. casu. 139. & in tract. de recuperanda possessione remedio 1. n. 320. dicens virum agentem

tem contra vxorem ad illam recupe randam repelli posse opposita exceptione seuiciæ ad quod citat Ripam in l.naturaliter.§.nihil commune num. 84.ff de acqui. possessio.& Corset.in tract.regulæ quod spoliat. fall.26.

285 Quod extende vt procedat etiam si maritus cautionē obtulerit & iurauerit eam non offendere,nā etiam in hoc casu non est ei vxor restituēda, quando timetur de seuicia mariti,vt tradit.Bal.conf.140.lib.3.& Crauet. conf. 31. dicens quod vbi odium est capitale non tenetur nec debet mulier se committere fragilitati cautionis, cū in hoc casu cautio sufficiens considerari non posit, quod sequitur Parisius. dict.conf.54.n.36.lib.4.

286 Et quando seuitia dicatur tanta,vt illi non posit per cautionem prouideri & quęsit etiam iusta causa sæuicię, vt maritus teneatur reddere cautionem relinquitur arbitrio iudicis inspecta qualitate personarum, & causa suspicionis secundum Bal. conf.176.lib.1. Abb.in dict.c.literas num.7.de resti.spoliat.& in c.quem admodum de iure. iur. circa finem & in c.1.num.4.de diuort. Alexand. conf.78.num.23.lib.5.Parisi.d. conf. 54. num. 36. lib. 4. Tiraquell.in l. si vnquam verbo omnia vel partem num.31.in fine. C.de reuoc.donatio. Anto. Natt.conf.616.lib.3. Couarru. in epit.de sponf.c.7.§.5.num.1. Anguissol. conf.1.num.1. lib. 5. Roland. à Valle.dict.conf. 27.num. 4. lib. 3. Menochi.dict.lib.2. de arbitra. iudi. cent. 2.casu.139.num.7.

287 Hæc tamen seuicia debet sufficienter probari cum sit causa grauis, vt tradit. Bal. in l. 3. in principio de iureiurando, & Anto. de Butrio & Abb.in c. si pro debilitate, & in c. causam matrimonij de offi. deleg. Alex.conf. 143.lib.2. Anto. Natt.in d.conf. 616 num.1.lib.3.Hippol.Rimi.conf.174.num.16.lib.2.

288 Et testes in causa sæuiciæ ad separationem thori deponentes debent esse idonei,& omni exceptione maiores glo. in c.1.vbi Abb.notab. 3.de consanguinit.& affinit. glo. fin.in c. in literis de testib. Parisi. dict. conf. 54.numer.16.lib.4.Anto.Natt. dict. dict.conf.616.n.1.Rube.conf.73.n.12 Grat.conf.75.n. 3. Roland. à Valle. d.conf. 27.n.15.lib.3.Iacob.Leonissæ conf.48.n.18. Ioan.Maria.Bucellus. conf.70.num.4. Laurenti. de Pinu. conf.72.n.5.Segismund.Brunel. cōf. 74.num.10.Paul Merenda conf. 86. nu.4.lib.1.matrim. Hip. Rimi.conf. 174.num.17.lib.2.

289 Et est sciendum quod vltra hoc remedium cautionis & thori separationis si vxor sit a marito acriter verberata potēst actione in factum agere contra maritum,vt puniatur secūdum Ioan.Andre.in additionibus ad specul.titulo de in iur. & Alex.in l. diuortio. §.si vir. col.3.ff.soluto matrimonio Caſtellā. Cott.in memoria lib.iur. verbo. actio. iniuriarum, & verbo.vxor. Tiraquell.in l.1.legum connub.glo.1. num.24.in 1.par.quos sequitur Couarru.in epit de sponf.2. par.c.7.§.5.num.1.

290 Præterea maritus vxorem malæ tractans perdit lucrū & augmentum dotis,vt notat Alex.post Imol. in l. si ab hostibus in principio num. 9.ff. soluto matrimonio idem Alex. in l. si cum dotem. §. sin autem in seuissimo nu.10.vbi etiam Ioan. de Imol. eod.titulo. Castren.in l.cum mulier num. 6. ff. eod.titulo. Ruy. conf.131. n.4.lib.4.Simō de Pret.conf.9.n.25.

291 Et pari ratione si maritus expellat domo vxorem sine iusta causa amittit etiam lucrum dotis, vt notat Bal. in l.1.§. sed scimus. C.de lati libert. Toll. Aania in c.1. col. 3. de infirm.& Lāguid. exposit. Castren. & Alex.in d. l. si ab hostibus §. 1. ff. soluto matri. Tiraq. de vtroque retract.tit.de retract.l.in agier.§ 10.glo. vnica

vnica nu.12. Curti. Iunior qui hanc testatur communem opi.in l.1.num. 9. & 10. C.vnde vir & vxor Lamberteng. in tract.de contract. glo.8. num.58.Guid.Pancirol.conf.3.num. 20.qui idem tenent in casu quo maritus neget vxori alimenta.

292 Quod etiã dicendum est de vxore quæ maritum male tractauit, vel sine iusta causa aufugit, nam perdit quartam, authen.præterea C. vnde vir & vxor, vt probat Simon de Pret.in dicto consilio.9.numero 26. cum seq. Nam vir & vxor sunt corelatiua & dispositum in vno ex corelatiuis intelligitur dispositum in altero etiam in correctorijs.l.fin.C. de indict. vidui. Toll. Ias. in l. qui condemnare num.9.ff. de iudi. & in pœnalibus probat. l.1. vbi Bar. & Alex.in eius additio.C. de cupressis Scot.responso. 20.numero septimo libro secundo.

293 Quintus effectus maritalis potestatis est quod vxor tenetur habitare cum viro in eius domo & ciuitate.l. fin. §.item res scripserunt in 2. ff.ad municipal. l. aduersus. C. de crimine expil. hæredi. l. 1. ff. de rit. nupt. Etiam si vir sit excommunicatus c. inter alia de sent.excommunicatio. Imol. in l. si constante. ff. soluto matrimonio Bursat. conf. 207.num.9.lib.2.l. 34. titulo 9. par. 1. l. 27. titulo 3. libro 6. recop. Ibi *porque la muger es subdita de su marido y no debe ni puede morar sino do el mandare*. Habitatio coniugum est principalis matrimonij effectus, ideo præcisse per iudices coguntur simul habitare etiam implorato brachij secularis auxilio.c.literas vbi Abb.in fine de resti.spoliat. c.1.de sponf.vbi Feli.num.8.c.intelligimus de adult.c. 1. de offi. ordin. Bar.in l. stipulationes non diuiduntur.q.8. & ibi Ias.nu.32. ff. de verb. oblig. Decius in l. 2.num. 80. ff. de reg.iur. Couarru.in epit.de sponf.2. par.c.7.num.1.Bursat dict.conf.207. num 10.lib. 2.

294 Hinc est quod administratio bonorum quæ in domo sunt, & quæ domestica dicuntur competit vxori, vt custodiat, & conseruet in quo viro obedit. vt tradit. Xenophon in AEconomico Arist.lib.2.polit.c. 3. quem refert. Chassane. in catalogo gloriæ mundi. 2. par. consideratione 29. qui etiam in consideratione 34.citat. Hect. Romer. & Gregor. Nazanze. dicentes quod mulier domi manere debet, & domestica negocia administrare, & in his exercere quæ matronis pudicis conueniunt,& ait Diuus Thom. 1. par. q. 92.art.1.quem supra in 3. effectu citauimus,quod fœmina data fuit viro non solum ob generationis necessitatem,sed etiam ob domesticam vitam in qua aliqua sunt viri opera propria & alia mulieris ad quod faciunt alia quæ in dict. 3. effectu adduximus.

295 Hinc etiam est quod vxor domina domus vocatur, vt dicit Bar.in l. Titia cum testamento.§.fin.col.2.ff. de leg. 2. & in conf. 56. in 2.dubio Ang. in conf.144. Ancha. conf.237. col. 2. Roma. conf. 118. Castren. conf.4.in 3.& 4. dubio, & conf.78. col. fin.lib. 2. quod sumptum est ex antiqua lege Romuli cuius verba sunt, mulier viro legitime coniuncta fortunarum & sacrorum socia. illi esto, vt quæ domus ille dominus,ita hæc domina,cuius legis post Dionysium Alicarnasseum libro 2. Romanarum antiquitatum meminit Tiraquell.in l.8.num.8.in legib. connub.& Mantua in glossario iuris classe 2.c.26 num.5.

296 Illud etiam ex eadem ratione procedere videtur, quod quando mulier habitat cum viro & administrat pro sui libito, ea quæ sunt in domo, & affectione maritali vir eã tenet, præsumitur contractum matrimonium

trimonium saltem respectu legitimationis filiorum notat Bar. in l. vxor. §. sed si ea. ff. de adult. & in l. 1. §. ad quęstionem. ff. de quęstio. Ang. in authen. de trien & semisse. §. consideremus num. 16. Decius cons. 322. num. 12. Ruy. cons. 128. num. 7. lib. 4. Parisi. cons. 13. num. 17. Ioan Cephal. cons. 435. nu. 56. lib. 3. Menochi cons. 199. num. 50. lib. 2.

297 Sextus effectus maritalis potestatis est quod vxor tenetur sequi maritum suum quocunque migrare voluerit, & si domicilium mutare velit. c. vnaqueque. 13. q. 2. Bar. in l. meuia. §. vxore. num. 3. ff. de annuis legat. Albericus in l. obseruare. §. proficisci ff. de offi. pro consul. Bal. in l. qui manumittitur. C. de oper. libert. Scribentes in l. si cũ dotem. §. si maritus. ff. soluto matri. Abb. in c. 1. num 3. de coniugio leprosorum Tiraquell. in l. 1. num. 36. in legib. connub. Couarru. in epit. de sponsalib. 2. par. cap. 7. numero 5. qui plures refert.

298 Quod primo extende vt procedat etiam lepra marito superueniente, quę non soluit effectum matrimonij etiam quo ad thori separationem c. 1. & 2. vbi glo. & scribentes communiter de coniugio leprosorũ tradit Menochi lib. 2. de arbitra. iudic. cent. 5. casu. 456. num. 1. & probat. Regia. l. 7. titulo 2. par. 4.

299 Secundo extende vt procedat etiã in alia quacunque graui & contagiosa infirmitate, vt probatur in d. c. 2. de coniugio leprosorum vbi quod siue mulier lepra percussa fuerit, siue alia graui infirmitate detenta nõ est à viro propterea separanda, vel etiam dimittenda. Et quamuis dict. c. 2. loquatur in lepra, vel in graui infirmitate mulieris, idem dicendum est in marito cum vir & vxor. sin correlatiua & dispositum in vno ex correlatiuis intelligitur dispositum in altero, etiam in correctorijs. l. fin. C. de indict. viduit toll. Ias. in l. qui condemnare num. 9. ff. de re iudi. & in pœnalibus l. 1. vbi Bar. & Alex. in eius additionem. C. de cupressis cum alijs, & ratio quæ militat in muliere militat in marito, & sic cum militet eadem ratio, eadem iuris dispositio locum habere debet. l. illud ff. ad l. Aquili. l. à Titio ff. de verb. oblig. l. fin. C. ad l. Falci. glo. in l. sed & si lege. §. item si rem distraxerit. ff. de peti. hæredi. Bar. Alex. & alij maxime. Ripa. num. 63. in l. si constante ff. soluto matri. Tiraquell. de vtroque retract. titulo 1. §. 20. glo. vnica num. 2. cum seq. Ioan. Lup. in rup. de donationibus inter vir. & vxor. §. 16. nu. 3. & 4. cum alijs pluribus supra in 1. extensione ad l. regiam adductis.

300 Ex quo infertur quod mulier tenetur sequi maritum etiam si ei superueniat morbus Gallicus, nec ex hac causa possit agere ad separationem thori cum text. in d. c. 2. de coniugio leprosor. generaliter loquatur & nullam infirmitatem, quantumcumque grauem excludat, generaliter enim text. loquitur generaliter debet intelligi & obseruari l. de pretio ff. de publiciana l. qui §. partem. ff. de in ius voc. cum alijs.

Sed contrarium tenet Anto. Natt. in cons. 24. lib. 1. dicens hunc morbum Gallicum sufficientem esse ad thori separationẽ propter eius contagionem. cum sit facienda differentia inter lepram, & lepram vt in c. per venerabilem vers. sane, qui filij sint legitimi, cuius verba sunt Deuteronomij, quam differentiam in leprosis seruari suadet iudicibus. Ioan. Andre. in additio. ad specul. titulo de coniugio leprosorum in principio dicens, quod iudex distingat inter lepram & lepram, cum in ea sint gradus, vt patet Leuit. 13. per totum & de diuersis lepris notatur in c. voluissent vers. Moysi de pœnit. distin. 1. & cum morbus Gallicus, vt

est

est notorium, sit contagiosus non poterit vxor sine suæ personæ periculo reddere debitum quo casu non tenetur reddere ex notatis per Abb. in c. 2. n. 5. de cõiugio leprosorum dum dicit quod si maritus est ethicus, vel alia egritudine detentus, ita vt sine personæ periculo non possit reddere debitum non tenetur, quia ordinata charitas incipit à seipso, vt in c. nisi de auto. & vsu pal. & in c. non satis. 86. distin. quod dicit à doctoribus communiter teneri, ex quo potest summi interpretatio ad dict. c. 2. de coniugio leprosorum, vt intelligatur, quando sanus posset reddere debitum sine sua verisimili infectione secus tamen, quando esset verisimile periculum de infirmitate quam limitationem ponit Petrus Aureolus in 4. sententiarum distin. 32. q. 2. & pro hac parte adducit etiam Natta. quod dicit gloss. in c. 1. de coniugio leprosorum, quam ibi sequitur Innoc. quod licet vxor teneatur reddere debitum marito leproso non tamen teneatur reddere debitum marito leproso non tamen tenetur eodem lecto & domo morari ex quo, colligitur quod cohabitacio est de consilio, quia in ea inest, periculum contagionis, & reddere debitum est de præcepto, quia in redditione debiti nullum vertitur periculum cum actus venereus duret momento, & ideo dicit gloss. in c. si quis vxorem 32. q. 5. quod sanus quam cito soluerit debitum leproso debet recedere, ita intelligens dict. c. 2. de coniugio leprosorum, quam expositionem refert, idem Natta, tenere Ricard. in 4. sent. distin. 32. q. 2. & cum in morbo Gallico sit periculum in redditione debiti & non in cohabitatione talis morbus Gallicus videtur contrarius morbo lepræ, & sic cessare fundamentum dict. c. 2. de coniugio leprosorum, quibus fundamentis tenet per totum Consilium, quod morbo Gallico superueniente, tanquam contagioso morbo possit fieri separatio thori respondens ad c. 1. & 2. de coniugio leprosor. quod locuntur in lepra non contagiosa & ad c. si quis vxorem. 32. q. 5. & ad c. hi qui, 32. q. 7. quod loquuntur in morbis qui generant displicentiam non autem contagionem.

301 Sed his non obstantibus primam opinionem teneo contra Anto. Natt. ex generalitate, dict. c. 2. de coniugio leprosorum. & facit text. in l. si cum dotem. §. si maritus. ff. soluto matrimonio dicens, quid enim tam humanum est quam fortuitis casibus mulieris maritum participem esse & quod dicitur de viro dicendum est etiam de muliere cum vir. & vxor. sint correlatiua & dispositum in vno ex correlatiuus censetur in altero dispositum etiam in correctorijs & pœnalibus ex iuribus vulgaribus supra allegatis maxime quando militat eadem ratio, vt in hoc casu, vt superius etiam dictum est.

302 Nec obstat differentia quam Anto. Natta. prætendit facere inter lepram & morbum Gallicum dicendo morbum Gallicum esse contagiosum taliter quod vxor sine sue personę periculo non potest reddere debitum marito, eo morbo laboranti, & sic sentit, quod morbus lepre de quo loquitur titulus de coniugio leprosorum non est contagiosus, & per consequens quod in eo non est periculum, quæ differentia est expresse contra text. in c. 1. de coniugio leprosorum, qui loquitur in lepra contagiosa, ibi quod cum hi qui lepræ morbum incurrunt de consuetudine generali à communione hominum separentur, ex quibus verbis aperte colligitur, quod lepra illa erat morbus contagiosus ex eo quod leprosi à communione fidelium excludebãtur, & ita sentit. ibi gloss. & brobatur ex text. in c. 2. de Eccles. edificand

edificād. in integra vbi dicitur quod leprosi non debent habitare cum sanis ne vna ouis morbida inficiat sanas oues. Et adeo illa lepra erat contagiosa, quod Abb. in c. sacris. num. 6. de sepult. post Abb. antiquum ibi tenet quod leprosi non sunt sepeliendi in cementerio vbi alij sepeliuntur, quia in actu sepulturæ est etiam timor, vt corpora leprosorum inficiant. pro quo etiam facit illud exemplum numeri c. 12. & c. hoc ipsum 33. q. 2. Si igitur morbus contagiose lepre nō soluit effectum matrimonij etiam quoad thori separationem, & vxor tenetur sequi virum à cōmunione fidelium propter contagiosam lepram separatum, vt in d. c. 1. de coniugio leprosorum idem erit dicendum in eo, qui morbo Galico laborat ex identitate rationis per ea quę supradicta sunt maxime, quia text. in dict. c. 2. de coniugio leprosorum nullam infirmitatē, quantumcumque grauem & contagiosam excludit, ex his quæ proximæ dicta sunt, circa intellectum. dict. c. 1. eiusdem tituli.

303 Nec etiam obstat illa communis opinio doctorum, quam refert Abb. in dict. c. 2. num 5. de coniugio leprosor, quod non tenetur reddere debitum infirmus tali infirmitate, quod sine periculo mortis non possit reddere, quia ad hoc respondetur, quod aliud est quod infirmus durante periculo mortis non teneatur reddere debitum, & aliud quod iudicio Ecclesiæ fiat separatio quoad thorum, præterea dicta communis opinio loquitur, quando sanus petit debitum ab infirmo nos vero loquimur, quando maritus infirmus petit debitum ab vxore sana, ex cuius parte non vertitur tale periculum mortis.

304 Limita tamen dictum effectum procedere, quando maritus in prouinciam proficiscitur vel modicam peregrinationem facit, nam tunc tenetur eum vxor sequi arg. l. quod nisi. §. fin. ff. de oper. libertor. quod notat Bar. in l. meuia. §. vxore. num. 3. ff. de annuis. leg. Areti. in §. 1. nu. 12. inst. ad Tertulia. Corset. in sing. suis verbo Vagabundus Stephanus Aufre. in annotatio. ad Capellam Tolos. decis 86. Tiraquell. in l. 1. nu. 37. in legib. connub. Mantua in glossario iuris Classe. 1. c. 1. num. 1. & 7. Menochi. lib. 2. de arbitra. iudi. cent. 5. casu. 469. num. 5. Secus tamen in longa peregrinatiōne, in qua vxor non tenetur sequi virum vt proxime citati doctores tenent, nisi tempore contractus matrimonij vxor sciebat maritum solitum vagari, & peregrinari, quia in hoc casu vxor tenetur eum sequi quocumque iuerit etiam extra prouinciam, & in partes quantumcumque remotas, quia cōtrahendo considerata personæ qualitate visa fuit consensisse, & mores eius approbasse, vt notat gloss. in c. si quis 34. q. 2. & in c. vnaqueque 13. q. 2. Bar. in dict. l. Meuia. §. vxore, num. 3. ff. de annuis legat. Alberi. in l. 1. C. de vxo. mili. Bal. in l. penul. C. de oper. libert. idem Bal. Ang. Alex. & alij in l. si cum dotem. §. si maritus. ff. soluto matri. Imol. in rub. ff. eod. titulo. nu. 7. Abb. Cardi. & alij in c. de illis de spons. & in c. de vxore de sepult. Ang. Areti. Corset. Tiraquell. Mantua & Menochi. in locis proxime citatis, qui hanc testantur communē opi. Couarru. in dict. c. 7. nu. 5. Plot. cons. 1. num. 20. qui plures allegat & tenent summiste maxime summa Ang. verbo. vxor. num. 9. & summa Rosella verbo. vxor. num. 3.

305 Secundo limita, vt non procedat dictus effectus, quando tēpore contractus matrimonialis pactum sit appositum, vt vir cum vxore certo loco habitare teneatur, nam tunc maritus tenetur loco promisso cum vxore morari, vt tenent Siluest. verbo. vxor. q. 8. Host. in summa in titulo

de

de coniugio seruorum §. 4. Ioan. Andre. & collecta. in c. 1 qui matrimoni. accus. poss. vbi etiam Abb. qui hanc testatur communem opinionem idem collect. in c. licet de coniugio seruorũ Castren. & Imol. in l. Titio. §. Titio centũ ff. de condi io. & demõstr. capell. Tolosa decis. 87. Grego. Lop. in l. 2. tit. 5. par. 4. Bursat. qui etiam testatur de com muni in cons. 207. num. 13. lib. 2. Quorum opinio vera & sequẽda est, licet Alber. in d. l. Titio. §. 1. ff. de conditio. & demonstratio. & post eum Couarrub. in epit. de sponsa. 2. part. c. 7. nu. 5. contrarium teneant moti principaliter quod vno & eodẽ loco habitare est species seruitutis, vt probatur ex d. l. Titio. §. 2. vbi notant doctores & in l. 2. de libero homine exhibendo, & in l. antiquitas. C. de vsufructu cum alijs cui fundamẽto respondet Castren. in d. l. Titio. §. Titio centum, & potest eum Grego. Lop. in d. l. 2. titu. 5. par. 4. quod procedit quando talis conditio. est in nullius fauorem apposita, nam tunc velut infringens libertatem reijcitur vt in d. §. titio centum secus tamen si in alicuius fauorem apponatur prout in hoc casu, quod probatur in l. cum tale in prin. ff. de conditio. & demonstratio. & in l. qui concubinam. §. vxori vbi Bar. ff. de leg. 3.

306 Sed sublimita & intellige dictam limitationem non procedere quando ex iusta causa maritus vult recedere à loco promisso vt omnes citati Doctores tenent & testantur hanc esse communẽ opinionẽ Emanuel Soarez recept. sent. verbo vxor nu. 111. & Bursat. cons. 207. num. 13. lib. 2.

307 Et est aduertendum quod quamuis is qui ex pacto tenetur habitare in aliqua parte liberatur soluendo interesse vt notat Bar in l. stipulationes non diuiduntur. 8 q. ff. de verborum obigatio. Bal. in l. sicut certi C. de liberali causa Salyc. in l. antiquitas C. de vsufructu glo. & communiter Doctores in l. 3. ff. de vsufructu Bursat d. cons. 207. num. 5. lib. 2. vbi hanc testatur communẽ opinionẽ, tamẽ in hoc casu si maritus discedat ab eo loco vbi ex pacto initó tẽpore matrimonij tenetur cũ vxore habitare potest ab ea vxore vindicari vt in loco promisso precisse detineatur vt notat Capici. decis. 135. quẽ sequitur Auendanius in responso. 8. num. 11.

308 Et vltimo loco nota quod licet maritus non possit compellere vxorem vt eum sequatur in longa peregrinatione vel quãdo recedit a loco promisso vxor tamen indistincte in omni casu potest sequi maritum si vult etiam eo inuito quia vt superius dictum est in 5. effectu, tenentur vir & vxor simul morari & vxor eundo cũ marito honoris scandalum non patitur nec famę Imo. Laudem meretur maximam vt refert Ferdi. Loatius in suo magno cõsilio feudali in 1. dubio num. 45. cum duobus sequentibus & Plot cons. 1. nu 18. dicentes quod vxores sequentes viros suos etiã vagabundos dicuntur mereri & maritos suis beneficia facere adeo quod valeret donatio facta per maritum tali vxori, quia diceretur donatio remuneratoria quæ permissa est inter virum & vxorẽ l. quod autẽ. §. si vir. & vxor ff. de donatio. inter vir. & vxor.

309 Septimus effectus maritalis potestatis est ꝙ maritus potest vxorem vẽdicare vt notat Abb. in c. illud nu. 10 de presumptio. & in c. non est nu. 6. vbi etiam prepofit. de sponsalib. Couarr. in epit. de sponsalib. 2. par. c. 7. in prin. nu. 3 in quo remedio maritus non solum potest adire iudicem Ecclesiasticũ, verũetiam implorare officium iudicis secularis secundum glos. quam ita ibi intelligunt & sequũtur Abb. & cæteri scribentes in d. c. non est de sponsalibus & Couarru. in loco proxime citato.

310 Et non solum potest maritus autho

ritate iudicis vxorem vendicare sed propria authoritate poterit in eam fugientem manum in ijcere & capere atque detinere vt notat glos. in c. 1. de coniugio leprosorum quam sequuntur plures doctores relati à Tiraquello. in l. 1. num. 40. in legib. connub.

311 Octauus effectus maritalis potestatis est quod mulier sequitur forum & domicilium mariti & proprium per matrimonium mutat. l. cū quedam puela vbi scribentes ff. de iurisdictio. omni. iudi. l. fin. §. item rescripserunt vbi Bar. & alij. ff. ad municipal. l. exigere dotem vbi Doctores ff. de iudi. l. mulieres C. de dignit lib. 12. l. fin. C. de incolis lib. 10. l. 1. C. de mulierib & inquo loco eod. lib. c. 1. de sponsalib. l. 32. tit. 2. par. 3. & efficiti etiā ciuis ciuitatis viri & cōprehēditur substatuto loquente deciuibus vt notat glo. in l. ciues quam ibi sequuntur Bar. Ang. & Ioan. de Plat. C. de incol. lib. 10. idem Bar. in d. l. fin. §. item rescripserunt vers. quero. ff. ad municipal Cagnol. in d. l. cumquedam puela num. 11. ff. de iurisdictio. omni. iudi. Tiraquell. in l. 1. in 1. par. n. 29. inlegib. cōnu. Et dicitur quoq; vxor eiusdem originis mariti secundum glo. in l. 2. C. de municip. & origi. lib. 10. quam sequitur & limitat. Bar. in d. §. item rescripserunt & Bal. in rub. ff. solato matrimo. col. 2. & in l penul. in principio col. 1. ff. de iurisdictio omni iudi. & Tiraquellus & alij per eum citati in d. l. 1. num. 30. in legib. connub. & ratio huius effectus est vltra maritalem potestatem, quia per matrimonium efficitur vna domus & vnum corpus l. 1. §. si vir. ff. ad sillania & vxor vnitur viro tanquam digniori & eadem est conditio. vnitorum vt in c. quod in dubijs de consecratio. Eccle. vel altar. & notatur in c. 1. ne sede vacante & quia hunc effectum pluribus extensionibus & limitationibus latissime declarauimus infra in c. 9. huius primi libri in tertia conclusione principali ideo ad ibi dicta te remitto cōtentus in hoc loco sola principali conclusione propter ordinem effectuum huius maritalis potestatis.

312 Nonus effectus maritalis potestatis est, quod vxor dicitur de familia viri, & non patris, l. quicunque. C. de remilit. lib. 12. vbi Bart. hoc notat idem Bar. & Alberi. in l. penul. §. Iulianus ff. quod falso tut. Ant. Corn. cōs. 55. nu. 6. lib. 1. & cons. 26. nu. 6. lib. 4. Tira. late in l. 1. nu. 31. cum sequent. in legib. connub. quod hodie de iure regio est sine dubio cū per matrimonium filia liberetur à patris potestate ex l. 8. tit. 1. lib. 5. recopil. & transeat in potestatem viri, vt abunde supra probatum est.

Ex quo infertur quod si alicui &
313 omnibus suis descendentibus masculis & feminis concedatur priuilegium feminæ descendentes per lineam femeninam, ita demum gaudent priuilegio si sint vidue & non contraxerint secundas nuptias, vt notat Bar. per text. ibi in l. quoties. C. de priuilegijs scholar. lib. 11. quem sequuntur Roma. in l. 1. in prin. ff. ad Sillania. Ang. & Platea. d. l. quoties Ias. in l. cum quędam puela, num. 3. ff. de iurisdictio omni. iudi. Gozad. consil. 34. numer. 15. Alexand. cons. 125. col. 2. vbi additionator lib. 7. Felin. & alij per eum citati in cap. de monachis de sentent. excommunicatio. Ripa libro secundo respons. c. 3. Tiraquell. in dict. l. 1. in prima par. num. 34. in legib. connub. Siluan. consi. 1. numero. 40. Socin. Iunior. cons. 168. num. 57. lib. secundo Hippolyt. de Marsil in l. vnica, numer. 220. C. de rapt. virgi. & in rub. de fideiussorib. nu. 113. Campeti in tract. de dote. 5. pars. quæst. 71. num. 1. Anto. à Padilla. in l. voluntas, nu. 4. C. de fideicommis. Pelaez a Mier. in tract.

tract. maiorat. 2. par. q. 6. nu. 46. & hanc opinionem testatur magis cómunem Arius Pinel. in l. 3. numero 34. C. de bonis mater. plures referens eam tenentes licet ipse sentiat contrarium contra quem & in fauorem dictæ opinionis faciunt, éaque in sequenti effectu dicetur.

314 Decimus effectus maritalis potestatis est quod vxor ex honore & dignitate viri honoratur. lex. mulieres. C. de dignit. lib. 12. vbi late Lucas de Pena. l. fin. C. de incol. lib. 10. ibi honore mulieres maritorum eregimus, genere nobilitamus. l. fin. C. de nupt. ibi, vxor marito concrescat & sentiat eius fulgorem, authen. de consulibus. § si autem coll. 4. ibi decet enim frui eas & coniugis claritate & ibi, quoniam vxores corruscant radijs maritorum, & ratio quoque est vt supra in octauo effectu diximus, quia vxor vtitur viro tamquam digniori & eadem est conditio vnitorum, vt in dict. cap. 1. ne sede vacante, & quia maritus & vxor sunt vna & eadem caro. c. Martinus de cognatio. spiritu. c. debitum de bigamis. c. agathosa 27. q. 2. c. illud. 33. q. 5. l. 3. titulo 15. par. 2. l. 7. titulo 2. par. 4.

315 Ex quo infertur quod si mulier ignobilis nubat nobili efficitur nobilis, & eiusdem conditionis cuius est maritus. dict. l. mulieres cum alijs allegatis. l. princeps ff. de legib. glo. in cap. vbicumque verbo masculinū de pœnis. lib. 6. Bar. & Plat. in lex. t. C. de dignit. lib. 12. Bar. Fulgo. Castren. & Ias. in l. fin. C. de verbo. signi. Soci. Iunior. conf. 76. num. 127. lib. 1. Ioan. Lup. in rub. de donatio. inter vir & vxor. §. 31. num. 7. late Tiraquell. in tract. de nobilit. c. 18. num. 1. cum seq.

316 Quod primo extende, vt procedat, in vidua quæ nupta fuit nobili, nam durante viduitate debet gaudere nobilitate mariti mortui sicut si viuus esset. l. cum te vbi Bal. C. de nupt. l. filij. §. vidua. ff. ad municipal. Bar. Fulg. & alij in d. l. fin. C. de verb. signi. Barba. cól. 6. col. 4. lib. 1. Guid. Pap. decisf. 217. & 196. 349. 379. & 380. Decius & Alciat. in l. 1. C. de in ius voc. Ioan. Lup. in dict. rub. §. 31. n. 9. Tiraquell. in dict. c. 18. num. 5. & in Reg. cessante causa. 1. par. nu. 100. vbi post alios quos allegat hoc extendit procedere etiam in priuilegijs exorbitantibus. Sed hanc extensionem intellige in vidua quæ honestæ viuit non alias, vt notat idem Tiraquell. in locis proxime citatis, quē sequuntur Otalora de nobilit. 4. par. c. 8. n. 1. & 2. & Pelaez à Mieres in tract. maiorat. 1. par. q. 51. num. 34. & probat. l. 13. titulo 21. par. 2. & l. 9. titulo 11. lib. 2. recop.

317 Secundo extende procedere etiam in viduis, quæ nuptæ fuerūt his quos *Caualleros armados* vocant, qui gaudent priuilegijs exemptionis & nobilitatis, vt tenet Otalora de nobilit. 4. par. c. 8. quem refert & sequitur Pelaez à Mierez in tract. maiorat. 1. par. q. 51. num. 34.

318 Sed hæc extensio admodum mihi dubia videtur in hoc casu speciali, in quo est necessarium, vt talis priuilegiatus habeat arma & equum, & seruiat in bello, & faciat alia quæ per legem huius regni sunt necessaria, & cum maritus absque his requisitis non gauderet priuilegio durante matrimonio, ita eius vxor vidua licet præsumatur durare in matrimonio, quia cessante causa belli & armorum cessat priuilegium, vt in reg. cessante causa, & adducta per Otalor & Pelaez à Mieres procedere possunt in priuilegijs personalibus quæ morte cessant, sed hoc priuilegium cessat, in quocumque tempore defectu armorum & aliarum rerum & qualitatum quæ ad tale priuilegium requiruntur per ipsummet priuilegium, & leges huius regni.

319 Secundo ex eadem ratione etiam infertur quod sicut vxor est particeps honoris mariti ita est particeps de decoris l. fęminę. ff. de senatorib. l. cum te & l. vlti. c. de nup. ingenue C. de muri leg. lib. 11. l. edicimus in principio eod. titu.

320 Hinc est quod vxor nobilis si nubat ignobili efficitur ignorabilis & perdit nobilitatem vt notat Bart. in l. 1. num. 34. & 40. C. de dignit lib 12. vbi Plat. col. 2. Castren in d. l. fin. num. 3. C. de verb. signi. Guid. Pap. decis. 196. 346. & 380. Corne. cons. 55. num 6. lib. 1. & cons. 26. num. 6. lib. 4. Tiraquell. in d. tract. de nobilit. c. 18. num. 16. Otalara in dicto suo tract. etiam de nobilit. 4. par. c. 8. num. 2. d. l. 9. titu. 11. lib. 2. recop.

321 Quod extende vt procedat etiam durante viduitate nam vxor cum se abstineat à secundis nuptijs videtur in coniugio primi viri perdurare & eius conditionem retinere d. l. filij. §. vidua. ff. ad municipal. l. ingenue C. de muri leg. lib. 11. l. edicimus eod. titu. Guid. Papa. d. decis. 349. & 380. Tiraquell. in dict. tract. de nobilit. c. 18. num. 16.

322 Sed licet de iure communi hęc extensio probabilis sit & vera videatur, de iure tamen nostro regio contrarium dispositum est per d l. 9. titu. 11. lib. 2. recop. vbi expresse cauetur quòd mulier nobilis quam vocant, *Hija da'go*, Si nubat ignobili mortuo marito gaudet nobilitate & non tenetur contribuere sicut constante matrimonio propter conditionem mariti tenebatur. Cuius ratio potest esse quia licet per matrimonium efficiatur mulier eiusdem conditionis cuius est maritus vt in iuribus supra allegatis, hoc tamen est per accidens ex vnione matrimonij & sic nobilitas mulieris quæ constante matrimonio erat offuscata ignobilitate mariti sublato illo accidente per mortem mariti, nobilitas ipsa mulieris elucescit & de texitur & sic debet mulier gaudere sua propria nobilitate ex qua ratione etiam de iure communi redditur dubia dicta proxima extensio viduitatis nec videtur obstare fundamentum Guid. Pap. Tiraquell. & aliorum quos ipsi allegant, quia licet mulier durante viduitate videatur per durare in coniugio primi viri debet intelligi in fauorabilibus non vero in odiosis.

323 Vndecimus effectus maritalis potestatis est quod si mulier aliquid fecit in fauorem aut commodum mariti & damnum aut incommodum ipsius mulieris præsumatur id fecisse reuerencia & metu mariti & talis actus mulieri non pręiudicet. l. prima, §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non detur vbi expresse, glos. hoc notat & clarius, glo. in. c. cum locum de spons.

324 Quod primo limita procedere quando simul cum præsumpto metu reuerentiali concurrunt mine, quia tunc talis metus reuerentialis mariti iustam inducit causam timoris, quam non inducit solus metus reuerencialis de perse, vt notat Bart. in dict. l. 1. §. quę onerande. ff. quarum rerum actio. non detur quem ibi sequuntur scribentes, idem Bar. Alexand. & alij in l. interpositas. C. de transactio. idem Bar. Castrens. & Aretin. in l. ad inuidiam. C. quod metus causa Abb. & Deci. in cap. causam matrimonij de offi. deleg. idem Abb. & Alciat. in c. cum contingat. de iure iur. idem Deci. in cap. 1. num. 3. de officio de leg. præposit. in cap. cum locum num. 6. de spons. Ang in §. quadrupli, nu. 9. & 10. vbi etiam Ias. nu. 61. insti. de actio. Afflict. decis. 69. numer. 4. Boeri. decis. 100. numer. 12 Capici. decis. 159. numero 32. Gramm. decis. 103. numer. 49. vbi hanc testatur communem opinionem Tiraquell. post leges connub. gloss. 5. num. 39. Cagnol. in l. in omnobus causis num. 8. ff. de reg. iur. Roderi.

deri. Suarez allegatione 24. in fine Bernard. Diaz. reg. 532. vbi late Ignatius à Salzedo in eius additionem Couarru. in epit. de sponſ. 2. par. c. 3. §. 6. num. 4. vbi hanc dicit communem opi. Anto. Gome. 2. tomo variarum reſolutio. c. 14. num. 27. Ioan. Bolognet in l. quæ dotis num. 128. ff. ſoluto matri. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta num. 100. ff. de verb. obligatio. Ioan. â Matienzo in dialogo relatoris. 3. par. c. 20. numer. 2. Ludouic. de Molina de Hiſpan. primogenijs lib. 2. cap. 3. num. 9. qui teſtatur de communi. Iacob. Mandel. qui hanc etiam dicit communē conſ. 77. num. 5. cum ſeq. Ioan. Gutierrez de iuramento confirmatorio. 1. par. c. 1. num. 15.

325 Secundo dictum effectum limita, vt procedat, quando cum metu reuerentiali mariti concurrit ipſius mariti ſeuitia, aut crudelitas, & auſteritas, & in nimia obedientia vxoris, quia tunc ſufficeret mandatum mariti ad annullandum actum, vel contractum in eius vtilitatem, & in præiudicium vxoris factum etiam ſi in ſpecie mine non probentur, & iudicis arbitrio relinquitur, quæ tanta ſit ſeuicia, vel aſperitas mariti, vt notat Roderi. Suarez in dict. allegatione. 24. Pariſi. conſ. 139. lib. 4. Octauia. Cacher. decif. 179. num. 3. Ioan. Ignati. in dict. reg. 532. limit. 2. & tenent plures excitatis in præcedenti limitatione.

326 Tertio dictum maritalem effectū limita, vt procedat, quando cum metu reuerenciali mariti concurrit enormis læſio, nam tunc non probatis nimis ſufficit talis metus reuerentialis cum enormi læſione ad reſciſsionem actus vel contractus, vt notant doctores in dict. l. interpoſitas maxime. Iacob. num. 11. Curti. Senior. col. 2. & Alciat n. 31. C. de tranſact. Caſtren. conſ. 174. nu. 4. lib. 1. Areti. conſ. 24. col. 2. Soci. reg. 379. Fall. 3. inter reg. diuerſorum doctorum, & in conſ. 263. n. 2. cum ſeq. Decius in d. c. cauſam matrimonij. nu. 5. de offi. deleg. Gram. deciſ. 103. num. 49. Capici. d. deciſ. 159. n. 34. Boeri. d. deciſ. 100. n. 18. Riminal. Senior. conſ. 40. nu. 15. lib. 1. Ruy. cōſ. 170. n. 16. cū ſeq. lib. 1. Soci. Iunior cōſ. 47. n. 31. lib. 3. Alba. conſ. 77. num 21. qui plures refert & teſtatur hanc eſſe communē opi. & conſ. 89. n. 5. & conſ. 100. n. 4. Curti. Iunior conſ. 141. n. 11, Aymon. conſ. 114. n. 1. & cōſ. 11. col. penul. Octauia. Cacher. deciſ. 179. n. 5. & 6. Couarru. in epit. de ſponſ. 2. par. c. 3. §. 6. n. 4. & in c. quamuis pactū. 3. par. §. 4. n. 7. de pact. in 6. Ioan. Ignati. â Salzedo in d. reg. 532. in 1. limit. Ludoui. de Molina lib. 2. c. 3. nu. 11. Hippolit. Rimi. conſ. 12. n. 2. lib. 1. Quod extendunt fere omnes etiam interueniente iuramento cum enormiſsima læſione.

327 Quarto limita vt procedat etiam quando ſimul cum metu reuerentiali præcedunt preces importune mariti, quia preces importune illius qui debetur reuerētia equiparantur metui, vt poſt alios notat. Soci. cōſ. 263. n. 8. Iaſ. conſ. 133. n. 8. Neuiz. cōſ. 22. n. 22. Afflict. deciſ. 69. num. 5. Boeri. deciſ. 101. n. 10. Couarru. in epit. de ſponſ. 2. par. c. 3. §. 6. in fine. Ioan. Ignati. â Salzedo in additio. ad d. reg. 532. limit. 3. Octauia. Cacher. d. deciſ. 179. num. 4.

328 Et quę dicta ſunt in metu reuerēcia li mariti intelligenda ſunt in metu patris patroni, vel alterius ſuperioris, vt notant doctores ſupra. in 1. & 3. limitatione citati, & etiam locū habent in fratre maiori, & in patruo. & ſocero, vt poſt Areti. Claud. Oroſci. Capici. & Ruy. concludit. Ioan. Ignati. à Salzedo in d. reg. 532. in fine.

329 Eſt tamen notandum quod iſte metus reuerentialis purgatur tacito conſenſu poſtea interueniente lapſu temporis, eius qui vim & metum patitur. lex. 2. 3. & 4. & vbique

que glos.& scribentes.C.de his,quę vi metus ne causa fiunt. Quod est in telligendum interueniente aliquo actu spótaneo ex quo huiusmodi ta citus consensus inducatur, d.l.2. vbi Bart.in fine.C.de his quæ vi.1.§.quę onerádæ quarum rerum actionó detur Imol.in l.quæ dotis col.fin.ff.soluto matrimonio Deci.in l.in omnibus causis pro facto num.12.ff.de regul.iuris.Alexand.conf.140.col.vlt. lib.6.Crauet conf.119 nnm.5.Rolan. conf.83.num.42.&43.lib.2.Octauia Cacher.decis.179.num.8. cũ seqent. qui rationem assignat ex Bal.in l.poterit in 6. oppositione C.de iure de liber.dicẽs quo ad declarandũ interio rem animi motum & redendũ eũ essentialiter perfectũ requiritur actus exterioris,quia sola taciturnitas non inducit in hac materia consensum, imo habetur pro contraditione,quia tacens propter reuerentiam in actu, quem impedire non potest pręsumitur dissentire si agitur de eius præiudicio maxime si sit probata seuicia, vt tenent Bar. num. 22. Ias. num.95. & 104. & alij communiter in dict.l. quæ dotis.ff. soluto matrimonio. Innoc. Feli. Decius & alij in c. causam matrimonij de offi.deleg. idem Feli. in c. non ne num. 1. de præsumptio. Curti. Iunior post alios in l.inter po sitas num 13.C.de transactio. Afflict. decis. 58 num.3.Ruy.conf. 60. num. 54.lib.3. late Octauia. Cacher. d.decis. 179. num.9.& 10.cum seq.

330 Quod sub intellige cessante causa metus, nam durante eadem causa numquam purgatur metus ex subsequenti actu etiam per longissimum tempus, vt notat Alex.conf. 98. numero 8. lib. 3. Ias. conf. 165. col.1. libro 2. Decius in dict. l.in omnibus numero 12. & 13. ff.de reg. iur. & in conf. 219.num. 7.& 10.& conf. 498. num.15. Boeri.dict.decis.100.nu.13. late Parisi.conf.139. numero 5. lib. 4. Ruy. conf.121. numero 28. lib.4. Soci. Iunior conf. 77. num.62. Neuiz conf.52.num.52.cum seq.Crauet. conf.213.num.1.Roland.conf.2.num. 87. & conf. 95.n.33. lib.1. Alba.conf. 77. num. 14. quos sequitur Octauia. Cacher. dict.decis.179.num.12. cum seq.

331 Duodecimus effectus maritalis po testatis est quod maritus constante matrimonio est pominus rei dotalis. l. doce ancillam C. de rei vendi.l. si prædium l. pro oneribus. C. de iure docium. l.quamuis ff.eod.titulo. l.7. titulo 11. par. 4. quæ idem disponit in donatione propter nuptias facta à marito vxori.

332 Pro cuius declaratione præmittendum est vxorem triplex habere patrimonium primum bona dotalia quorum est dominus maritus ex iuribus proxime citatis. Nam licet mulieris quoad effectum sit dominium constante matrimonio inspecto iure naturali,attamen ex iuris ciuilis dispositione dicitur residere apud maritum respectu administrationis dispositionis & receptionis fructuum,vt posit sustinere onera matrimonij,vt probatur in iuribus proxime allegatis,& ita intelligit hunc effectum. Grego. Lop. in dict. l. 7. titulo 11.par. 4. in gloss. verbo *debe ser señor* ,& Anto. de Lara in l. si quis à liberis. §. si quis ex his número. 249. cum alijs sequentibus. ff. de liber. agnos. & Menochi. conf. 201. numero 28. libro tertio.

333 Secundum patrimonium sunt bona paraphernalia quæ ab vxore marito extra dotem traduntur in quibus maritus est legitimus administrator & procurator, & sine aliquo vxoris mandato agere, & conueniri potest licet dominiũ eorũ sit apud vxorem. l.fin.C.de pact.conuent. vbi gloss.& doctores notant. l.si ego.§.1 ff. de iure doti. & dicuntur paraphernalia à para, quod iuxta & pherna, id est dos quasi iuxta dotẽ vt declarat.glo. in

in rub. C de pact. conuent. Alex. conf. 144. col. 2. lib. 5. & late. Decius conf. 521. num. 1. Adeò quod vbi nulla dos est constituta, ibi Paraphernalia esse non possunt, vt notant Alex. & Decius in locis proxime citatis, & Ioan. Cephal. conf. 122. num. 5. lib. 1.

334 Et hęc bona Paraphernalia quæ extra dotem marito dantur non habent dotis priuilegia, vt notat gloss. in dict. l. Si ego. §. dotis verbo condu ci. ff. de iure doti. Ias. in l. maritus prope finem de procuratorib. Deci. dict. conf. 521. num. 3. Ruy. conf. 222. num. 6. cum seq. lib. 1. Ioan. Cephal. dict. conf. 122. num. 13. lib 1.

335 Tertium patrimonium sunt bona quæ mulier vltra dotem penes se retinet, & marito non tradit in quibus maritus non est legitimus administrator, sed necesse est, vt ab vxore constituatur procurator. l. maritus. C. de procurator. l. fin. in prin. vbi notat Bar. ff. ad. l. Falci. vel in his, vt coniuncta persona cum cautione de rato nomine vxoris agere potest. l. 3. §. 1. ff. iudicatum solui. & de hoc triplici bonorum genere non nulla notant. Bar. & alij in dict. l. maritus, & Ang. in §. idem rescripserunt numero secundo insti. de excusatio. tut. Guid. Pap. q. 248. & 468. Alex. dict. conf. 144. Ias. conf. 197. lib. 1. Ruy. dict. conf. 222. num. 3. Soci. conf. 82. num. 8. Decius dict conf. 521. numero primo & secundo. Ripa. libro tertio respons cap. quarto. Cephal. dict. conf. 122. numero 1. cum seq. lib. 1.

336 Ex his primo infertur quod cum maritus sit dominus rerum dotalium & habeat etiam legitimam administrationem in rebus paraphernalibus in quibus sine aliquo vxoris mandato agere, & conueniri potest, quod si maritus & vxor fateantur recepisse pretium rei venditæ præsumittur totum pretium ad maritum peruenisse, vt post Bal. & Imol. concludit. Alex. conf. 172. col. 4. lib. 6. Bal. nouell. in tract. de dote. 7. par. priuilegio. 1. col. 9. qui hanc testatur communem opinionem. Afflict. decis. 209. Capici. decisio. 78. num. 9. Boeri decis. 23. numero sexto. Tiraquell. de retractu. §. 31. numero quinto & sexto. Craue. conf. 91. numero 11. qui etiam decit communem quos sequitur Octaui. Cacher. decis. 44. numero quinto.

337 Secundo infertur, quod constantè matrimonio marito competit ius pręsentandi ad beneficia si ius patronatus vxori in rebus dotalibus competat, vt tenent domini de Rota de iure patronatus. ver. ipse vel is. num. 60. cum seq. Cęsar Lamberti in eod. tract. de iuri patronat. lib. 1. in 2. par. q. 10. prin. art. 2. per totum Carol. Moline. in cósuet. Parisi. ti. 1. §. 1 glo. 1. n. 3. quos refert & sequitur Ludouicus de Molina, de Hispanorum primogenijs lib. 1. c. 24. num. 3. qui alios contrariam opinionem tenentes etiā allegat quam quoque sequitur Ioan. à Matienzo, in l. 2. tit. 3. lib. 5. recop. glo. 1. num. 9 dicens preferendum, esse pręsentatum ab vxore pręsentato à marito.

338 Dictam tamen opinionem, limita vt non procedat in bonis maioratus, alienari prohibitis, nam tunc maritus præsentare nó poterit sed sola vxor cum in hoc casu dominium in virum non transeat vt in Regina, tenet Bal. in c. significauit num. 3. de rescript. quem refert & sequitur Ioan Lup. in c. per vestras §. 43. num 10. de donatio. inter vir & vxor & in distincte in alijs particularibus maioratibus, tenet Ludouicus de Molina, dicto lib. 1. de Hispanorum, primogen. c. 24. num. 32.

339 Ex qua ratione idem dicendum est, quãdo mulier habet ius præsentandi in bonis paraphernalibus quorum dominium apud eam remanet ex his quæ supra in secundo vxoris

patrimonio diximus, in quibus duobus casibus locum habere poterit opinio eorum, qui in fauorem vxoris tenent dictam contrariam opinionem contra Rochum Lambertinum & alios supra citatos.

340 In bonis autem lucratis constante matrimonio ex dispositione. l. 1. 2. & 4. titulo 9. lib. 5. recop, solet dubitari apud quem sit eorum dominiũ, & dicendum est quod lucra quęsita constante matrimonio per maritum â tento iure communi non quaeruntur vxori, quoad dominium & possessionem nisi secuta traditione, sed ad maritum tantum pertinent, etiam si bona lucrentur ex contractu vniue sali, & valde fauorabili dotis, gloss. singularis in l. 1. ff. de vsucapio pro dote & ibi communiter doctores. Quia licet aliqui contrahunt veram & propriam societatem omnium bonorum transeat dominium & possessio bonorum praesentium pro sua parte in consotium, quia quilibet videtur deinceps habere & tenere bona sua nomine vtriusque, & tanquam per clausulam constituti transit in alium dominium, & possessio pro parte licet traditio non inter veniat, vt in l. 1. versi. cum l. sequenti. ff. pro sotio, & ibi notant communites doctores. Bart. Alberi. Bald. Salicetus, Fulg. & licet secus sit in alijs contractibus particularibus, vt in l. traditionibus. C. de pact. & in l. qui tibi C. de haered. vel actio, sed hodie corigitur ista sententia, & communis oppinio in bonis acquisitis, & lucratis constante matrimonio per maritum. Secutá traditione bonorum, vt transeat dominium & possessio. in vxorem pro sua parte, vt disponit singularis. lex. 47. titulo vigesimo octauo par. tertia. vers. fin. & ita videtur tenere Pala. Rub. in Reper. cap. per vestras fol. 27. co. 3. & fol. 46. col. 4. in fine & sequ. in Rep. lex. 3. §. fin. ff. de lib. & posthu. Rodiricus Xuarez in allegationibus suis in lex. 1. titulo *de las ganancias*. fol. 23. vers. quaeritur vlterius. col. 6. libro tertio resolutionum cap. 19. numero secundo. Grego. in l. 55. in gloss. magna. col. 2. & 3. titulo 5. par. 5. vers. veritas tamen huius quaestionis pẽdet, matri. in l. 2. titulo 9. lib. 5. gloss. 3. num. 13.

341 Tertius decimus effectus maritalis potestatis est quod maritus ratione reuerentiae quae ex ea potestate ei debetur non teneatur vltra quam facere possit. l. alia. §. eleganter. ff. soluto matrimonio. l. 1. §. cum autem C. de rei vxorie actio. tradunt Bar. nu. 5. Alberi. numero 2. Bal. in prin. Cuman. num. 1. Alex. num. 2 & alij scribentes in d. §. eleganter. Ias. in l. si constante num. 28. & 111. ff. soluto matri. Pontanus in l. diuortio. num. 12. ff. eodem titulo. Ioan. Crot. in l. 2. num 56. eod. titulo. Hippolyt. Rimi. in prin. insti. quib. alien. liceat, vel non num. 358. Ioan. Lup. in cap. per vestras de donatio inter vir & vxor. §. 12. num. 17. Oroscius in l. si quis crediderit in prin. num. 2. ff. de pactis. Anto. Gome. in l. 1. Tauri num. 49. Auilesius in c. 18. pretorum verbo. *Qual consenga*. nu. 7. Anto. de Lara in l si quis à liberis. §. sed si filius num. 94. & 95. ff. de liber. agnoscend. qui plures citat. Quae reuerentia durat etiam soluto matrimonio. l. vnum ex familia. §. fin. ff. de leg. 2. dict. l. alia. §. eleganter ff. soluto matri. Parisi in rub. eod. titulo num. 26. sed videtur cessare, quando non fuit legitimum matrimonium. l. si concubinae in principio. ff. rerum annotarum Parisi loco proxime citato.

342 Sed aduerte quod licet maritus cõdemnatus sit in quantum facere potest factus tamen locuplex integram dotem restituere debet. l. nec maritus, vbi scribentes C. soluto matrimonio

monio & ratio est quia cessante causa priuilegij cessat ipsum priuilegium C. suggestum de decimis cum alijs.

343 Decimusquartus effectus maritalis potestatis est quod durãte matrimonio vxori in rebus dotalibus non currit præscriptio cum maritus sit dominus rei dotalis virtute eiusdem maritalis potestatis vt supra in. 12. effectu diximus. l. doce ancillam C. de rei vendicatio. l. in rebus. l. si prædium. l. pro oneribus C. de iure doti. l. 7. tit. 11 par. 4. tenet expresse Abb. in c. extransmissa numer. 9. de præscriptio. Bald. in tract. præscriptio. 2. par. 6. par. prin. num. 12. Guid. Pancirol. consi. 186 nu. 16. scribentes in l. 55. Tauri. l. 8. tit. 29. par. 3.

344 Quod extende vt procedat etiam in bonis donatis propter nuptias quæ apud nos harrę dicũtur quorum bonorum maritus est etiam dominus constãte matrimonio ex. d. l. 7. tit. 11. par. 4. & hanc extensionem tenet Roderi. Suarez in. l. 1. tit. de las arras lib. 3. fori. quem refert & sequitur Greg. Lop. in. l. 8. tit. 29. par. 3. in glo. verbo en dote.

345 Extende etiam in alijs bonis vxoris non dotalibus nec donatis propter nuptias a viro in quibus constante matrimonio non currit ipsi mulieri præscriptio. dict. l. in rebus. §. fin. C. de iure doti quod probatur. ex l. 2. titu. 3. lib. 5. recopila. quæ prohibet mulierem absque viri licentia esse in iuditio & sic ei non valenti agere non currit præscriptio ex vulgata regula. l. 1. §. fin. C. de annali exceptio & authen. nisi tricẽnale C. de bonis maternis quam late ibi explicat Pinellus numer. 42. cum plurib. suq. Decius consi. 468 numer. 33. & consi. 498. numer. 23. Cacher. decis. 177. numer. 2. Et hanc extensionem tenent expesse Palacius Rubeus numer. 21. & Castell. in glos. fin. versiculo adde. mulier. in l. 55. Tauri. contrariam tamen opinionem tenet Ioani Faber. in l. 1. collun. 2. C. de bon. matern. quem sequitur Roderi. Suarez in l. 3. titul. *De las deudas* lib. 3. fori. versi. quæro vlterius & sentit. Greg. Lop. in dict. l. 8. titul. 29. part. 3. in glos. verbo *En dote*, quam etiam sequitur Suarez de Paz quem longe post hęc scripta vidi in sua practica. 1. part. 1. tomi. 2. temp. nu. 32. quorũ opinio. verior. mihi visa est, ex eo quod mulier potest facere diligẽtias deremouẽdo impedimentũ cõpellẽdo maritũ iudicis authoritate, vt det sibi licentiã ad agẽdũ ex l. 4. titul. 3. lib. 5. recopi. nam quando impeditus potest de facile remouere impedimentum non dicitur legitime impeditus. l. qui potest vbi notat glos. ff. de reg. iur. l. quibus diebus ff. de conditio. & demonstratio. l. sed & si. §. hæc clausule. ff. ex quibus caus. maior. l. qui fideiussor. §. si necessaria ff. qui sat. cog. notant Bar. Bal. & Soci. in dict. l. quibus diebus Anto. c. inter nume. 2. de cleri. non resid. Decius in l. quandiu. numer. 14. C. qui admiti & consi. 167. Gozad consi. 38. numer. 11. Crot. cons. 87. num. 15. Parisi. consi. 67. numer. 64. lib. 3. Ripa. in l. quod te. numer. 39. ff. si cert. pet. Craueт. consi. 270. numer. 3. Anto. Natt. consi. 50. numer. 7. & consi. 160. numer. 13. Soci. Iunior. consi. 76. numer. 79. lib. 1. Pinell. in dict. autheu. nisi tricęnale numer. 48. C. de bonis mater Ioseph. Ludoui. deci. 36. num. 8 & decis. 115. numer. 9. Menochi. lib. 2. de arbitra. iudi. cent. 3. casu. 237. numer. 20. & casu 118. ad finem & in cons. 100. num. 116. lib. 1. Cephal. cons. 770. num. 37. lib. 5. Hippolit. Rimi. consi. 398 nu. 25. lib. 4. non enim censetur quis impeditus nisi fecerit omne id quod potuerit ad remouendum impedimentum l. qui commeatus de re milit. c. extransmissa vbi scribentes de præscriptio. cum pluribus alijs per nos adductis supra in c. 4. in 4. limitatione numero 35.

N5 Decimus

346 Decimus quintus maritalis potestatis effectus est, quod licet ex sola scientia, quis nõ puniatur, nisi sit particeps delicti, l. culpa caret vbi Deci. & Cagnol. ff. de regul. iur. cap. non est sine culpa de reg. iur. in 6. glossa in l. vtrum, ff. ad l. pompe de parrici. Tamen vxor ex sola sciencia punitur sequuta morte mariti, quia sola scientia facit, vt puniantur illi, qui sunt sub potestate eius de cuius morte futura notitiam habuerunt, vt notat Bar. in dict. l. vtrum numer. 3. ad. l. Pomp. de parri. ff. quem ibi sequuntur Doctores idem Bar. in 1. §. occisorum num. 3. ff. ad Sillania. & in vxore expresse notat Thom. Gramm. cons. 74. num. 2. Boeri quæst. 262. nu. 9 Menoch. lib. 2. de arbitra iudi. cent. 4. casu 355. numer. 18. & ratio est obligatio ad quâm vxor viro tenetur ex vi maritalis potestatis, & quia hoc est speciale in delicto atrocissimo parricidij, cuius pœna habet locũ in vxore respectu viri, & econtra in marito respectu vxoris. l. 2. ff. ad l. Pomp. de parriri. §. alia insti. de publi. iudi. & circa intellectum, huius conclusionis vide Decius in cap. 1. num. 12. de offic. delegat. & Iuli Clar. in §. fin. quæst. 87. numer. 2. & Menoch. dict. casu 355. nu. 18.

347 Sed, vt ad ligitimitatem personarum reuertamur â quo longum digressum fecimus. Octaua personan quæ in iudicio esse non potest est mulier nupta, quæ absque viri licentia, nec agendo nec defendendo habet legitimam personam standi in iuditio, vt disponit. d. l. 2. tit. 3. lib. 5. reco. quam supra abundantissimè 57. extensionibus, & 30 limitationibus declarauimus.

348 Nona persona quæ legitimam personam standi in iudicio non habet est excommunicatus, qui ob euitandum periculum participationis cum alijs, & in pœnam suæ contumaciæ, & vt publica etiam authoritas iudicio debita obseruetur in iudicio esse non potest. c intelligimus de iudi. c. excommunicamus. §. credentes de hæreti.. c. à nobis. c. cum inter. c. dilecti. c. exceptionem de exceptio. c. 1. de exceptio. in 6. l. 4. titulo 10. lib. 2. fori.

Excommunicatus in iudicio esse non potest.

349 Quod intellige quando sponte ad iudicium venit, nam tunc non est audiendus ex iuribus allegatis, secus vero si coactus, quia tunc in pœnam sui delicti, & vt præiudicium suis creditoribus non irrogetur potest ab omnibus conueniri, & compellitur suis aduersa. ijs respondere. d. c. intelligimus in prin. & in d. §. credentes. c. si vero de sent. excommunicatio. d. c. 1. de exceptio. in 6. tradunt Soci. reg. 132 & Dueñas in reg. 268.

350 Et in hoc casu permissum est excõmunicato excipere & se defendere & appellare. d. c. cum inter de exceptio. nam ad se defendendum non reputatur inhabilis cum defensio. sit de iure naturali, & tolli non possit. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. l. quos accusare. §. in omnibus. ff. de accusatio. §. sed naturalia quidem iura. insti. de iure. naturali genti. & ciuile. Clem. pastoralis. §. cæterum de re iudi. tradit. Menochi lib. 1. de arbitra. iudi. q. 77. num. 4. Quod intellige etiam in omnibus alijs personis, quæ de iure legitimam personam standi in iudicio non habent, nam quantumuis inhabiles & incapaces sint ad se tamen defendendum idonei reputantur, vt resoluit Sebastian. Vant. de nullitate ex defectu inhabilit. num. 50.

351 Plures aliæ personæ legitimam personam standi in iudicio non habent, de quibus late per speculat in titulo de actore per totum, & per Ang. in §. præterea versiculo, & primo potest opponi. insti. de exceptio. & per Nep. à Montealbano. in tract. exceptio. art. 8. qui per tres colu. quam plures inhabiles personas enumerat. Et nota quod quilibet reputatur

tur habilis ad agendum in iudicio, qui expresse prohibitus non reperitur, vt probatur in prin. insti. de his per quos agere poss. vbi notat Ang. & in c. primo de procurat. in 6. glo. in cap. iniuste verbo ad futuras ext. eod. titulo. Rota decis. 175. in nouis declarat. Bal. in rub. C. qui accusare non possunt Vant. in d. tit. de defectu inhabilit. num. 4.

351 Et est aduertendum quod si aliquis inhabilis de iure, simpliciter citaretur ad comparendum, quod per talem citationem simpliciter factam censetur quoad citantem eius persona habilitata & comprobata, vt notat Innoc. in c. cum inter de exceptio. quem sequuntur doctores in l. fin. C. de edicto. Diui Adria. Tol. vbi. Decius num. 45. Ias. in l. de pupillo. §. seruo. numero 4. ff. de noui. oper. & Vant. in dict. titulo de nullit. ex defectu inhabilit. num. 58.

352 Vltimo loco nota quod supradictæ personæ, quæ non habent legitimam personam standi in iudicio, sicut sunt inhabiles ad agendū per seipsos sunt etiā inhabiles, ad procuratores constituendum in eorum præiudicium l. neque §. pupillus l. non eo minus C. de procurato. l. si procura. habens vbi scribentes C. de integrum resti. l. cū & nos minores in fine C. si aduers. rem iudi. C. si annum de iudi. in 6. tradit post specul. Vant in dict. c. de nullit. ex defectu inhabilit. num. 124. è conuerso in casibus in quibus possunt esse in iudicio dictæ inhabiles personæ possunt etiam procuratores constituere, vt tenent Bur. & alij in dict. l. neque & in l. mutus. §. is qui C. de procurato. Innoc. & alij in cap. intelligimus de iudi. & in c. cum & de re iudi. scribentes in d. c. si annum de iudi. in 6. Abb. in c. ex parte num. 7. de resti. spoliat. Feli. in c. post cessionem. vers. & aduerte de probatio, diximus supra in persona minoris.

EX CAPITE SEXTO
summaria.

1 *Potestas agendi requiritur in eo qui alieno nomine agit.*

2 *Angere an possit quis per procuratore tam in causis ciuilibus, quam criminalibus & in quibus casibus.*

3 *Reus si est carceratus & crimen liquidum potest per procuratorem accusari.*

4 *Processus agitatus per procuratorem non habentem mandatum est nullus.*

5 *Exceptio potestatis agendi potest quandocumque opponi.*

6 *Agens in iudicio potest cogi per partem ad producendum mandatum.*

7 *Iudex ex officio parte non petente debet compellere procuratorem, vt mandatum ostendat.*

8 *Mandatum potest quandocumque produci si pars non opponat & iudex non requirat.*

9 *Gesta per procuratorem sine mādato secuta domini rati habitione valebunt.*

10 *Rati habitio potest fieri non solum expresse, sed etiam tacite.*

11 *Patientia extendit mandatum.*

12

12 *Scientia & patientia domini epe ratur id,quod clausula de rapto.*

13 *Ratificatio quādo præsumatur.*

14 *Exceptio procuratoria si fuerit opposita ante rati habitionem gesta per talem procuratorem erunt nulla.*

15 *Iudex cautus antequam sententiam proferat inuestigare debet, an procurator vere, & sufficiens mandatum habuit.*

16 *Assertio tabellionis se fecisse & scripsisse mandatum non sufficit, nisi instrumentum mandati in ipso processu producatur.*

17 *Mandatum quamuis possit probari testibus, tamen hanc testiū probationem non admittit ius, nec praxis huius regni quam author semper obseruauit in 40 annis in quibus iustitiam continuo administrauit, sed requiritur instrumenti præsentatio.*

18 *Mandatum potest probari fuisse productum in alio processo.*

19 *Instrumentum per quod mandatum probari debet, debet esse originale factum.*

20 *Mandatum si apparet expeditum in forma solita, & caret sufficienti suspitione præsumitur verum.*

21 *Qui venit cum mandato de longin quis partibus ad agendum, vel ad aliquid recipiendum præsumitur cōtentus in instrumēto.*

22 *Mandatum non solum probatur per instrumentum procuratorium originale, sed etiam per copiam a notario factam.*

23 *Mandatum probatur etiam per aliud instrumentum, vel sententiam aut acta iudiciaria vbi totus tenor procuratorius de verbo ad verbum sit insertus*

24 *Mandatum non probatur si in aliquo instrumento narratiue, vel enuntiatiue mentio facta fuerit.*

25 *Mandatum probatur per verba enuntiatiua concurrente diuturnitate temporis.*

26 *Mandatum præsumptiue non probatur.*

27 *Mandatum præsumptiue non probatur etiam concurrente diuturnitate temporis.*

28 *Mandatum iustificatur ex tēporis diuturnitate secundū magis communem oppi.*

29 *Tempus antiquum verificat mandatum præsumptiuum.*

30 *Antiquitas quanto tempore dicatur.*

31 *Antiquum tempus quod dicatur relinquitur arbitrio iudicis.*

32 *Cum temporis antiquitate si non concurrat aliqua alia præsumptio necessarium erit tempus centum annorum ad præsumendum mandatum.*

33 *Tempus centum annorum non solum dicitur antiquum sed antiquissimum.*

34 *Antiquitas quando est tanta, vt probatio mandati redatur, impossibilis per antiquitatem,tunc mādatū præsumitur interuenisse*

35 *Qualitates mandati an possint præsumi.*

36 *Qualitates mādati facilius præsumuntur quam substantia.*

37 Qua-

37 *Qualitas mandati presumitur per coniecturas.*

38 *Mandatum non solum ex antiquitate temporis præsumitur, sed etiam ipsius mandati ratificatio.*

39 *Instrumentum mandati originale debet in actis dimitti, nec parti illud repetenti est concedendum.*

40 *Originale instrumentum mandati si est speciale ad vnam causam parti concedi non potest secus si contineret plura capitula ad plures causas.*

41 *Copia instrumenti mandati an possit relinqui in processu & resti tui originale procuratori, & quomodo seruatur in supremis tribunalibus.*

42 *Instrumenta originalia si a producente petantur, tunc data copia parti contrarię & dimisso in processu eorum exemplo ei restitui debet præcedente partis citatione.*

43 *Mandato producto in processu iudex primo diligenter inspicere an mandatum sit limitatum ad certam causam, & an procurator sit constitutus pure, aut sub conditione, aut ex die vsque ad diem.*

44 *Iudex aduertere debet an mandatum sit validum, & firmum ratione constituentis, aut constituti vel forme ipsius constitutionis.*

45 *Iudex aduertere debet an mandatum sit sufficiens ad expeditionem causæ ad quam producitur.*

46 *Iudex aduertere debet, an negotium de quo agitur requirat speciale mandatum.*

47 *Negotium si requirat speciale mandatum & producitur generale processus erit nullus.*

48 *Procurator habens mandatum generale cum clausula illa cum libera administratione potest expedire omnes causas, & casus in quibus speciale mandatum requiritur.*

49 *Procurator virtute dictę clausulę liberi potestatis potest obligare mandantem, & eius bona hipotecare & alienare.*

50 *Procurator virtute dicte clausulę libere administrationis potest de negotio principali transigere.*

51 *Clausula in mandato apposita, vt procurator facere possit, quidquid ipse dominus faceret si presens esset æquiparatur clausulę, cum libera administratione.*

52 *Clausulę, tam cum libera administratione, quam quicquid ipse dominus faceret, si presens esset, cum ex stitu Notariorum apponi soleant non operãtur suos effectus.*

53 *Mandatum generale cum dictis clausulis non censetur extendi, etiam si de voluntate expressa domini opponantur.*

54 *Clausula generalis in mandato generali, ad omnes causas sub ea generalitate non comprehẽduntur, ea in quibus speciale mandatum requiritur.*

55 *Clausula generalis in mandato ad*

ad omnes causas non comprehendit causas futuras sed solum presentes.

56 *Clausula generalis in mandato ad omnes causas comprehendit etiam causas futuras secundum communem opinionem nisi causa futura esset nimis grauis.*

57 *Iudex aduertere debet, an plures procuratores sint simul constituti in solidum nam in hoc casu occupantis conditio præfertur per litis contestationem.*

58 *Mandatum si factum sit pluribus simpliciter vnus sine altero non poterit causas in mandato comprehensas agitare.*

59 *Mandatum si sit pluribus factum in causa spirituali quilibet insolidum potest agere & potior est conditio occupantis.*

60 *Mandatum concessum pluribus sindicis quilibet videtur data potestas in solidum.*

61 *Mandatum concessum pluribus vniuersali et quilibet videtur constitutus in solidum.*

62 *Plures tutores simpliciter dati quilibet insolidum censetur constitutus.*

63 *Iudex aduertere debet, an in mandato apposita sit clausula cum potestate substituendi, nam absque illa clausula procurator non potest substituere ante litis contestationem.*

64 *Mandatū si contineat potestatē substituendi poterit procurator post acceptationē expressā vel tacitam aliū procuratorē substituere ante & post litē contestatam.*

65 *Procurator substituens liquē sia substitutus sit habilis procurator nō remanet amplius procurator.*

66 *Substitutus procurator post acceptationem non potest ab ipso procuratore principali reuocari sine speciali mandato.*

67 *Procurator quādo potest substitutū tacite & expresse reuocare.*

68 *Mandatū quibusmodis finitur.*

69 *Mandatū nō finitur si moritur dominus post litis contestationē.*

70 *Mandatum finitur morte procuratoris ante litis contestationem.*

71 *Mandatum expirat finito iudicio per sententiam.*

72 *Procurator non potest appellationem prosequi cum lata sententia eius officium expirat.*

73 *Procurator si est constitutus generaliter ad omnes causas tenetur appellationem prosequi.*

74 *Procurator generalis tunc tenetur appellationem prosequi cum appellatio prosequenda est in eadem ciuitate & loco, secus si extra ciuitatem & locum.*

75 *Appellare a sententia contra se lata procurator tenetur, siue sit procurator generaliter, siue specialiter alias domino tenebitur actione mandati*

76 *Procurator quando ex aliqua iusta causa non appellauit sufficit domino denuntiare se in causa subcumuisse.*

77 *Denūtiatio domino non est necessaria si aliunde dn̄s fuerit factus.*

78 *Procurator de iure Regio tenetur appellare & domino denuntiare.*

Denuntiatę

79 *Denunciare an procurator teneatur domino absenti.*

80 *Mandatum finitur per reuocationem ante litem contestatam.*

81 *Mandatum finitur per reuocationem etiam si constituens promiserit & iurauerit illum non reuocare.*

82 *Mandatum finitur per reuocationem etiam post litem contestatam.*

83 *Mandatum finitur per reuocationem tacitam.*

84 *Mandatum potest tacite reuocari, siue in eadem instantia, siue in causa appellationis.*

85 *Mandatum tunc censetur reuocatum per secundum, quando secundum est specialiter ad illam causam secus si generaliter.*

86 *Mandatum primum tunc censetur etiam reuocatum per secundum licet secundus procurator non acceptasset mandatum.*

87 *Mandatum an censeatur reuocatum cum principalis simpliciter causam suam absque protestatione per tractet.*

88 *Gesta per procuratorem reuocatum, an valeant, & domino praeiudicent.*

89 *Mandatum finitur si procurator fuerit ex infirmitate, vel alia iusta causa impeditus, & nõ posset causam persequi.*

90 *Tutor ad quae teneatur.*

91 *Tutor vel curator si agat nomine pupilli vel adulti reus copiam tutele vel cure petere debet expensis ipsius tutoris.*

92 *Tutor tenetur reo dare copiam inuentarij confecti suis sumptibus si fuerit petita.*

93 *Tutor an & quãdo agere possit, inuentario non confecto.*

94 *Tutori an sufficiat exhibere principium inuentarij, & sic in genere vel totum integrum.*

95 *Tutor tenetur exhibere totum inuentarium ad hoc, vt possit pro pupillo agere.*

96 *Necessarium non est de stilo, vt tutor teneatur exhibere inuentarium.*

97 *Minor quando ab aliquo est conuentus non est audiendus tutor donec copiam tutele non dederit.*

98 *Iudex aduertere debet, an qui pro alio in iudicio agit, siue expresso eius mandato possit ex iuris dispositione cum cautione de rato admitti ad agendum in iudicio.*

99 *Maritus pro vxore sine mandato agere potest, cum cautione de rato.*

100 *Vxor quamuis absque mariti licentia, & mandato in iudicio esse non possit, tamen suo considerato interesse pro marito comparere potest.*

101 *Consanguineus & affinis vsque ad quartũ gradum absque mandato, cum cautione de rato in iudicio agere possunt.*

102 *Cohęredes & communem rem habentes ratione communitatis, cum cautione de rato sine mandato agere possunt.*

103 *Cohęredes & communem rem habentes*

habentes tunc sine mandato cum cautione de rato admittuntur cũ alia coniũcta persona mãdatum non habuerit.

104 *Cohęredes & communem rem habentes tunc sine mandato cum cautione admittuntur, cum coniuncta persona alium procuratorem non instituerit ad illam causam.*

105 *Coniunctus pro coniuncto admittitur ad agendum, non autem ad excipiendum.*

106 *Paterfamilias & omnis coniuncta persona, tunc potest agere pro coniuncto absente sine mãdato cum cautione in his quę concernunt vtilitatem ipsius coniuncti absentis secus in concernentibus damnum & prạiudi-cium.*

107 *Paterfamilias ratione patrię potestatis, tanquam legitimus administrator, potest absque cautione de rato in iudicio pro filio familias agere.*

108 *Libertus potest comparere absque patroni mandato pro patrono.*

109 *Prælati Ecclesiarum possunt absque consensu capituli pro rebus suarum Ecclesiarum agere, & procuratorem constituere.*

110 *Quilibet admittitur cum cautione de rato, & iudicato soluendo in defensione rei absentis a creditore citati.*

111 *Comparens in iudicio criminali allegando causam absentie pro reo absente etiam sine mandato admittitur.*

112 *Ad defendendum reum absentem & probandam eius innocentiam, nemo admittitur etiam cum mandato.*

113 *Ad instruendum iudicẽ, & dandam notitiam testium quilibet, sine mandato debet admitti.*

CAPVT SEXTVM.

DE POTESTATE AGENDI IN *iudicio nomine alieno.*

1 SEXTO in exercitio actionis ad hoc vt quis posit cõsequi in iuditio quod sibi debetur requiritur quoque potestas agendi in eo qui alieno nomine agit hoc est mandatum, nã quãuis quilibet possit per procuratorem agere. l. 1. §. vsus & per totum ff. de procuratorib. l. plane. ff. familæ ercisc. l. 4. §. 1. ff. rem. rapt. haber. l. 12. titulo 5. par. 3. regulariter tamen nemo pro alio agere potest absque mandato. l. si pupillus. §. videamus. ff. de nego. gest. l. tutori. C. eod. titulo. l. 3. §. defendi. vbi Bar. ff. ex quib. cauf. in posse. eat. l. 10. in prin. & l. 19. & 20. titulo 5. par. 3. l. 2. & 3. titulo 2. lib. 4. recop.

2 Cum mandato autem quilibet, vt diximus potest per procuratorem agere non solum in causis ciuilibus, vt in dict. l. 1. & per totum. ff. de procuratorib. d. l. 12. titulo. 5. par. 3. vers. *Onde deximos*, sed etiam in criminalibus

libus vbi non venit imponenda pœna corporis afflictiua, vt tradunt scribentes in l. penul. §. ad crimen, ff. de publi. iudi. quod etiam probat dict. l. 12. titul. 5. part. 3. vbi notat Gregor. Lop. in glossa verbo *sentencia de muerte*, & in glossa verbo, *perdimiento de miembro*.

3 Si verò reus sit in carceratus, & crimen liquidatum potest per procuratorem accusari etiam si veniat imponenda pœna mortis. l. quamuis C. de adult. tenet Angel. alij in dict. §. ad crimen, quod etiam colligitur ex ratione dict. l. 12. quæ cessat in hoc casu ibi: *Porque la justicia non se podria fazer derechamente en otro, si non en aquel que faze el yerro quando le fuere prouado*, vbi Grego. Lop. notat in glo. verbo, *quando accusasse*, & in his Hispanarum Regnis in omnibus causis criminalibus, tam accusandum, quàm ad defendendum iudices indistinctè admittunt procuratorem.

4 Et adeò mandatum est necessarium, quod processus agitatus per procuratorem de cuius mandato non apparet est nullus, nec domino præiudicabit, cum dicatur præcipuum iudicij fundamentum, l. procurator. C. de procuratorib. cap. primo extra eodem titulo cap. venerabilis, vbi notant Doctores de dolo, & contumatia tradunt Vant. in rubric. de nullit. ex defectu in habilit. & mandati numer. 59. Ripa responso. 149. numer. 5. Roland. à Valle consilio 71. num. 4. lib. 1. & probat. l. 10. tit. 5. par. 3.

5 Vnde talis exceptio redens iudicium retro nullum ad in validandum processum quandocumque opponi poterit, l. licèt. C. de procuratorib. cap. in nostra in fine extra eodem titulo cap. licèt de appellatio. in 6 tenent plures citati per Vant. loco proximè citato vbi hanc tèstatur communem opinionem dicit etiam communenm Bald. in tract. præscriptio. 3. par. prin. quæst. 10. & Boeri q. 228. Marant. de ordine iudi. 4. part. distin. 16. num. 23. Mascard. alos allegans conclu. 1004. num. 14. in 2. par de probatio.

6 Sed cauti procuratores statim hanc exceptionem ponunt in ipso causæ initio, & in prima comparatione in qua agens in iuditio potest cogi per partem ad procedendum mandatum, l. prima. C. de procuratorib. notant glos. & scribentes in l. ita demum eodem tit. Angel. cons. 299. colum. vlt. quia si non opponatur gesta per procuratorem valebunt licèt, mandatum non sit in iuditio, productum si verè mandatum habuisset, vt notat Specul. in titulo de procuratore. §. 1. versicul. sed si receptum erat Alex. cons. 78. col. 2. lib. 5. Ripa in cap. cum in Ferrarensis num. 137. de constitutio. testatur communem Cotta in memorialib. iur. vers. procurator generalis.

7 Primo iudex ex officio suo parte non petente compellere debet procuratorem, vt mandatum ostendat, & illud in processu præsentet, ne reddatur iuditium illusorium, vt notat glo. in cap. 1. verbo absentia de electione in sexto Bald. in l. exceptionem num. 7. de probatio, & in dict. l. licet. C. de procuratorib. vbi Alex. nu. 6 & 7. & Iacob. de Santo Georgio testantur hanc esse mag. cómunem opinioné, & ab ea non esse recedendum in iudicãdo, & cósulendo Ang. in l. Póponus. §. ratihabitio, ff. eod. tit. Castren. in l. interquos §. qui alieno ff. de damno infecto Butrius, & Barb. in dict. cap. cum in Ferrariensis de constitutio Geminia, & Panormitan. numer. tertio in capit. causam quæ in 1 de iudi. vbi Deci. nu. 10. & 13. testatur hanc esse communem opinionem Ripa in l. quarta. §. hoc autem iuditium numero 49. ff. de damno infecto Maranta

de ordi.iudi.6.par.in rub. de Inquisitione nu.194. quàm opinionem probat.l.3.tit.2.lib 4.recopi & l.55.titu. 1.lib.3.eiusdem recop.

8 Si verò pars nõ opponat, vel iudex non requirat mandatum potest, quandocumque produci, vt notat Specul. in titulo de procuratore. §. ratione igitur numer.18.& 19. Rota decisione 145.numer.2.innobis, & decisione 247.in antiquis Felin.in cap.susci tatus numer. 15. de rescrip. Vant. in rub. de nullit. ex defectu inhabilit. seu mandati nu.117.& 118. Alexand. consil. 146. lib.5. Aymon. conf. 108. in prin. & probat. l. 116. styli quod praxis in hoc Regno obseruat etiam vsque ad sententiam diffinitiuam si verè procurator mandatum habebeat.

9 Et quamuis procurator verè mandatum non habeat valebunt gesta per eum secuta domini ratihabitione ante oppositionem dictæ exceptionis procuratoriç, l. licèt vbi scribentes, ff.de iudi. l. licet, vbi etiam Doctores. C. de procuratorib. l. 20. titulo 5.part.3. nam ratihabitio æquiparatur mandato nõ solum in iudicijs, sed etiam in contractibus, & vltimis voluntatibus.l. vltim. C. ad Macedon l.verò in fine, ff.de solutio.l.semper qui non prohibet, vbi Deci.& Cagnol.ff.de regul. iur. l. licet,ff.de iudi.l. donationes in 1. in fine. C. de donatio inter vir, & vxor, l. si fundus. §. primo. ff. de pigno cap.ratihabitio.de regul. iur. in 6.vbi Din.in cap.siquis de senten. excommuni.eod.lib. declarant Bart. Bal. & alij in l.obseruare,ff.de offic. proconsul.idem Bart. in l. alienares ff.de pigno.actio. Iaso.in l. si procurator in 4. limit. ff. de condictio. in debiti Felin.in cap sicut tuis vbi ponit regulam cum fallentijs de symonia Decius in l.penultim.ff.ad Macedon & in l. hæc edicto. §. si procurator, ff. quod quisque iuris, & in consilio 58. numer. 1. Negusan in tract.de pignorib.tertia parte in primo membro numer.38. Marsil. Sig. 184. Crauet.conf.304.nume.2. Syluan.consil.35.& hanc testatur communem opinionem Capra regul. 53. nu 2. cum plurib. seq.vbi ponit plures fallentias,& in reg.54.& 70. numero 72.

10 Quæ ratihabitio potest fieri non solum expressè, sed etiam tacitè, l. Paulus,ff.rẽ ratã habere tradit Deci. in d l.semper, qui non prohibet nu. 8 & 9.ff.de reg iur.& in l. non vult hæres esse numer.6.eodem tit. & in cap. dilecti in 2.nu. 1. de appellatio, & in consil.11.num.1.in fine, & in cõsilio 487.num.5.& consi.449.nu.34, & conf.286.nu.13.Curti Iun.cõs. 50. nu.9.Craue.cõs.150.nu.13. Alciat.de præsump.reg.2.præsumptio.13. Vãt. de nullit.rub.vlt.n.101.& 103.cũ seq.

11 Vnde siquis haberet mandatũ salté generale, & excessit fines mandati scientæ,& patientæ domino, tunc illa patientia enxtendit mandatũ, vt probatur ex c.cũ olim in 1.de offi.de leg.vbi DD.cõmuniter notant Rui. consi.101 nu.14.lib.1.qui testatur hãc esse cõmu.opi. Ioseph.Mascar. in 2. par.de probatio.concl.1004.nu.22.

12 Et hæc scientia,& patientia domini operatur, id quod clausula derato, vt obliget dominum in attentatis vltra fines mandati, vt tenent Anto. in cap. cęterum ad finem de re iudi. Imol.in l.2.§. voluntate, ff. solutio. matri.Feli. in dict.cap. cum olim nu. 7. de offic.deleg. Andre.de Isern. in cap. Imperialem.§.penul. de prohità feud.alien.per fidei quos sequitur Mascard.loco citato.

13 Et quando ratificatio præsumatur tradunt Bursatus consilio 118. numer.22.lib.1.& consilio 119. Cœphal.consil.115.num.15.& consil.316. Hippolit.Rimin.consilio 5.num. 82. & 84.lib.1.& latè Vant.in d.rub.vltima nu.103.cum seq.

Si verò

14 Si vero opsita sit exceptio ante ratihabitationem gesta per talem procuratorem erunt nulla non obstante ipsa ratihabitatione, vt probatur ex dict.l. licèt, vbi tradunt scribentes. C.de procurator.& ex l.licèt, ff. de iud. vbi norant Doctores.l.20.titul. 5.par.3.

15 Ideo diligens, & cautus iudex, ne processeus reddatur illusorius investigare debet antequam sententiam proferat, an procurator verè sufficiens mandatum habuerit, & eum compellere, vt illud in processu producat, quæ productio regulariter fit duobus modis, vel producendo instrumentum originale dimisso in actis, vel per insertionem tenoris in eisdem actis, vt tradit Boeri decisione 281. numer. 9. & 10. in 2.par.& Cacher.decisione Pedemont.1.numer.38.& Ioseph.Mascardus in 2. part. de probatio. conclus. 1004.num.63.

16 Et adeo requiritur, quod in iuditio constet de mandato, quod non sufficeret Tabellionis fides, & assertio de eo facta in processu, sed requiritur, quod instrumentum mandati in ipso processu producatur, vt tradit Angel. in l. si donationem. C. de donatio. & in l. secundo. C. de testament.& Alexand. consilio sexto, numero.8.lib.4. Iacob. de sancto Georgio, & Deci. in authen.siquis in aliquo documento.C.de edẽdo Corne. conf. 263. lib. 2. Ioseph. Mascard.2.par. deprobatio. conclu. 1005.nu.11.

17 Et quamuis de iure communi mandatum possit probari testibus, vt notat glo.in c.1.quam ibi sequuntur Panor.Imol.& alij de procuratorib. & glossa finalis, & Doctores in l. maritus.C.eodem titulo, Azo in Summa de mandato in princ. Bar. Bald. Angel. & communiter Doctores in l. non solum. §. qui alieno, ff.eodem titulo Alexand.consilio 149. numer. 15.lib.5.Balb.decis. 190. Boeri decis. 185.numer.1. Ias.in l. si cautio. num. 7.vbi hanc testatur communem opinionem de procurato.ib. Vant. in rub.de nullit. ex defectu in habilit. seu mand.numer. 70. Ioseph. Mascard.2.par. de probatio.concl. 1010. numer. 1. vbi ait hanc esse communem opinio. Praxis tamen, hanc testium probationem non admittit sed instrumenti, vt testatur Ioann. Andrę. citatus per Mascard. loco, proxime allegato, & Gregor. Lop. in l. 21. titulo 5. part. 3. in glossa 1. quàm practicam semper vidi obseruari in quadraginta annis in quibus negotia Iustitiæ tractaui,& eam continuo authoritate Regia administraui (diuinum auxilium humiliter implorando) in nonnullis Hispaniæ gubernijs,& in Regio Argentino Senatu, in quibus satis insudaui. Quàm etiam praxis opinionem de iure communi tenuerunt Petrus Fulgo. & Paul Castren.in l.1. C. de procuratorib.quàm etiam probat.Regia. l.3. tit.2.lib.4.recop.

18 Quod intellige, nisi ageretur de probatione mandati, cuius instrumẽtum fuit productum in aliquo processu præterito de quo præsenti non constat. Nam tunc ad substinendum processum,& excusandam eius nullitatem poterit probari per testes mandatum productum fuisse tempore debito in ipso processu non obstãte dicta practa ex iuribus supra adductis,& ita tenent Vant. & plures per eum citati in loco proximè allegato,& alij citati per Ioseph.Mascard. in d.conclu.1010.nu.3.

19 Sciendum tamen est, quod instrumentum per, quod mandatum probatur debet esse originale factum per publicum Tabellionem in forma publica, vt tradit Speculator in titulo de procuratore. §. quarto, & in titulo de firmis procuratore. § . vt autem

O 2 tra-

tradit Bart. in l. si procuratorem ff. de procuratorib. scribentes in authē. si quis in aliquo documento. C. de edendo.

20 Quod primo extende, vt procedat etiamsi aduersarius negaret illū qui fecit instrumētum esse notarium publicum quando instrumentum affertur ex longinquis partibus, nam si apparet expeditum in forma solita, & caret sufficienti suspitione præsumitur mandatum verum, vt notat Azon in authen. de instrumen. caut. & fide Cyn. Bald. & alij in l. comparationes. C. de fide instru. Franc. Marc. quæst. 511. numer. 4. tradit late Boeri decisione 154. per totam in prima part. & Iosephus Mascardus d. conslu. 1005. num. 19. vbi alios citat, qui hoc declarant.

21 Et idem dicendum est si aduersarius negaret illum, qui producit instrumentum mandati esse in eo contentum, nam qui venit ex longinquis partibus cum mandato ad agendum, vel aliquid recipiendum præsumitur contentus in instrumento, vt voluerunt Cyn. & Bald. in l. si qua per calumniam. C. de Episcop. & clerici. Angel. in l. comparationes. C. de fide instrument. Abb. in cap coram de offic. deleg. Cæpol. consi. 11. col. 3. Marsil. in l. si quis, nec q. nu. 157. versic. quero vlterius, ff. de quæstio. Alciat. de præsumpt. regula 1. præsumptione 33. qui dicit hanc præsumptionem transferre onus probandi in aduersarium Fräc. Marc. quæstione 69. in prima parte Imol. in Clemen. 1. de procuratorib. Felin. in cap. secundo de testib. testatur communem opinio. Viui. lib. 2. commu. opi. in 239. opi. Mascard. dicta conclu 1005.

Secundo extende, vt non solum probetur mandatum per instrumentum procuratorium originale, sed etiam per copiam instrumenti à notario factam cum instrumentum procuratorium in iudicium productum alias non inueniatur, vt voluit Ancharra. consilio 41. & additio ad specul. in titulo de probatio. §. videndum quos refert & sequitur Iosephus Mascard. in dict. 2. part. de probatio. conclu. 1005. numer. 2. quod est intelligendum seruatis hijs quæ in exemplatione tradunt Doctores in d. auth. si quis in aliquo documento. C de edendo.

23 Tertio extende, vt non tantum probetur mandatum per ipsius mandati instrumentum, sed etiam per aliud instrumentum, vel sententiam aut acta iudiciaria vbi totus tenor procuratorij de verbo ad verbum sit insertus, vt notant Bar. Bald. Angel. & alij in d. authē. si quis in aliquo documento. Innoc. Imol. Zabare. Feli. & alij plures in cap. cum in iure de offi. deleg. idem Bar. in l. vlti. C. de fide instru. Abb. in cap. Abbate sane de verb. signifi. Barb. consilio 58. col. 2. versicul. & non est verisimile lib. 4. Boeri decisio. 281. nume. 6. & 8. in 2. par. qui testatur hanc esse communem opi. Bald. & Ang. in l. si donationem. C. de donatio. Vant. in rub. de nullit. ex defectu in habilit. & mandati nu. 71. Ioseph. Mascar. dict. conclu. 1005. nu. 3. & 4.

24 Quod secus esset si in aliquo instrumento narratiuè, vel enunciatiuè mentio mandati facta sit, tunc namque non probatur mandatum. l. qui neque; ff. de reb. eorum tradit Specul. in titulo de procuratore. §. ratione quoque constituentium versiculo illud quoque notandum, & in titulo de synd. §. 1. versicul. quod si iudex, scribentes in dict. authen. si quis in aliquo documento. C. de edendo Innoc. Abb. Felin. & alij in capit. cum in iure de offic. delega. Bald. in rubr. C. de fide instrum. & in cap. vlti. extra eod. titul. Alexand. consil. 71. colum. 5. lib. 4. & consilio 70. col. penul. lib. 5. & conf. 137. col. 2. & conf.

& conf. 191. col. 1. lib. 6. Bellamera conslu. 105. Vant. in d. rub. de nullit ex defectu inhabilit & mandati nu. 71. Ioseph. Mascard. dict. conclu. 1005. nume. 7. cum seq. vbi hoc declarat.

25 Sed hoc intellige non concurrente diuturnitate temporis, nam si ea concurrat mandatum probatur per verba enunciatiua instrumenti vel sententiæ, aut actus iudiciarij vt voluit Bal. conf. 337. lib. 1. & conf. 112. lib. 2. Cassador decis. 3. de procuratorib. num. 2. Deci. conf. 30. col. 5. Gozad. conf. 11. & conf. 96. Purpu. in d. authen. si quis in aliquo documento in fine C. de edendo Beroien. conf. 26. Ruy. cons. 107. Curti. Senior conf. 77. vers. præmissis non obstantibus Cagnol. in l. velle num. 20. ff. de reg. iur. Aymon. de Antiquit. tempori. 2. par. num. 34. & 61. Vant. in rub. quib. mod. sent. nulle reparentur num. 92. Anto. Gabriel. 2. part. commun. concl. 1. lib. 2. de procurat. conclu. 1. nume. 9. Viui. commu. opin. verbo mandatum numer. 7. Bursat. consi. 24. numer. 21. lib. 1. Mascard. dict. conclu. 1005. numero 1.

26 Præsumptiue autẽ mandatum nõ probatur, vt tradit Bal. in l. 1. C. de reb. alienand. non alien. Rebuf. in tract. nominatio. q. 13. num. 118. & Ioseph. Mascard. conclu. 1004. num. 8. cum pluribus sequentibus vbi latissime hoc declarat pluribus limitationibus & ratio huius conclusionis est quia mandatum est quid facti vt colligitur ex l. in bonæ fidei ff. de iure fisci & facta non præsumuntur l. in bello. §. fictæ ff. de capti. & post limi. reuers. & cum sit solemnitas extrinseca regulariter non præsumitur vt tradunt scribentes in l. sciendum. ff. de verbor. obliga. & in l. si filius C. de petitione hæredit.

27 Quam conclusionem extende procedere etiam interueniente diuturnitate temporis ex qua non præsumitur mandatum interuenisse, vt voluerunt Bal. in l. 2. numer. 2. C. si ex fals. instru. & in l. 1. in prima oppositione vbi quoq; Salyc. C. de reb. alien. nõ alien. Alexan. consil. 6. numer. 7. & seq. libr. 4. & consil. 147. numer. 6. & conf. 191. numer. 1. & seq. libr. 6. & consi. 34. libr. 7. & in l. qui in aliena versi. vnum adde. ff. de acqui. hæredit. & in l. sciendum numer. 20. vbi etiam Crot. ff. de verbor. obliga. Socin. consil. 254. & in authen. si quis in aliquo documento C. de edendo Felin. in c. sicut numer. 39. de reiudi. Afflict. decisio. 345. Boeri. decisi. 274. Decius consi. 215. Cepol. consi. ciuili. 29. Hippolyt. sing. 323. Gozad consi. 11. & 12. & consi. 94. & 96. Bertrand consil. 81. libr. 1. Ruy. conf. 156. lib. 1. & conf. 28. lib. 4. Baldo de præscriptio. 1. par. 3. par. prin. q. 10. num. 30. qui testatur hanc esse communem opi. Cagnol. qui ait etiã communem in l. velle. num. 16. ff. de reg. iur. Parisi. conf. 47. num. 38. lib. 1. & conf. 36. lib. 4. Bernard. Diaz reg. 451. & ibi additionator Gram. decis. 105. num. 83. qui fidem facit de communi. Lofred. qui ait magis communem conf. 20. nu. 8. Brun. conf. 96. Soci. Iunior dicens communiorem conf. 56. num. 5. lib. 1. Vant. in rub. de nullit. ex defectu inhabilit. & mandati num. 71. Alba. conf. 67. num. 10. Auendanius in cap. correct. 1. par. c. 4. num. 23. Anto. Gabriel. commu. conclu. 2. par. lib. 2. de procurator. conclu. 1. num. 1. qui testatur de magis communi opinione quam ampliat & limitat multipliciter Rolând. conf. 90. num. 46. lib. 1. Ioan. Cephal. qui dicit magis communem opinionem conf. 6. num. 16. lib. 1. & conf. 240. num. 3. & conf. 297. num. 11. lib. 2. & conf. 311. num. 11. lib. 3. Hippolyt. Rimi. conf. 444. nu. 42. lib. 4

28 Contrariam tamen opinionem nempe ex diuturnitate temporis mandatum præsumi tenet Bal. sibi contrarius cons. l. 357. vers. vlterius iuxta præmissa iuncto vers. quo ad secundum lib 1. Castren cons. 84. in fine lib. 1. Ias. in d. l. sciendum col. 2. ff de verbo. oblig. & in l. 1. C. qui admitti vbi etiam Deci. col. 2. in 1. lectura vers. vnum notandum est & in 3. lectura vers. v.um solum idem Deci. cons. 486. & cons. 638. Cassador decis. 3. de procuratorib. num. 2. & 3 Gozad. cons 73. Bertrand. cons. 56 lib 3. Brun. in tract. de forma Curti. Senior cons. 76. Natta cons. 341. num. 3. lib 2 & cons. 26. num. 9. & cons. 184. lib 3. Tiraquell. in tractatu præscriptio glo 4. §. 1. vers. 31. Soci. Iunior. cons. 56. lib. 1. licet contrariam opinionem dicat magis communem Boeri, decis. 228. & 281. Aymon de Antiquit. temporis. 2. part. num. 33. Vaschi. de Controuer. illust. c. 62 num. 7. cum seq. qui testatur hanc opinionem esse communiorem dicunt etiam magis communem Zucardo & Bolognet. in d. l. 1. C. qui admitti & Viui. commu. opinio verbo mandatum num. 3. & Bu sar. cons. 24. numer. 21. lib. 1. Cephal. cons. 756. num. 5. lib. 5. Iosephus Mascard in dict. secunda part. de probatio. conclus. 1004 num 44. in fine & in numer. 45. qui hanc dicit communem & magis æquam opinionem.

29 Et hęc vltima opinio mihi etiam verior videtur in antiquitate centum annorum & vltra cum tempus antiquum secundum magis communem opinionem sit centum annorum, vt tenet Innocent. in cap. veniens de verbor signifi. Archi. in cap. si plures 16 quæst. 7. Alexand. qui testatur de communi, & Ias. post alios in l. cum aliquis. C de iure deliber. Castrens. cons. 139. lib. 1. idem Ias. in l. admonendi, num. 209. ff. de iure. iurand. & in consil. 81. num. 3. lib. 1. & cons. 148. num. 8. lib 4. vbi dicit hanc esse communem opinionē Barb. cōs. 8. col. 2. & cons. 44. col. 5. lib. 1. Soci. consi. 88 vers. præterea ista conclusio lib. 1. Deci. in cap. 1. num. 12. de appellatio. & in cap dilecti. eod. tit. & in cons. 13. & cons 42. & cons. 321. Ruy. cons. 34. num. 11. & cons. 161. num. 5. lib. 5. & cons. 141. num. 2. lib. 2. & cons. 8 1. in fine lib. 3. & cons. vlti. num. 4 lib. 4. Curt. Iunior, cons. 90. Afflict. decis. 245. & decis. 267. Cepolla consi. 98. nu. 36. lib. 1. Boer, decis. 39 Chassaneus cons. 15. num. 19. & cons. 54. num. 17. Crauet. de antiqui. tempor. 1 part. num. 4. qui testatur de communi & in cons. 141. num. 3. lib. 1. Petrus Dueñas reg. 292. fall. 7. Franc. de Curte. cons. penult. ad finem vbi hanc testatur communem opinionem Natta cons. 283. num. 5. lib. 2. qui dicit communem Cacher. decis. Pedemont. 179. numer. octauo, qui fidem etiam facit de communi Couarrub. practic. quæstio. cap. 21. numer. 6. vers. secundus casus, & hanc esse receptiorem opinionem testatur Moline, in consuet. Paris. tit. 1. §. 5. num. 63. Menochi. de arbitra. iudi. cent. 1. casu. 3. num. 7. vbi plures citat. doctorum opiniones testantur hanc esse communem opinionem Mantu. cons. 72. nume. 3. lib. 1. Mil. in suo repertorio verbo. antiquum Cephal. cons. 250. num. 18. & 30. lib. 2. Hippolit. Rimi. consi. 214. lib. 2. Iosep. Mascard. 1. par. de probatio. conclusi. 103. numer. 7.

30 Quæ opinio vera & communior est quamuis multum varient. Doctores quanto tempore dicatur antiquitas in probationum materia, nam alij dixerūt antiquū tempus esse 30. annorū. alij. 40. alij. 50. alij. 56. alij. 60. alij. 70. alij. 80. alij 84. alij. 90. & alij 100.

100. & alij plures tenent hoc esse relinquendum iudicis arbitrio cū tempus non reperiatur â iure determinatum, vt recenset. Grauet, de antiquit. tempor. 1. par. in prin. Menochi. libro secundo de arbitra. iudi. cent. 1. casu. 3. numero primo, cum alijs seq. Cephal. cons. 143. num. 11. cum seq.

31 Et quod sit relinquendum iudicis arbitrio, quod dicatur tempus antiquum tenent. Anto. de Butrio. & Hosti. in cap. illud de præsumptio. idem Butri. in c. quoniam contra de probatio. Alex. cons. 4. numero 12. & cons. 187. numero quarto, libro secundo, & cons. 9. vbi Moline. libro 3. & cons. 90. numero quinto, libro sexto. Soci. Senior. cons. 89. numero septimo, libro primo, & cons. 106. col. 2. libro tertio. Afflict. decis. 83. numero septimo. Ruy. cons. 92. numero 12. libro 4. cons. 141. num. 18. libro quinto Marsilius in l. quæstionis n. 47. & 58. de quæst. Tiraquell. in l. si vnquam verbo omnia numero 31. C. de reuoc. donatio. Minsingeri. responso, 21. num. 34. Cephal. cons. 443. numero 12. libro tertio. Bursat. cons. 24. numero 21. libro primo, & hanc dicit crebriorem opinionem. Menochi. dict. cent. 1. casu 3. numero 2. & casu 4. numero quinto. Quam opinionem veram intelligo in minore spatio centum annorum concurrente aliqua alia præsumptione, nam tunc cum antiquum tempus non possit determinari, cum à singularibus factorum circunstantijs pendeat. l. mora. ff. de vsur. concludendum est hoc esse iudicis arbitrio relinquendum per regulam. l. 2. C. de iure de liber. c. de causis de offi. deleg.

32 Si vero non concurrat aliqua alia præsumptio. simul cum antiquitate temporis, tunc necessarium erit tempus centum annorum ad præsumendum mandatum, vt superius in secunda opinione affirmatiua diximus, quæ hodie securius procedit considerata communi vita hominum nostri temporis quæ breuior est, quam antiquitus tempore constitutionis. l an vsusfructus. ff. de vsufruct. & l. fin. C. de sacrosanct. Eccles. ex quibus probatur spatium vite hominis fuisse centum annorum, vnde impossibile est ab hoc tempore mandatum probari ex breuitate vitæ, maxime quia in hac probatione testes debent esse periti, & ætatis 114. annorum ad minus quod impossibile esset hodie inueniri.

33 Vnde tempus centum annorum non solum dicitur antiquum, sed antiquissimum, vt probatur ex lex. si vsusfructus municipibus de vsufruct. leg. notat. Decius cons. 42. numero secundo. Afflict. decis. 245. numero quarto. Cephal cons. 328. numero 64. libro tertio & cons. 443. num. 16. eod. lib.

34 Et ideo, quando antiquitas est tanta, vt probatio mandati per antiquitatem redderetur impossibilis, tunc mandatum præsumitur interuenisse, vt tradit Ruy. cons. 35. libro primo. Anto. Gabriel. libro secundo commu. conclu. in titulo de procuratore conclu 1. Ioseph. Mascard. 1. par. de probatio. conclu. 103. num. 56.

35 Et multum fortius ex hac temporis antiquitate præsumuntur qualitates mandati, nam quamuis mandatum non præsumeretur secundum primam opinionem negatiuam, tamen possunt eius qualitates presumi, vt tradit. Decius cons. 297. n. 4. quem refert & sequitur. Cefal. cons. 297. n. 12. lib. 2. Ioseph. Mascard. 2. par. de probatio conclu. 1004. num. 1.

36 Nā qualitates facilius presumūtur quā substantia, vt tenet Ang. in l. si certis annis. C. de pact. ex notatis in lex. sciendum. ff. de verb. oblig. & in lex. si filius. C. de peti. hęredit-

tenent Bar. & alij in l. certi conditio. §. quoniam. ff. si cert pet. & facit l. 1. in prin. C. de rei vxor actio.

37 Et ita qualitas presumitur per coniecturas quando constat de titulo vt notat Bal. in l. 1. num. 24. C. de fructi. & liti. expens.& in l.si fundum infine C. de rei vendi. & in cons.325. infine lib. 2. & Anto. de Butrio.in c.fin. de iure. iur. Ias. in l. ad monēdi num.262. & 264.ff.eod. titulo.

38 Item extende dictam secundam conclusionem vt non solum presumatur mandatum ex antiquitate tēporis, verum etiam ipsius mandati ratificatio, vt voluit Deci. cons. 299. col.2.Gozad. cons. 11. col.2. Socin. Iunior.cons.139. & cons.146. lib. 3. quos sequitur Ioseh.Mascard.d.conclus.1004.num.48.cum sequēt. vbi hoc limitat. & declarat dicens procedere etiam stante prima opinione affirmatiua.

39 Circa vero productionem mandati est aduertendum quod instrumentnm originale ipsius mandati debet in actis dimitti, nec parti illud repetenti est concedendum secundum specul in titu. de instrumentorum editione.§.non dubitamus in fine & in tit de procuratore. §. publicatis versi.tertio sequitur tenet etiā Bal. in l. instrumenta.C de fideicommissis Foller.in additio. ad Marant. de ordine iudi.6. part. actu. 8. numer 33.

40 Sed hoc intellige in instrumento mandati simplici & speciali ad illam causam tantum, secus si esset instrumentum mandati continens plura capita & mandata ad plures causas, tunc nanque restituitur originale producenti relicto exemplo in processu registrato, seu signato tabellionis causæ signo, vt tenet Specul. in locis proxime citatis quem refert & sequitur Ioseph.Mascard.in dict. 2.parte. de probatio.conclus.1004. num.67.

41 Immo qnod sufficiat in vtroq; casu siue mandatum sit speciale ad vnam causam siue ad plures causas exemplum remanere apud acta & originale eidem procuratori restitui tenent Luc.de Pena.in l.hac sanctione.versi.sed quid in procuratore.C. de diuersis offi, lib.12. Boer. decis. 281.num. 6. Anchar.cons. 41. quam opinionem videtur sequi. Ioseph. Mascard. in d. conclu. 1004. nu. 68. Sed distinctionem superius dictam Specul. praxis obseruat. in inferioribus auditorijs. In suppremis autē tribunalibus dimisso in processu exēplo mādati notarius causę tenetur Seruare originale vt dispo nit l.10.tit.19.lib.2.recop.& l.3.titu. 2.lib.4.eiusd.recop. quę leges idem disponunt in alijs scripturis & sententijs.

42 Quod intelligo nisi instrumenta originalia à parte producente petantur, nam tunc data copia parti contraria & dimisso in processu eorum exemplo ei restitui debent præcedēte partis citatione, vt post Guid. Pap. & Couarrub.tradit Mascard. in dict.2.part. de probatio. conclus. 1004.numer.65. Et hoc etiam erit obseruandum in mandato originale quod continet plura capita, & mandata ad plures causas dimisso apud notarium exemplo signato in publica forma per ea quæ supradiximus ex specul. & alijs.

43 Producto itaque mandato in processu primo diligenter iudex inspicere debet an mandatum sit limitatum ad certam causam, & an procurator sit constitutus pure, aut sub conditione, aut ex die vsque ad diem quæ omnia fieri possunt & diligenter sunt seruanda vt probatur ex l.1. & l. item. ff. de procuratorib.ex. l. 13. titu. 5. par. 3. in fine.

Secundo

44 Secundo iudex aduertere debet, an mandatum sit validum, & firmã ratione constituentis, aut constituti, vel forma ipsius constitutionis, nam ex his tribus causis potest mandatum esse nullum, & inefficax, vt late explicat. Vant. in rub. de nullit. ex defectu inhabilit. & mandati num. 122. cum plurib. seq.

45 Tertio iudex attendere etiam debet an mandatum sit sufficiens ad expeditionem causæ ad quam producitur. l. diligenter. ff. mandati tradit. Ang. in §. præterea vers. quod autem insti. de exceptio. Afflict. decis. 91. col. 2. Alex. cons. 6. num. 3. lib. 4. Decius cons. 494. num. 8. lib. 4. Nam mandatum non se extendens ad id quod in iudicio deductum est, non potest in effectu dici mandatum, vt ait Bal. quem cæteri scribentes ibi sequuntur in l. licet in prin. ff. de iudi. & in l. falsus in prin. C. de fals. doctores in c. ex parte decani de rescript. gloss. in verbo debito modo, & scribentes in Clem. 1. de procuratorib. Abb. & Feli. in c. constitutus extra eodem titulo, cum alijs traditis per Vant. in d. rub. de nullit. ex defectu inhabilit. & mandati num. 74. cum seq.

46 Quarto inspicere quoque iudex debet, an negotium de quo agitur requirat speciale mandatum, & sit ex his quæ tradunt gloss. & scribentes in c. quia ad agendum de procuratorib. in 6. vbi Phelip. Franc. congerit 38. causas quæ mandatum speciale exigunt, & alias. 73. cumulat Firmiar. in suo repertorio verbo mandatum, & plures tradit Tiraquell. in l. 7. num. 109. cum alijs seq. in legib. connub. Roland. cons. 25. lib. 2.

47 Nam si negotium requirat speciale mandatum, & producatur generale processus erit nullus, vt probatur in dict. c. quia ad agendum de procuratorib. in 6. & in l. mandato generali. ff. eod. titulo tradit Couarru. lib. 2. variarum resolutio. c. 5. numer. 8. & probat. lex. 19. titulo 5. par. tertia.

48 Quod intellige nisi mandatum habeat clausulam, cum libera administratione, quia tunc procurator virtute huius clausulę potest expedire omnes casus & causas in quibus speciali mandatum requiritur cum speciale mandatum, & generale cum libera administratione ęquiparentur, tam in contractibus quam in iuditijs. l. transactionis. C. de transactio. l. procurator, qui generaliter. ff. de procuratorib. d. c. quia ad agendum de procuratorib. in 6. tradit Bal. in l. illud. ff. de minorib. Ias. in l. in debitam. ff. de condictio. indebiti, & in l. si quis iniquum. §. si procurator. n. 3. ff. quod quis quæ iuris. Alex. cons. 27. col. penul. lib. 1. Decius cons. 494 num. 6. lib. 3. & cons. 493. in principio. lib. 4. Cotta. in memorialib. iur. vers. procurator generalis Vant. in rub. de nullit. ex defectu inhabilit. & mandati num. 87. Iafre. conclu. 52. Couarru. lib. 1. variar. resolutio. c. 6. num. 3. vers. 5. Cephal. cons. 338. & probat. l. 19. titulo 5. par. 3.

49 Vnde virtute dictæ clausulę libere potestatis potest procurator obligare mandantem, & eius bona hypothecare, & alienare. l. procurator istorum. l. procurator, qui generaliter. ff. de procuratorib. tradit. Alex. cons. 118. num. 24. lib. 5. explicat. Rebuff in praxi beneficiali. 1. par. c. 21. num. 30.

50 Et poterit etiam virtute. dict. clausulæ procurator de negocio. etiam principali transigere, & alia facere de quibus in l. procurator cum libera, & in l. procurator tutorum, & in l. mandato. ff. de procuratorib. notat. Vant. in dict. titulo rub. de nullit. ex defectu inhabilit. & mandati num. 86. & probat. dict. l. 19. titulo 5. par. 3.

51 Et huic clausulæ ęquiparatur alia

clausula quæ in mandatis solet apponi videlicet, vt procurator facere possit, quidquid ipse dominus faceret si præsens esset, cuius virtute procurator censetur habere mandatum cum libera. l. creditor. §. Lucius vbi Bar. ff mandati idem Bar. in l. procurator qui generaliter num. 3. ff. de procurator. tradit. Abb. in c. petitio. num. 2. extra eod titulo, & in c. fin. num 18. de dilatio. Ias. in l. quæ acta nu. 22. ff. de offi. procurator. Cæsar. Quod declarari ex traditis per Alex. consi. 44 lib. 2. & Decius consi. 130. Aymon. consi. 262. col. vlti. Moron. in tract. de fide & pace. 1 par. q. 13.

52 Sed cum dictæ clausulę in mandatis potius ex stylo notariorũ quam ex voluntate domini apponi soleant non operantur supradictos effectus in his quæ solent domino afferre graue præiudicium, vt tradit Abb. in c. 1. num. 28. vt lit non contest. Moli. in consti. Parisi. titulo 1 §. 10. q. 3. Grego. Lop. in dict. l. 19. titulo 5. par. 3. in gloss. verbo *Quando* & verbo. *Qual quier*, & Couarru in rub. de test 2. par. num. 14. & lib. 1. Vari resolutio. c. 6. num. 3. vers. 5.

53 Et est notandum quod quamuis ex voluntate expressa domini dictæ clausulæ apponantur numquam ex illorum viribus procurator poterit agere quod illicitum sit vel mandantem alicui pœne ob noxium tedere. l. si procurator vbi scribentes. ff. de condictio. in debiti. l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. l. 3. §. 1. ff. quod quisq; iuris iur. l. 1. §. quoties. ff de vi & vi armata gloss in c. dilecto. verbo generalis de præb. Alex. consi 73. vers. tertio potest responderi lib. 1. Ias. in dict. l. si procurator num. 5. cum seq. vbi hanc testatur communem opi. Decius in l. alterius circumuentio. ff. de reg. iur. Feli. in cap. 1. num. 8. cum seq. vt lite non contest. Curti. Iunior. consi. 149 num. 9. testatur etiam communem Turzan. opi. 66. Grego. Lop. in dict. l. 19. titulo 5. par. 3 in gloss. verbo *Que no lo puede fazer*. Nam ad hoc numquam censetur mandatum extendi, & procurator excederet eius fines, quod non potest. l. si procurator. C. de procuratorib. d. l. 19. titulo 5. par. 3.

54 Quinto aduertat etiam iudex, an in mandato apposita sit clausula illa generalis, quæ solet apponi, nempe ad omnes alias causas, &c. Nam licet apta sit comprehendere omnes causas, vt in l. Iulianus. ff. de leg. 3. l. omnium bonorum cum l. 1. ff. de vsur. c. solitæ de maiorit. & obedi. tamen sub ea generalitate non comprehenduntur ea in quibus speciale mandatum requiritur. l. illud. §. fin. ff. de min. l. non solum. §. vltimo & l. Pomponius in prin. ff. de procuratorib. quia ad agendum, vbi Ioan. Andre. & alij eod. titulo in 6. declarat. Ægidius decis. 5. & tradit latę. Vant. in dict. rub. de nullit. ex defectu inhabilit. & mandati num. 89 & seq.

55 Nec sub dicta clausula comprehenduntur causæ futuræ ortę post mandatum sed solum pręsentes, vt probatur ex l. qui habet in fine per argumentum ab speciali. ff. de tut. & ex l. de his rebus. ff. de auro. & arg. leg. notant gloss. Bar. & doctores in l. damni. §. si is qui ædes. ff. de damno infecto. gloss. & scribentes in l. omnem. ff. de procurat. Ang. in §. præterea vers. quid autem si procurator num. 33. insti. de exceptio. Rota. decis. 563. in antiquis. Feli. in c. relatum num. 8. de offi. de leg.

56 Sed quod talis clausula comprehendat etiam omnes causas futuras probatur ex l. 2. §. quod ait prætor in fine. ff. quod quis quæ iuris, & ex l. si seruitus. ff. de seruit. Vrban. prædior. & l. vxorem. §. codicillis. ff. de leg. 3. quam opinionem sequitur Spec. l. in titulo de procurator. §. 1 vers. item oppono, & §. ratione autem forme

formæ verſ. quid ſi procurator & Rota, deciſ. 413. in nouis quam videtur ſequi. Vant. in dict. rub. de nullit. ex defectu inhabilit. & mandati num. 102. quamuis allegat. Guill. Decun. in l. item ad litem ff. de procurator & Rota deciſ. 19. in nouis hoc intelligentes, quando mandans tempore conſtitutionis mandati non haberet aliqua lites. Sed hodie timore huius difficultatis apud nos ſemper in mandatis ad agendum apponitur clauſula quæ expreſſe comprehendit cauſas futuras, videlicet, *Y generalmente para en todos mis pleytos y cauſas, ciuiles y criminales, mouidos y por mouer, anſi en le mandando, como en defendiendo, en qualquier manera, y contra quales quier perſonas de qualquier calidad, eſtado y condicion que ſean*, Cuius clauſulæ virtute ceſſant plura dubia quæ poſt alios tangit Vant. in dict. rub. de nullit. ex defectu inhabilitatis & mandati num. 103. cum ſeq. Quod intelligo niſi cauſa futura eſſet nimis grauis & ardua per ea quæ ſupra diximus, & ita praxis obſeruat.

57 Sexto aduertere quoque debet iudex in plures procuratores ſint ſimul conſtituti inſolidum, nam in hoc caſu occupantis conditio præfertur per litis conteſtationem, & ille ſolus litem inceptam pro ſequitur, ſed duobus eorum ſimul conteſtantibus litem, quilibet poteſt inſolidum proſequi. l. creditor. §. duobus ff. mandati glo. & doctores in l. pluribus ff. de procuratorib. l. 18. tit. 5. par. 3. vbi hoc declarat, Grego. Lop.

58 Si vero mandatum factum ſit pluribus ſimpliciter non transfert exercitium poteſtatis quilibet inſolidum, ſed pro rata ideo vnus procurator ſine alio non poterit cauſas in mandato comprehenſas in iudicio deducere. c. ſi duo, in prin. de procuratorib. in 6. notat gloſſ. in l. ſi pluribus. ff. eodem titulo gloſſ. & ſcribentes in c. non iniuſte ext. a eod. titulo. late

Alex. conſ. 92. lib. 7. Vant. in d. rub. de nullit. ex defectu inhabilit. & mandati num. 78. & probat. dict. lex. 18. titulo 5. par. 3.

59 Quod primo limita non procedere in mandato pluribus facto in cauſa ſpirituali in qua quilibet inſolidū poteſt agere & potior eſt conditio occupantis per litis conteſtationem, vt celerius cauſa expediatur. dict. c. ſi duo in fine de procuratorib. in 6. notat ſpecul. in titulo de procuratore. §. ratione autem formæ verſ. quid ſi duo vel plures col. penult. & ibi Ioan. And. e. in additio. Rota deciſ. 307. in nouis mill. verbo procuratores ſi ſint plures. Ioan. Andre. Abb. Feli. & alij in c. in nomine domini de teſtib. quos ſequitur Vant. loco ſuperius citato num. 79.

60 Secundo limita non procedere in pluribus ſindicis, quibus videtur data poteſtas inſolidum, vt poſt Bal. & alios tradit. Decius conſ. 297. col. 1. lib. 2. vbi hanc teſtatur communem opinionem quos ſequitur Vant in d. rub. de nullit. ex defectu inhabilit. & mandati num. 80.

61 Tertio limita nō procedere, quando plures haberent mandatum vniuerſaliter, nam quilibet videtur conſtitutus inſolidū, vt tenent Bar. Bal. & Ang. in l. pluribus. ff. de procuratorib. l. 1. §. ſi plures. ff. de exert. quos refert & ſequitur Grego. Lop. in d. l. 18. titulo 5. par. 3. in glo. verbo, *Que cada vno dellos.*

62 Quarto limita non procedere in pluribus tutoribus, qui quamuis ſimpliciter ſint dati, quilibet in ſolidum cenſetur conſtitutus. l. vltima. C. de authorit. præſt. l. 1. C. ſi ex plurib. tut. l. decreto. §. fin. l. Lucius, §. 1. l. tutores. §. curatores. ff. de adminiſtratio. tut. gloſſ. & ſcribentes in d. l. ſi ex pluribus ff. de procuratorib. & in d. c. ſi duo verbo admittit de procuratorib. in 6. Bar in l. 1. §. fin. in 1. oppoſitione. ff. de exer. Alex. conſ. 31. in fine

fine lib.1.& probat l.17.titu.16.par. 3. verf. *E si fueren los guardadores dos o mas.* Et quando debeant adminiftrare fi inter eos orta fit difcordia declarat l.11.tit.16.par.6.vbi Grego. Lop.

63 Septimo aduertat etiam iudex an inmandato appofita fit claufula videlicet cum poteftate fubftituendi nam abfque dicta claufula procurator non poteft fubftituere ante litis conteftationem. l. nec tutores C.de procuratorib. glo. & Doctores in l. quos quis C.eod.titu.l.19.titu.5.par. 3.verf. *Otro si dezimos que el perfonero no puede poner otro en fu lugar en aquel pleyto mifmo fobre que el fundado fi primeramente non le ouieffe començado por demanda o por refpuefta.*

64 Si tamen data fit inmandato poteftas fubftituendi poterit procurator poft aceptationem expreffam vel tacitam alium procucatorem fubftituere ante & poft litem conteftatam c.1.§.1.vbi fcribentes de procurat in 6. Rota decifi. 145. innouis Vant. in d. rub. de nullit ex defectu in habilit & mandati num. 103. d. l. 19.tit.5.par.3.verf. *Pero fi le fueffe otorgado tal poderio en la carta de la perfoneria eftonce lo podria fazer antes e defpues.*

65 Et facta fubftitutione & aceptatione fi fubftitutus fit habilis fubftituens non remanet amplius procutor cũ fuo fit functus officio & propterea cum illo quicquam vlterius fieri non poterit nifi aliud ex mandato conftiterit vt declarat Bar. in l. vero procurator §.quid ergo in fine ff. de folutio. Bal. in l. quod quis col.2. C.de procuratorib. Feli. in c.cum literis verf. fecundo vide de offi. de leg. Vant. loco citato num.104.

66 Vnde fubftitutus non poterit poft aceptationem ab ipfo procuratore principali fine alio mandato fpeciali reuocari c. is qui de procuratorib. in 6. Rota decif.11.fub tit. de procuratoribus in antiquis tradit Vant. loco citato, num. 105.& ratio eft quia talis fubftitutus ab ipfo domino principali videtur fubftitutus & procurator datus vt notat glo. in c.1. verbo fubftituendi de procuratorib. in 6. vbi fcribentes & Rota decif.146.in nouis.

67 Sed fi appofita fit claufula folita apponi in mandatis videlicet cum poteftate fubftituendi ac reuocandi & reaffumendi in fe onus toties quoties videbitur expediri, tunc poterit procurator fubftitutum tacite & expreffe reuocare ficut ipfe dominus vt poft alios tradit idem Vant. in d.tit.de nullit ex defectu in habilit & mandati num.105.& feq.

68 Octauo attendere quoque debet iudex an mandatum fit finitum quod pluribus modis finitur nam primo expirat morte conftituentis reintegra ante litis conteftationẽ l.mãdatũ C. mãdati l.fi defunctus ff.de procuratorib. §.item fi adhuc infti de mandato. c. relatum vbi Doctores de offi. de leg.l.23.in prin.titu.5.par.3. Et an expiret per mortem ciuilem mandantis tradit late Vant. in d. titu. de nullit ex defectu in habilit & mandati num.170.

69 Sed fi dominus moriatur poft litis conteftationem, tunc non finitur mandatum fed procurator profequi debet caufam l. nulla C.de procuratorib.d.l.23.tit.5.par.3.verf. *Mas fi fe murieffe defpues que fueffe començado por refpuefta no pierde por effo el perfonero fu poderio antes dezimos que debe feguir el pleyto fafta que fea acabado tambien como fi fueffe viuo el que lo fizo perfonero, maguer non recibieffe mandado nueuamente de los herederos del finado.* Et in hoc cafu fententia fertur in procuratorem tanquam dominum inftantiẹ fecundum communem practicam in his regnis receptam quamuis de iure communi variẹ funt opiniones Doctorum vt in quid Grego.

Grego. Lop. in d l. 23. in glo. verbo *An. e dezimos.*

70 Secundo modo finitur officium procuratoris morte ipsius re integra ante litis contestationem secus si post litem contestatam moriatur quia tunc heredes procuratoris, si habiles sint, tenentur litem prosequi, vt disponit d. l. 23. tit. 5. par. 3. cuius distinctionem praxis non obseruat sed indistincte instantia transfertur in dominum vt post Alberi. in d. l. nulla C. de procuratorib. & Bal. in l. mandatum in fine C. mandati, tenet Grego. Lop. in eadem l. 23. in glos. verbo. *Sus herederos.* Nisi procurator factus dominus litis substitueret aliũ procuratorem & decedat, quia tunc cum tali substituto prosequitur lis ex practica apud nos recepta de qua testatur Grego. Lop. in loco proxime citato.

71 Tertio modo expirat mandatum finito iudicio per sententiam l. inuitus C. de procuratorib. vbi scribentes tradunt Doctores in c. non in iuste extra eod. tit. & capra regula 65. quod etiam probat. d. l. 23. tit. 5. par. 3. vers. *E aun dezimos que se acaba el oficio del personero, luego que el juzgador da juizio afinado sobre el pleyto en que era personero.*

72 Hinc est quod procurator non potest appellationem prosequi. cum lata sententia eius officium expiret vt tradunt sociribentes in d. l. inuitus C. de procuratorib. & in d. c. non in iuste eod. tit. vbi Imol testatur hanc esse communem opinionem & Capra d. regula 65. num. 30. vbi in num. 31. & seq. hoc pluribus modis limitat quod probat d. l. 23. tit. 5. part. 3. vers. *Mas non puede seguir el alzada sin otorgamiento del señor del pleyto.*

73 Quod intellige quando procurator fuit constitutus specialiter ad certam causam sed siquis constitutus esset procurator generalis ad omnes lites & causas tenetur appellationem prosequi cum ad omnia se extendat mandatum vt tenent glos. Bar. Castren. & alij in l. fin. ff. an per alium causę appellatio. & doctores in d. c. non in iuste tradit capra loco citato & Grego. Lop. in d. l. 23. in glo. verbo. *Non puede seguir.* Quam distinctionem probat expresse l. 3. tit. 23. ead. par. 3. cuius verba sunt. *El personero que fuesse dado para pleyto señalado, si dieren la sentencia contra el sobre aquel pleyto en que es dado personero; deuese alçar della, e puede seguir el alçada si quisiere, maguer en la carta de la personeria no le fuesse otorgado poder de lo fazer, mas si el alçada no quisiere seguir non es tenudo de lo fazer, como quier que se deue alçar e fazer lo saber a su dueno del pleyto que siga el alçada si quisiere. Empero si el personero fuesse dado generalmente sobre todos los pleytos de aquel cuyo personero es, o en la carta de la personeria dixesse ciertamente que pudiesse o deuiesse seguir el alçada estonce seria tenudo en todas guisas de alçar se e de seguir el alçada maguer non quisiesse,* Et ita sunt concordande dicte leges par. quæ videntur contrarie secundum Grego. Lop. in d. l. 23. in

74 glo. verbo, *Non puede seguir,* quamuis d. l. 3. in glosa, verbo. *El alçada,* Plures referat intellectus.

Sed in quantum d. l. 3. tit. 23. par. 3. disponit quod procurator generalis tenetur precisse prosequi appellatio nem est intelligenda & limitanda vt procedat, quan o talis appellatio prosequenda est in eadem ciuitate & loco, secus si extra ciuitatem, quia tũc precisse non tenetur eã prosequi & sua negocia derelinquere si nõ vult vt tradunt Inno. Imol. alij in d. c. non in iuste de procuratorib. Bal. Alex. & alij in d. l. inuitus

75 C. eod. tit. quos refert & sequitur Grego. Lop. in d. l. 3. tit. 23. par. 3. in glo. verbo, *En todas guisas.*

Appel-

75 Appellare autem a sententia contra se lata procurator tenetur, siue generaliter ad omnes causas, siue specialiter ad vnam litem prosequendam constitutus sit d. l. inuitus vbi glos. Bar. & alij C. de procuratorib. pręcipue Alex. num 10. & Ias. num. 3. qui hoc declarant & hanc testatur communem opinionem Capra. d. reg. 65. num. 7. & 27. quam probat d. l 23. tit. 5. par 3. vers. *Pero quando el juizio diessen contra el ò contra aquel cuyo personero fuesse deuese alçar*. Idem etiam disponit d. l. 3. tit. 23. ead. par. in prin. in causa speciali & in fine in mandato generali. Alias tenebitur domino actione mandati ad interesse iuxta l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mandati l. liberto §. fin. ff. de negotiis gest.

76 Sufficeret tamen domino denuntiare se in causa sucubuisse vt ipse dominus possit appellare quando ex aliqua iusta causa procurator non appellauit, nam vnum horum tenetur procurator facere vt in d. c. non iniuste de procuratorib. vbi glo. & Doctores notant & hanc testatur communem opi. Capra d. reg. 65. num. 14. & 15. vbi hoc limitat & declarat.

Sed si aliunde dominus certior fuerit factus talis denuntiatio non est necessaria vt notat glo. fin. in d. c. non iniuste de procuratorib. tradit Tiraquell. de Vtroque retrac. §. 36. glo. 2. num. 24 vbi plures refert & Lancelot. de attentatis 2. par. c. 12. ampliatione. 15. numer. 34. & ratio est quia idem operatur scientia quod denunciatio.

78 De iure tamen regio per d. l. 3. tit. 23. part. 3. probatur procuratorem vtrumque facere teneri videlicet appellare, & domino denuntiare, ibi: *como quier que se deue alçar e fazerlo saber a su dueño*, quam l. intellige quando non interuenit aliqua iusta causa, vt non possit procurator appelare secus si ex aliqua iuxta causa appellare non possit, prout supradiximus, quia tunc sufficeret denuntiatio vel scientia.

79 Si vero dominus sit absens vt ei non possit procurator sententiam denuntiare tenetur, vt dictum est appellare. Quod etiam intelligo cum consilio aduocati si haberi potest, nam cum in dubio præsumatur pro sententia non tenetur regulariter procurator appellare, sine aduocati consilio, vt tenent doctores in dict. l. inuitus. C. de procuratoribus, & hanc testatur communem opin. Roland. cons. 10. in fine lib. 2. & ita debet intellige. dict. l. part. ibi: *Si dieren la sentencia contra el*, hoc est contra ius suæ partis, nam à sententia iusta iniquum esset appellare, nisi quando nouis allegationibus, & probationibus speratur eius reuocatio, & reformatio in fauorem appellantis, ideo semper si fieri commodè potest consulendus est aduocatus. Sed si intra tempora appellandi hoc fieri non possit procurator tenetur in dubio appellare, vel supplicare alias domino præiudicabit vt tradunt Doctores in l. vnica. §. si procuratur ff. si quis iusdicenti non obtemperauerit vbi Zasius testatur hanc esse communem
80 opin.

Quarto modo finitur mandatum si re integra ante litis contestationem reuocetur l. ante litem cum seq. ff. de procuratorib. c. quamuis in prin. eod. tit. in 6. §. recte insti. de mādato d. l. 23. tit. 5. par. 3. vers. *Otrosi acaba su officio quando el dueño del pley-*
81 *to lo reuoca e pone otro en su lugar*.

Quod primo extende procedere etiam si constituens procuratorem promiserit & iurauerit illum non reuocare vt notant glo. & Doctores in c. fin. de procuratorib. in 6. Bar. in l. cum precario. ff. de precario Alexand. consi. 18. col. vltim. lib. 2. & cons.

& consi. 28. lib. 5. Felin in cap. ex parte el 2. ampliatione 5. de rescript. Balb decis. 499. vbi testatur hanc esse communem opi. Vant. in titu. de nullit ex defectu in habilit & mandati num. 158. Boeri. decis. 107. Aymon cons. 191.

82 Secundo extende dictam conclusionem procedere etiamsi reuocatio fiat post litem contestatam. l post litem cum sequent. ff. de procuratorib. l. 24. titul. 5. part. 3. ibi: *Otrosi dezimos, que si el primero personero vuiere somençado el pleyto por demanda e por respuesta, e quisiere el señor d. l pleyto, reuocar este e dar otro puedelo fazer*, quod intellige nisi expresse contradicatur per partem aduersam vel procuratorem, nam tunc reuocans debet iustam causam ostẽdere, vt disponit dict. l. 24. versi. *Otrosi dezimos*, vbi exprimuntur iuste causæ reuocandi procuratorem post litis contestationem.

83 Tercio extende vt procedat etiam in reuocatione tacita; nam non solum dominus potest expresse reuocare procuratorem, sed etiam tacite per constitutionem secundi procuratoris in eadem lite. l. si quis cũ procuratorio. §. Iulianus. ff. de procuratorib. l. procuratoribus. C. eod. tit. c. non iniuste extra eod. tit. dict. l. 24. in princip. titulo quinto parti. 3.

84 Quod primo intellige siue dominus hoc faciat in eadem instantia in qua procurator primus erat effectus dominus litis, vt in dict. l. procuratoribus. C. de procuratorib. siue in causa appellationis in qua procurator primæ instantiæ potest libere reuocari, vt post alios tradit Vant. in d. tit. de nullit. ex defectu in habilit. & mand. num. 163.

85 Secundo intellige quando secundus procurator fuit specialiter & singulariter constitutus ad causam ad quã erat primus constitutus alias si primus fuisset ad certam causam datus, & secundus generaliter ad omnes causas non censetur primus reuocatus cum generi per speciem derogetur & non è contra, vt post Rotam tradit idem Vant. in loco proxime citato, nu. 164. Quod probatur ex d. l. 24. ibi. *Si despues de esso fiziere otro en esse mismo pleyto tuelle el poderio al primero, e dalo al segundo*, nota verbum, *en esse mismo pleyto*.

86 Tertio intellige dictam conclusionem procedere etiam si secũdus procurator non aceptasset maudatum, nam in hoc quoque casu cẽsetur primus tacite reuocatus, vt notat glos. in c. si duo verbo simul de procuratorib. in 6. Bald. Ang. Castren. & alij in l. si quis. §. fin. ff. de procuratorib Boer. decis. 347. col. 2. AEgid. conclu. 530. & facit text. in d. §. posteriore insti. quibus mod. testam. infir.

87 Reuocatur etiam tacite mandatũ procuratoris, siue ante siue post litem contestatam, si principalis simpliciter causam suam absque protestatione per tractet. cap. si quidem de procuratorib. in 6. notat Bar. in l. mutari. ff. eod. tit. Roma cons. 76. nu. 2. AEgid. conclu. 454. Vant. in d. rub. de nullit. ex defectu in habilit & mand. num. 167. ideo semper in hoc casu apponitur clausula, y *reuocando mis procuradores*. Q intelige quando hoc facit non mo assistendi procuratori, sed iudiciales in propria persona c piendo dummodo articulus talis in quo sit necessaria p domini vel ipse dominus e lius informatus vt proxim ctores declarant.

88 Et est circa dictam re aduertendum quod gest ratorem reuocatum v no præiudicant quand versarius reuocatior

ca C.de satisd. vbi Bar. l. si procuratorē. la. 2. ff. de procuratoribus, l. dispēsato ri, l. eius, ff. de solutio. § recte insti. de mandato gloss. Innoc. Imol. & alij in cap. mandato de procuratorib. late Feli. in dict. cap. ex parte el. 2. de rescript. Benedict. Capra, qui hanc testatur communem opinio. regula 58. num. 3. cum alijs vbi late hoc declarat, & limitat, & in regul. seq. idem probat dict. l. 24. titulo 5. part. 3. versiculo. *Empero quando assi lo quisiere toller, deuelo fazer saber al juez, o a su comendor, e non lo faziendo saber assi deue valer lo que el primero personero razonare, o fiziere en aquel pleyto, tambien como sino lo ouiesse tollido.*

89 Quinto modo finitur officium procuratoris, quando ipse procurator impeditus infirmitate, vel aliqua alia iusta causa, non posset causam prosequi, l. post litem cum seq. ff. de procuratorib. dicta l. 23. in fine titulo 5. par. 3. ibi: *O si el mismo por su grado, dexa la personeria por algun embargo derecho que aya, porque lo non puede seguir*, & dicta l. 24. in fine eiusdem tituli versiculo, *esso mismo dezimos del personero si quisiere dexar la personeria por razon de enfermedad, o de otro embargo que ouiesse de aquellos que de suso deximos, que lo pueda fazer faziendolo saber primeramente al dueño del pleyto.* Causæ autem quam expressat dicta l. sunt si esset captus ab hostibus, vel in vinculis detentus, vel professus esset in peregrinationem, vel impeditus infirmitate, vel esset occupatus in suis proprijs litibus. Ita quod nō posset prosequi litē constituentis, vel si factus esset inimicus domini, vel amicus sui aduersarij per matrimonium de nouo celebratum, quibus addere potest alias causas, quas adduximus in capite quarto huius primi libri circa restitutionem ex clausula generali.

90 Nono si tutor, vel curator nomine minoris agat in iudicio, vt in l. generaliter, l. tutoris præcipuum, ff. de administratio. tuto. l. vltima in princ. C. eodem titulo, l. eum qui. C. de procurator, l. 17. titulo 16. partita sexta, iudex inspicere debet, an rite, & recte sit sibi tutella, vel cura decreta, vt disponit. l. prima titulo tertio, partita tertia, nam tutor, & curator ad hoc, vt possit esse in iudicio, & administrare, & gerere se pro tutore, & curatore debet primo decernere tutellam etiam testamentariam, & illius administrationem, cum decreto iudicis. Secundo satis dare rem pupilli saluam fore. Tertio iurare vtilia facere, & inutilia prætermittere. Quarto promittere expresse defensionem pro pupillo suscipere. Quinto inuentarium facere, aliàs si prędicta non fecerit, & pro tutore se gesserit iudicium erit nullum, & ad ministratio inualida, etiam si omnia prædicta postea fecisset, vt notat Bartol. in l. legitimos in princ. numer. septimo, & sequ. ff. de legiti. tut. Areti in §. actionum numer. 33. & seq. instit. de actio. Ruin. consilio 29. numero 10. libro quinto, Aufreri. in additio. ad Capel. Thol. decision. 63. nu. 57. Caualcan. in tract. de tutore nu. 23. cum seq.

91 Et ideo si tutor, vel curator agat nomine pupilli, vel adulti reus copiā tutelæ, vel curę petere debet expensis ipsius tutoris, vel curatoris, vt iuditium recte formetur, & validum sit aliàs tutor, vel curator repellendus erit, vt tradit Areti in §. præterea numer. 35. & seq. insti. de actio. & in dict. §. actionum numero quinto eodem titulo Maranta de ordine iudiciorum sexta part. nono membro nume. 3. Craue. consil. 225. lib. 2. Vant. in dict. rub. de nullit. ex defectu inhabillt. & mandati nume. 148. & seq. Hercul. in tract. de modo probandi nega. numer. 88. Caualcan. in dict. tract.

tract. de tutore numer. 28. & 63.

92 Et non solum tutor tenetur reo copiam tutelæ dare ad agendum, sed etiam inuentarij, nam tutor de iure non potest aliquem conuenire, nec experiri in iudicio, vel extra iudicium inuentario non confecto. l. fin. in fine vbi scribentes C. arbitri. tut. notat specul. in titulo de instru. ędītio. §. nunc vero aliqua, versi. sed an teneatur, & in titulo de tutore. §. generaliter col. 1. Bart. in l. tutor qui repertorium numero 22. cum seq. ff. de administratio. tut. Bal. in authentic. sed cum testator in fine prin. C. ad l. falci. & in consi. 146. col. 2. versi. sed proposito & consi. 171. col vltim. libr. 2. vbi ait hanc esse communem opinionem, & ita practicari tradit Vital intract. clausularum verbo, nihil nouari inuentario confecto pendente, col. 25. versi. item aliud, Boeri. decis. 53. numer. 5. Porcelli. in tract. de inuentario c. 2. numer. 19 Bertachi. in tract. de Episcopo. 4 part. numer. 38. Plot. in l. si quando numer. 194. & 240. C. vnde vi. Caualcanu. in tractatu de tutore nume. 28. & 63 Soci. Iunior consi. 49. numer. 10. libr. 3. Natta consilio 574. col. 1. Beroi. consi. 171. numer. 39. libr. 2. In quocumque enim tutore requiritur inuentarium antequam administret. l. tutores. C. de administratio. tut. l. 3. §. tutores. ff. de excusatio. tut. dict. l. vltima. C. arbitrium tut. l. 15. titulo 16. part. 6. declarat consili. 663. columna penultima.

93 Quod primo intellige nisi tutor agat aliquo remedio quod sit in euidentem vtilitatem bonorum minoris vt nullo modo possit nocere minori, sed prodesse tantum tunc namque tutor potest agere inuentario non confecto. l. fin. C. de tut. & curat, qui sat. no 1 dederunt vbi Bar. Bal. & alij notant idem Bart. in dict. l. tutor qui repertorium numero 27. ff. de administratio. tut. & in l. legitimos in fine ff. de legit. tut. Guid. Pap. quæstio 330. Boeri. quæstione sexsagesimaoctaua, Phinotius de Phanutijs in tractat. de inuentario, secunda parte, numero trigesimooctauo, Hippolyt. Rimi. dicto consi. 182 num. 7.

94 Secundo intellige & limita, vt sufficiat exhibere principium inuentarij, & sic in genere, & non teneatur totum inuentarium exhibere, quia expedit pupillo, ne secreta hæreditatis suæ pandantur, vt notat Bart. in dicta l. tutor qui repertorium, numero quarto. ff. de administratio tutor. & in lege prima. ff. de curater. bonor. dando. Aretin. in. §. actionum numero 50. institut. de actio. Ias. in l. in propriam numer. tertio C. de precib. impera. offerend & in l. argentarius numer. 31. ff. de ędendo Afflict. decis. 207. numero quarto. Corse. verbo inuentarium, qui locuntur etiam in casu quo quis peteret copiam dicti inuentarij pro accusando tutorem de suspecto eum omnia in inuentario non apposuerit.

95 Sed quod tutor possit cogi ad exhibendum totum inuenta rium cum omnibus ibi descriptis tradit Caualcan. in dicto tract. de tutore numer. 64. & ita sentiũt Doctores supracitati terentes tutorẽ teneri inuentarium exhibere adhoc, vt possit pro pupillo agere.

96 De stylo tamen & consuetudine ad agendum pro minoribus in iudicio, & extra non, est necessarium vt constet de confectione inuentarij & tolerantur gesta per tutores & curatores, tâm prominoribus, quâm contra minores quamuis de confectione inuentarij non constet, vt testantur Guid. Pap. dict. q. 330. & Monticulus in tract. de inuentario hęredis. c. tertio numer. 11. Rolandus à Valle. in tract. de inuent. versiculo quæ autem

P

tem dicta sunt charta. 91. in parua impresione Hippolyt. Riminald. dicto consil. 182. numero octauo; libro secundo: Quod etiam praxis huius Regni obseruat, vbi tantum ad agendum exigitur, vt constet de tutella, seu cura minorum per iudicem competentem legitime decreta.

97 Et quod dictum est de minore acto e similiter intellige quando minor ab aliquo est conuentus, nam non est audiendus tutor donec copiam tutellæ non dederit, ne iudicium sit illusorium, & ne ipse actor condemnetur in expensis iuxta notata per Bartholum in lege hæc autem §. non defendi. ff. ex quibus causa in possess. eat. tradit Tiraquell. de vtroque retract. in titulo de retract. lignag. §. primo, glossa, decimatertia, numero decimoseptimo, & sequitur Crauet. dicto consi. 225. numero tertio, Aretin. in dicto §. actionum, numero quinquagesimo, instit. de actio. Caualcan. in loco citato numer. vigesimonono & 30.

98 Decimo aduertere etiam debet iudex, an qui pro alio in iudicio agit sine expresso eius mandato possit iuris dispositione cum cautione de rato, vel alias admitti, nam quamuis regulariter quis pro alio sine mandato agere in iudicio non possit, vt supra in principio huius capitis diximus. ex lege si Pupillos §. videamus. ff. de negot. gest. l. tutori C. eodem titulo, lex tertia, §. defendi, vbi Bartho. & alij, ff. ex quibus causis in possess. eat lex decima, decimanona & vigesima, titulo quinto, partita tertia, lex secunda, & tertia, titulo secundo, libro quarto recopilatio. tamen fallit in pluribus casibus dicta regula & conclusio.

99 Et sic primo eam limita non procedere in marito qui pro vxore sine mandato agere potest cum cautione de rato, l. maritus vbi latæ scribentes, C. de procuratoribus l. decima, titulo quinto, partit. tertia, quod procedit etiam in sponsa de præsenti non sequuta copula, nec ductione ad domu qui poterit cum hac cautione agere pro sponsa, vt notat Alberic. in dicta lege maritus C. de procuratoribus quem refert & sequitur Gregor. Lup. in dicta lege decima in gloss. verbo, *Marido por muger*, ad quod faciunt plura per nos adducta in capite præcedenti, cum pluribus sequentibus.

100 Secundo limita non procedere in vxore quæ quamuis absque licentia & mandato mariti in iudicio esse no potest, vt disponit lex 55. Tauri, quæ est lex secunda titulo tertio libro quinto recopillationis.

Tamen suo considerato interesse pro marito in iudicio comparere potest, vt notat Marianus, Socinus in capite veniens, numero sexsagesimotertio de accusationibus Iulius Clarus, post Bossium, & alios, in §. finali, quæstione trigesimatertia, qui hanc testatur communem opinionem Menochius, libro primo de arbitraris iudicijs, casu 80. numero 60. vbi ait etiam communem quam sequitur & dicit communem Bursat consilio 225. numero 125. libro secundo diximus latius in cap. præcedenti.

101 Tertio limita non procedere in consanguineo & affine vsque ad quartum gradum qui absque mandato cum cautione de rato in iudicio agere possunt pro suo consanguineo & affine dict. lex maritus, vbi scribentes, Cod. de procuratoribus dicta lex decimo titulo quinto partit. tertia, vbi Gregorius Lup. explicat.

Quar-

102 Quarto limita non procedere in coheredibus, & communem rem habentibus ratione communionis, qui cum cautione agere possunt sine mandato. l. 2. C. de consortib. eiusdem lit. tradunt Doctores maxime Ias. qui facit regulam cum 4. extensionibus & 17. limitationibus in l. exigendi C. de procuratorib. & scribentes in l. vnica C. si per vim. vel alio modo dict. l. 10. tit. 5. part. 3. versiculo, *Esso mismo.* Ex cuius generalitate videtur etiam loqui post litem contestatam vt notat ibi Gregorio Lop. in glos. verbo. *Esso mismo.* Licet de iure communi secus erat post litem contestatam per dict. l. 2. C. de consort. eiusd. lit. quam ita intelligunt Doctores ibi.

103 Sed supra dicta primo intellige nisi maritus vel alia coniuncta persona mandatum ab vxore vel coniucta persona receperit, quia semel recepto amplius non poterit agere sine mandato vt notant glos. & Doctores in dict. l. maritus C. de procuratoribus vbi Ias. numer. 8. testatur hanc esse communem opinionem.

104 Secundo intellige nisi coniuncta persona relinqueret procuratorem ad illam causam quia tunc si procurator vellet agere ad mittere tu & coniuctus etiam cum cautione non est admittendus vt notat Specul in titulo de coniucta persona quem refert & sequitur Grego Lop. in dict. l. 10. titul. 5. part. 3. in glos. verbo. *Contra voluntad.* Vbi in glos. verbo. *Fasta el quarto grado.* Testatur in regalibus auditorijs coniunctum non admitti pro coniuncto etiam cum cantione de rato cum in his non audiatur quis nisi præsentet mandatum vel præstet cautionem quod infra certum tempus illud producet.

105 Tertio intellige agendo in iudicio in quo coniuctus admittitur pro coniucto cum cautione de rato vt dictum est, secus ad recipiendum vel exigendum tunc namque non admittitur vt tenet glos. in l. hoc iure ff. soluto matrimonio quam ibi sequntur Doctores & Ias. l. 2. §. voluntate numer. 16. eodem titulo.

106 Quarto intellige quod coniunctus agere potest pro coniucto absente sine mandato cum cautione in his quæ concernunt vtilitatem ipsius coniucti absentis secus in concernentibus damnum & præiudicium in quibus ei præiudicare non potest nisi expræsse aut tacite acta non ratificauerit l. 1. vbi glos. & escribentes C. quib. res iudi. non nocet l. fin. C. res inter alios acta glos. & Doctores in l. 4. ff. de executio rei iudi. Bart. per illum text. in l. 3. §. stipulationum ff. iudi. sol. cum alijs traditis per Vant. in rubri. vltima numer. 99. in tract. de nullit.

107 Quinto supradictam conclusionem limita non procedere in patre familias qui ratione patriæ potestatis tanquam legitimus administrator potest absque cautione de rato iudicio pro filio familias agere vt notant Bart. Bal. & alij in l. 1. C. de bon. mater vbi Castren testatur hanc esse communem opinionem idem Bart. in l. fin. §. vbi autem in prin. C. de bon. quæ liber Areti. in l. fin. numer. 5. ff. de verbo. oblig. vbi etiam Imol. numer. 3. qui hanc testatur communem opinionem legistarum quod praxis obseruat vt diximus in c. præcedenti. & non solum potest pater familias nomine filij agere sed etiam tanquam legitimus administrator in rebus ipsius filij procuratorem constituere vt tenent Bar. & alij in d.

 L. 1.

EX CAPITE SEPTIMO.

Summaria.

1 *Potestas agendi requiritur in iudicio ex parte rei ad hoc, ut quis consequi possit, quod sibi debetur.*

2 *Actor antequam agat attēdere debet, an reus qui ad iudiciū est vocand⁹ sit impeditus aliquo facti impedimento.*

3 *Restitutio maiorum quando sit fauorabilior, quam restitutio in integrum minorum.*

4 *Minor cōtumax nō auditur nisi refectis prius expensis, & dānis.*

5 *Debitor captiuus, vel absens habens bona unde creditores cōseq. possint debitū poterūt petere a iudice, ut det curatorem illis bonis absentis, cū quo agere possint.*

6 *Curator bonorum, ut dari possit quę concurrere debeant.*

7 *Constitutio curatoris, cum detur bonis nō extenditur ultra territorium iudicis constituentis.*

8 *Iudex potest dare curatorem in bonis sua iurisdictionis, adulto etiam non sibi sudito.*

9 *Curator datur rebus, & semper attēditur locus ubi res sitę sunt.*

10 *Proximior agnatus vocandus est ad curam bonorum absentis, qui eius futurus est heres.*

11 *Absens potius prȩsumitur viuus quā mortuus in dubio.*

12 *Petēs cura bonorū absentis debet probare absentē viuere, cū vita sit fundamentū suę intentionis.*

13 *Fundans se in vita, vel in morte eam probare debet.*

14 *Fundans se in quacumque qualitate eam probare debet.*

15 *Viuere, an prȩsumatur, quis usque ad centum annos.*

16 *Petens heredi atē absentis debet probare absente mortuū esse, cū mors sit fundamētū suę intētionis*

17 *Absens si per quinquennium ignoretur viuere, an de iure communi prȩsumatur mortuus, & quid de iure Regio.*

18 *Curator hereditati iacenti quādo dandus sit.*

19 *Iudex citare debet illos quorum prima est causa successionis in cura hereditatis iacentis.*

20 *Creditores agentes contra hereditatem iacentem absque curatore processus erit nullus.*

21 *Hæres si es institutus sub conditione ea pendente dandus est curator bonis hereditatis ad instātiam creditorum.*

22 *Debitor decedens nullis eius, heredibus vel ctis, nā in eo casu dandus est curator eius bonis.*

23 *Pēdente termino ad deliberādū an curator bonis detur, et quādo.*

24 *Heredes si infra tēpus a iudice prȩfixus ad deliberandū nō adierent, vel recusauerint hereditatē habetur pro repudiata.*

25 *Heredes recusantes hereditatē hij qui ab intestato primā causam sucedendi habent requirēdi sunt an adire vellint.*

26 *Proximiores veniētes ab intestato si recusauerint hereditatem adire, dādus est curator bonis ad instātiā creditorunm.*

CAP. SEPTIMVM.

DE HIS, QVI DE FACTO IN IVDICIO *conueniri non possunt, & quando eorum bonis ad instantiam creditorum curator, seu defensor dari possit.*

HACTENVS In tribus capitulis præcedentibus dictum est de potestate agendi de facto, & de iure ex parte actoris, nunc dicendnm restat de potestate agendi de facto, & de iure ex parte rei, qui conueniendus est. Et sic ad
1 hoc, vt quis possit consequi in iudicio quod sibi debetur requiritur. Septimo, vt reus possit de facto conueniri, vt probatur in d. l. 1. ff. de diuer. & temporalib. præscriptionib. ibi neque sufficit reo experiundi secum potestatem facere, vel habere eũ, qui se idonei defendat, &c. Et ibi, pro
2 inde, siue apud hostes sit, siue reipublicæ causa absit, &c. Ideo actor antequã agat attẽdere debet, an reus qui ad iuditium est vocandus impeditus, sit aliquo facti impedimẽto, vt causa belli, vel pestis, vel tẽpestatis, vel niuiũ, vel magne informitatis, vel sit absens causa Regis, vel reipublicę, vel sit alia simili causa legitimæ impeditus, ex his quæ supra in c. 4. diximus, ita vt venire ad iuditium nõ possit. Nam tunc effectualiter conueniri non potest cum in his, & similibus casibus per restitutionẽ in integrum, ex clausula generali succurratur illi aduersus acta processus, & sententiam si lata fuerit in eius absentia. & reponẽda sit causa in pristino statu citationis absq; condemnatione expensarum, & damnorum, vel alterius pœne, l. 2. §. siquis in iuditio, vbi scribentes, ff. siquis cautio. dict. l. prima. ff. de diuers. & temporalibus præscriptio, l. 11. tit. 7. par 3.

3 Et in hoc casu fauorabilior est restitutio maiorum ex clausula generali, quã restitutio in integrũ minorum
4 quæ causa ætatis cõceditur. Nam minor contumax, non auditur, nisi refectis prius expensis, & damnis secundum Bartolum in lege si fin-

si finita. §. sed si forte numer. 5. ff. de damno infecto Hippolit. in l. de vno quoque nume.. 235. ff. de re iudi. Menochi lib. 1. de arbitra. iudi. quęst. 36. numer. 1. quod probat. Regia l. 3. tit. 11. lib. 4. recopil. quæ expressè disponit non competere mino:i restitutionem in integrum aduersus primum decretum, cuius verum intellectum notauimus suo loco, & alium casum notauimus supra isto libro num. 8. vbi minor, qui successit, in ius alterius restituitur in integrũ ex clausula generali propter ignorrntiam, & non ex capite de minoribus.

5 Est tamen aduertendum, quod si forte debitor, qui conueniendus est, sit captiuus, vel absens in partibus remotis. Ita quod de proximo nõ speratur venire, & bona habet ex quibus creditor cõsequis possit debitũ, tunc poterit is creditor à iudice petere, vt præcedẽte informaaione absentię debti, & bonorũ det curatorem illis bonis absentis, cum quo agere possit non tantum via ordinaria, sed etiam via executiua si ius exequendi sibi competat, l. ab hostibus. §. 1. vbi glos. & scribentes notant, ff. de ex quibus caus. maiora. l. ignorare vbi Bar. Castren. & alij C. de re milit. l. 3. C. de capti, vbi Bald. & in l. cum proponas. C. de bon. autho. iudi. possi, & in l. muto. §. fin. ff. de tutel. idem Bart. & Castren. in rub. ff. decurat. bon. Dan. & in l. si quis instituatur, vbi Angel. & Imol. ff. de hęred insti. idem Bal. cons. 267. lib. 4. Alex. cõs. 4. nu. 4. li. 2. Dec. cõs. 575. nu. 1. Neuiz. cõs. 17. nu. 28. Rebuf. in tract. de contumatia art. 9. glo. vnica nu. 3. in tomo 3. super cõsti. Galli. Menoch. lib. 2. de arbitra. iudicẽr. 2. casu 150. n. 15. cũ seq.

6 Regia l. 12. tit. 2. par. 3.

Et quam iis arbitrio iudicis curator bonorũ dari possit, vt post Bar. & alios respõdit Deci. cõs. 509. nu. 1. & in dict. consilio 575. numer. 1. quos refert, & sequitur Menochi loco proxime citato tamen in hac curatoris bonorum danatione plura concurrere debent, nam vt diximus cõstare debet de absentia illius de cuius bonis agitur, & quod non relinquerit procuratorem ad omnia negotia, & debito, seu alia causa iusta ob quã dandus sit curator, & decerni. debet ad instantiam eorum quorum interest, & curator debet esse masculus, & non fœmina, nisi sit mater absentis, & maior 25. annorum, & omni su spitione carere debet, & satis dare antequam administrationem suscipiat, & inuentarium conficere, vt hęc omnia tradunt Roland. dict. consilio 48. numer. 14. cum sequen. lib. 1. & Menochi dict. lib. 2. Cent. secundo casu 150. numer. 16. cum pluribus

7 seq.

Item hic bonorum curator constitui debet per iudicem competentem, cui subest absens, vel in foro illius iudicis inquo si præsens esse cogeretur iudicium suscipere, l. prima in fine, ff. de tur, vel curat dat. ab his tradit Roland. dict. consilio 48. & Menochi dict. casu 150. numer. 16. Vnde cum constitutio curatoris de tur bonis non extenditur vltra territorium iudicis constituentis, quia non potest dari bonis extra territorium iudicis dantis sitis, l. secundo in princ. & in §. si plures, ff. de curatori. bon. dando. l. iuris peri os. §. cum Oriundus, ff. de excusationib. tutor. l. vltim. ff. de iurisdictio. omni iudi. glossa in l. non solum, §. & qui testamento de curato. bon. dando sententit. Bartol. in l. legitimos in prin. versiculo ex hoc concludo, ff. de legiti. tutel. dum allega. l. cum vnus. §. penultimo, ff. de bon. authoritat. iudi. possi. tenet Oldradus consilio 59. circa finem Simon Depræt. cons. 87. num. 75. & 26.

Quod extende procedere etiam

8 in curatore adulti quem iudex, sub cuius iurisdictione bona sunt sita

dare potest adulto, etiam non sibi subdito.l.prima versiculo vbi eorum sunt facultates. C.vbi tut. vel curat. pet.vbi Bald.notat, Bart. in l. pupil-
9 lo, ff. de tut. & curat. datis ab his, & in dict. l. iuris peritos. §. cum Oriundus, ff.de excusatio. tut. & ratio est, quia curator datur rebus, l.in copulandis.C.de nupt.ideo attenditur locus vbi res sitę sint, vt tradit Alexand.consilio 44.numer. 17. lib. 5.& Tiberi Decian.in responso.109. num.13.lib 2.

10 Præpterea in hac curatoris bonorū absentis constitutione notandū est, quod ratione proximitatis, & spei successionis nominandus est pro defensione eorū bonorū proximior agnatus absentis, qui eius futurus est hęres, nisi hoc aliqua iusta causa impediat. l. prima. C.de capt. l.secunda vbi glossa, ff.de curat.bon.dan. quod confirmatur ex eo, quod is debet esse tutor, & curator bonorum, qui & hæres intestati futurus esset, l. quod tutela, ff.de reg.iur.l.prima, ff. de legit.tut vbi glossa Bart. & communiter scribentes notant Decius consilio 16.numer.tertio, qui hanc testatur communē esse opinionem, quod etiam iure Regio probatur ex l. 4. titulo 29.part.2.ibi: *Testos bienes maguer, que todos sean obligados a guardarlos, mayormente conuiene a sus parientes mas propinquos, &c.*

11 Et in hoc casu non requiritur, quod constet de vita absentis cum eius bonis curator detur ad petitionem creditoris, & potius præsumatur absens viuus, quàm mortuus per textum in l. nec nos. C. de capt. & post limit. reueres, notat Bald. consilio 33. lib. primo, Gozad. consilio 68. numero quinto Menochi dicta libro secundo de arbitra. iudi. Centsecunda casu 150. numero 19. Hippolit. Riminald. consilio 182. numer.17.lib.2.

12 Quod aliter esset si quis curam bonorum absentis peteret, quia probare debet absentem viuere, cum vita sit fundamentum suæ intentionis, vt notatur in l. secunda §. sed si dubitetur, ff. quemadmodum testamen. aperi. & in l. sed si de sua, ff. de acquirend. hæredi. Bart. in l. si quidem.C.soluto matrim.& in l. secunda columna 2. ff.iudi.solui. Alexand.consi.175.colu. 5.lib. 5. & consilio 27. columna vltima lib. septimo Cornel. consilio 119. columna prima lib.primo Gozad.dict. consilio 68.numero quinto Alciat.de præsumptionib. regul. 1. præsumptio. 44.in fine, Gregor.Lop.in l.14.titulo 14.part.3. in glossa verbo, *abonda*, Menochi dict. casu 150. numer. 19.

286 Sponsa de pręsenti si animo ibidẽ cum marito manendi contrahit retinet forum alias sequitur forũ & domicilium viri.

287 Vidua transiens ad secunda vota pedit forum & domicilium primi mariti.

288 Vxor recedens a domo viri an gaudeat domicilio viri sui.

289 Vxor an traducens virũ ad domũ suã adhuc sortitur forũmariti gaudeat forũ & domicilio mariti

290 Vxor litigans cum viro se defendendo, adhuc gaudet priuilegio fori.

291 Vxor sequitur forũ viri non solum de iure cõmuni sed etiamsi ratione artis, vel priuilegij personalis, quia tunc mulier gaudet priuilegio viri.

292 Mulier non solum sortitur forum mariti sed etiam efficitur ciuis

uis ciuitatis viri.

293 *Vxor an dicatur eiusdem origi nis mariti.*

294 *Conueniri quis potest in loco con tractus nisi solutio sit destinata certo alio loco.*

295 *Vxor an teneatur obseruare cõ-suetudines loci mariti vel sui pa- triæ.*

296 *Maritus premittens vxori resti tuere dotem non solum in loco ori- ginis, sed etiam in loco suę vxoris, vbi fuerit petitata, adhuc attenden dum domicilium mariti.*

297 *Maritus etiamsi mutat domi- cilium, & mortuus esset in nouo domicilio, adhuc attendi debet statutum originis mariti, & non sta'um loci in quo dissoluitur ma- trimonium.*

298 *Maritus contrahẽns matrimoniũ in loco vbi adest paris consuetudo, cum consuetudine sui domicilij, si postea maritus mutauerit forum in quo diuersa est consuetudo, anvl timum attendendum.*

299 *Maritus si contraxerit matri- monium in aliquo loco, non animo ibi perpetuo manendi, sed tãquam recessuri in alium locũ diuersum, tunc post translationem attendi debet lex, vel statutũ illius loci in quem transtulerunt.*

300 *Mulier etiamsi tempore matri- monij ignorasset legem loci mari- ti adhuc tenetur eam seruare.*

301 *Vxor si duceret maritum ad do- mũ ibi perpetuo manendi, atten- ditur domicilium vxoris.*

302 *Consuetudo loci mariti non consi deranda in illis bonis extra domi- cilium mariti, quia tunc lex seu consuetudo mariti nõ est seruãda.*

303 *Consuetudo loci mariti tũc exten ditur ad bona existentia etiam ex tra territoriũ, cũ statutũ expresse disponat de bonis extra domicilium*

304 *Cõsuetudo vel statutũ disponens principaliter & directe circa perso- nam sibi subiectam, quia tũc exten ditur ad bona alibi sita.*

305 *Statutum si principaliter & dire- cte disponit circa bona subditi exi stentia in alieno territorio an statu tũ valeat ex defectu iurisdictionis*

306 *Matrimonium si fuerit contra ctũ in proprio loco originis mariti, licet in alio loco habeat domicili ratione habitationis seruanda est lex, vel consuetudo loci cõtractus.*

307 *Cõsuetudo vel statutũ ratione ori ginis prefertur ratione cõtractus a- liasattenditur cõsuetudo domicilij.*

308 *Consuetudo, tunc attenditur loci contractus quotiescũq; in contra- ctu matrimonij esset oppositũ pa- ctũ quod dos restituatur secũdũ sta tuta & cõsuetudines loci cõtractus*

309 *Cõsuetudo loci mariti non atten ditur si pater, vel extraneus dotet, & stipulatur dotem sibi redi, quia attenditur lex loci contractus.*

310 *Matrimonium quando soluitur ratione legitimi impedimenti, tunc in restitutione dotis putatiue attẽ dendum est domicilium mariti.*

311 *Cõsuetudo domicilij mariti atten denda est quotiescunq; concernitur beneficium mariti secus si vxoris.*

312 *Consuetudo domicilij mariti, tunc attendenda est cum fuerit exceptio opposita, sed si non op- ponatur*

ponatur exceptio, & mulier non declinaret iurisdictionem, attenditur iudicium factum in domicilio originis mulieris.

313 *Matrimonium si fuerit solutum morte mariti, cessat priuilegium fori mariti, & mulier & bona reguntur secundum consuetudinem propriæ originis.*

314 *Forum contractus attenditur, & non domicilij quoad formam & solennitatem contractus instrumenti dotalis.*

315 *Libertas efficitur domicilio patroni.*

316 *Conueniri quis potest in foro communi, puta in illo loco vbi est curia Principis secularis.*

317 *Forum quis sortiri potest ratione rei sitæ de qua agitur.*

318 *Forum quis sortiri non potest ratione rei sitæ, quotiescumque petuntur plures res simul diuersi fori vna eademq; causa & actione.*

319 *Forum quis sortiri potest ratione contractus a iudice, vbi contraxit conueniri potest.*

320 *Præuentio in quibus casibus datur & quomodo.*

221 *Iurisdictio quando competit pluribus dominis in aliquo loco, oppido & territorio, tunc iurisdictio omnibus in solidum competit, & datur præuentio.*

322 *Iudices si sint plures delegati omnibus in solidū cōpetit iurisdictio.*

313 *Forum quis sortitur ratione destinatæ solutionis, & non attenditur locus contractus.*

324 *Forum sortitur quis ratione delicti, quia vbi delinquens deliquerit, ibi & ab eo iudice puniēd est.*

325 *Delinquens, si sit accusatus in foro domicilij originis, an possit petere remissionem a loco delicti.*

326 *Iudex domicilij vel originis potest procedere etiam per viam inquisitionis contra subditum delinquentem.*

327 *Vagabundus potest capi tam a iudice delicti, quam originis, & a quocumque alio iudice.*

328 *Electio an sit accusatoris accusare vagabundum, vbi deliquerit, vel vbi inuenitur, & refertur opinio authoris.*

329 *Fur si in aliquo loco furtum cōmiserit, si postea cum re furtiua in aliquo loco fuerit repertus ratione contractationis, ibi potest conueniri.*

330 *Remissio ad iudicem delicti tūc facienda, cum inter iudices qui eiusdem Principis subditi sunt.*

331 *Forum quando quis sortiatur ratione prorogatæ iurisdictionis.*

332 *Prorogatio fit de persona ad personam.*

333 *Prorogatio non tantum expresso partium consensu fieri solet, sed etiam tacito consensu.*

334 *Iudex si fuerit incompetens ante alias exceptiones dilatorias opponi debet exceptio prorogationis.*

335 *Exceptio prorogationis si non opponatur, necessaria est litis contestatio, ad hoc vt reus videatur prorogare iurisdictionem in iudicem non suum.*

336 *Prorogatio quando possit procedere & quomodo.*

337 *Episcopus consentiens clericum conueni*

Bald. in Rub. C. si a non compet. iudice. Vnde iudicatum dici non potest ab eo, qui ius dicēdi nō habuit. l. 1 §. vlt. ff. ad Tertullia. l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iuris. l. 2. in fine. ff de pœnis. cum alijs traditis per Sebast. Vant. de nullitatib. in Rub. de nullit. sent. ex defectu iurisdictio. in principio. & iudex incompetens non dicitur iudex sed priuatus, cuius gesta nullius sunt momenti. l. factum à iudice. vbi scribentes ff. de reg. iur. l. 1. C. si a non compet. iudice. 1. C. de iurisdictione omni iudi. l. vltim. ff. eod. tit. l. 2. C. si aduers. fiscum. l. 1. C. de pedan. iudicib. l. 2. C. de pœnis l. si pater. C. ne de statu. defuncto. cum alijs adductis per Vant. loco citato. n. 45. nec vnus iudex debet vsurpare ea quę sunt iurisdictionis alterius. l. 2. C. de offi. comit. Sac. Pala. l. quæcumque. C. de exec. l. ex acto. l. in prouincijs. C. de numera. li. 12. c. cum ad verum. 69. distič. tradit Bald. in l. repetita. C. de Episcop. & cleri. col. 3 cum alijs.

2 Et est sciendum quod quatuor modis iudex ordinarius potest esse incompetens, primò, ratione personarum litigantium, puta quando sæcularis iudex inter clericos iudicasset, contra quos regulariter nulla penitus sibi competit iurisdictio, vel quādo iudex Ecclesiasticus contra laicos ius diceret, qui etiam regulariter in causis temporalibus sunt exempti a iurisdictione Ecclesiastica, vel quādo aliquis iudex contra personam alterius territorij vel prouincię ius diceret. Secundo, dicitur quis iudex incompetens ratione rei, vt quando aliquis iudex limitatam habens iurisdictionem vsque ad certam quantitatem excedit summam suæ iurisdictionis, vel quando iudex ad causas ciuiles dumtaxat deputatus cognoscit de criminalibus causis, vel è contra, quando habet cognitionem causarum criminalium tantum, & cognoscit de ciuilibus. Tertio, dicitur quis iudex incompetens ratione temporis, vt quando iudex finito tēpore sui officij sententiam dixisset. Quarto dicitur etiam quis incompetens iudex ratione loci videlicet quando iudex extra territorium suum constitutus iudicat, vel in territorio suo in loco tamen exempto. Pro quorum perfecta intelligentia tres sunt formandæ cōclusiones, quibus tota competentis fori materia plenissimè declarabitur.

3 PRIMA sit principalis conclusio, quod clerici conueniendi sunt coram iudice Ecclesiastico, & non corā sęculari. cap. quod clericis. cap. cum sit generale. cap. ex transmissa, & sequentibus. cap. si diligenti. de foro compet. cap. clerici. cap. qualiter, & quando de iudi. cap. statuimus. 12. quæst. 1. cap. 1. cum tribus sequentibus. 11. quæst. 1. authen. statuimus. C. de Episc. & cleri. li. 5. tit. li. 1. recom.

4 Quam conclusionem primo extende non solum procedere de iure canonico & ciuili, sed etiam de iure diuino, vt probatur Matthei. cap. 16. & Ioa. ncap. vlti. duo enim sunt Christianorum genera vnum laicorum, & aliud clericorum, & sic alij laici, id est populares, alij clerici appellantur. cap. duo sunt. 12. qu. 1. & inter hæc duo personarum genenera, iurisdictiones distinctæ sunt. c. nouit. vbi scribentes de iudi. c. cleros. c. in nouo. 21. distinct. vbi Archidiac. ca. imperator 96. distinctio. & summo Pontifici est assignata omnis iurisdictio in spiritualibus, & imperatori, & principibus sæcularibus in temporalibus d. c. imp. c. ad verū. 96. dist. d. c. duo sunt. c. futurū. 12. q. 1. c. per venerabilem, qui filij sint legiti. c. solite. de maiorit. & obedi. c. si diligenti. de foro compe. d. c. nouit. vbi scribentes de iudi. quibus iuribus probatur hanc iurisdictionum distinctionem esse de de iure diuino, quod notans

notant Inno. Hosti. Ioan. And. Imol. Panorm. & alij in cap. de maiorit. & obedi. vbi Felin. col. 2. testatur hanc esse comunem opinionem Cardi. in repet. c. perpendimus. in 7. contrario de sent. excommunicatio. & in Cle. 1. notab. 3. q. 1. de offi. ordi. post glos. ibi. idem Panor. & cæteri scribentes in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. de constitutio. & in c. at si clerici. nu. 23. de iudi. Aufre. in d. Clem. 1. de offi. ordi. Alciat. in c. cum non ab homine. in prin. de iud. vbi ait hanc esse communem opinionem Ferdin. Vasquit 1. part. de successio. creatio. lib. 3. §. 22. limit. 17. n. 58. cum seq. & lib. 1. §. 10. in l. quoniam in prioribus. n. 652. de inoffic. testamento. Porti. Imol. plura allegans cons. 141. n. 3. Roland. cons. 4. n. 7. & 12. lib. 1. Bursat. cons. 42. n. 2. lib. 1. & cons. 93. n. 20. eod. lib. Couar. pract. quæst. c. 31. num. 2. Iuli. Clar. in prax. crimi. §. fin. q. 36. nu. 2. Anto. Cucchuc. inst. maior. lib. 3. tit. 9. n. 11. vbi testatur de communi, vnde iudex Ecclesiasticus, qui iurisdictionem exercet, spiritualem cognoscit de omnibus causis spiritualibus & Ecclesiasticis, ad Ecclesiã & clericos expectantibus, iudex sæcularis qui iurisdictionem exercet sæcularem cognoscit de omnibus causis tẽporalibus ad laicos pertinentibus.

5 Aduertendum tamen est, quod hæ potestates, spiritualis & temporalis quamuis distinctæ sint, non debent se adinuicem impedire, nec perturbare, sed mutuo auxilio se adiuuare, vt probatur in iuribus proxime citatis, & in c. administratores. c. principes. c. non frustra, & in c. prodest. 23. q. 5. authen. sed hodie. C. de adult. & in l. 59. tit. 6. part. 1. & in l. 4. & 5. tit. 3. lib. 1. recomp. & in l. 1. tit. 1. lib. 4. eiusdem recomp. & notant glos. verbo publicum. & scribentes in c. 1. de officio ordi. & in c. 2. verbo potestatem. de maledi. Marian. Socin. in dicto capite cum sit generale numero 24. de foro compet. Couarruuias practic. quæstion. cap. 10. numero 1. doctores superius citati, dicemus latius infra in vltima limitatione ad hanc primam conclusionem.

6 Secundo, dictam conclusionem extẽde, vt in tantum clericus coram iudice sæculari conueniri non possit, quod si conueniatur, processus erit nullus. c. at si clerici. vbi scribentes de iudi. l. 1. & vltima. C. si à non compet. iudice. Notant. Felin. & alij in Rub. extra. de foro compet. idem Felin. in c. exceptionem. de excepti. Ias. cons. 60. articulo primo. libr. 1. Soci. cons. 12. libr. 1. Cancciunc. cons. 27. nu. 116. Cephal. cons. 241. num. 35. cum seq. lib. 2.

7 Tertio, eam extende, vt clericus coram iudice sæculari conuentus possit quocumque tempore hanc exceptionem declinatoriam opponere etiam post latam sententiam, vt probatur in d. cap. at si clerici. vbi notant scribentes de iudi. tenent Felin. in d. c. exceptionem. de exceptio. & in d. Rub. de foro compet. n. 2. & 3. & in c. ex parte. el. 2. fall. 7. de offi. deleg. Thom. Gram. voto 9. num. 19. Bernardus Dias reg. 251. Sebastian. Vant. de nullit. in Rubr. de nullitat. sent. ex defectu iurisdictio. in princ. Chassan. in consuet. Burg. Rub. 1. §. 1. Soci. d. cons. 12. lib. 1. Auend. de exequend. mandat. Reg. 1. part. c. 22. n. 2. Ant. Natta cons. 495. n. 17. Hippolit. Riminald. cons. 348. n. 25. lib. 3. etiam post sexaginta dies non obstante l. 2. tit. 17. lib. 4. recomp. vt notat Couar. pract. qu. c. 25. n. 4. & Did. Perez in l. 2. tit. 6. lib. 3. ordin. in gl. 1. vers. lim. 2. & impedit quoque executionẽ triũ sententiarum conformium, vt tradit Zazius in l. 4. §. condemnatum. n. 10. ff. de re iud. Gab. Paleotus in tractat. de statu. conclus. 3. in prin. n. 1. Cels. Hugo cons. 48. num. 7. & 8. Mandes. ad Roma. cons. 42. verb. iudicantis. n. 2. vbi testatur hanc esse comm opin.

Quar-

8 Quartò dictam principalem conclusionem extende, vt locum habeat etiamsi clericus tacitè, vel expressè consentiat in iurisdictionem sæcularem, quia nec tacitè, nec expressè, potest in iudicem laicum consentire, nec ei subijcere, c. nemo aliorum, c. cuncta el 1. & 2. 9. q. 3. c. si Papa. 40. distin. vbi notat glo. verb. à fide Deuius, & late Card. TurreCrem ibi dicens hanc esse receptiorem & veriorem opinionem glo. & scribentes in d. c. si diligenti de foro compet. Marant. de ordine iudicior. 4. par. 11. distin. num. 2. & tenent plures citati per Feltren. Pastore in tract. de potest. Romani Ponti. c. 1. & 7. & 26. & plures alij citati per Porti. in rub. de constitutio. & in cons. 107. nu. 5. vbi hanc testatur communem opinionẽ tradit etiam Prospe. Paseti, cons. 26. num. 4. Et ratio huius extensionis est, quia priuilegium fori clericorũ introductum est in fauorem totius ordinis clericalis, ideo ei renuntiare clericus non potest, vt notat glo. in c. significasti, verbo, dignitatis, vbi Scribentes de foro competenti Doctores in c. si diligenti eod. tit. Bald. Alex. & alij, in l. si quis in conscribẽdo, C. de pact. Alberi. in 3. par. statut. q. 42. idem Alex. cons. 8. col. 1. lib. 1. Calca. cons. 108. col. 1. Siluan. cons. 49. num. 44. Iuli. Clar. in praxi criminali, §. fin. q. 36. num. 4. versiculo, Secundo infertur, qui testatur hanc esse communem opinionem, Rolãd. a Valle, cons. 4. num. 9. lib. 1. Antoni. Cuchus institutio. maior. tit. 9. num. 9. Immo, si clericus citatus per iudicem laicum, non declinaret eius forum, erit per iudicem Ecclesiasticum puniendus, secundum Bal. in l. 1. in fine, C. de indicta viduit. toll. tenet etiam Thomas Grammatic. in cons. 71. n. 34. Clericis enim coram iudice sæculari, non est licita comparitio, nec possibilis prorogatio, d. c. si diligenti, de foro compet. vbi tradunt Scribentes, Thom. Gram. d. voto. 9. n. 12. cũ alijs supra allegatis, & omnia iura detestantur, quod laicus iurisdictionem exerceat, vel modo aliquo animaduertat in clericum, c. nullus iudicum. 11. q. 1. d. c. si diligenti de foro compet. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitutio. vbi Deci. num. 3. & 4. plura adducit & Socin. cons. 212. num. 11. & 12. lib. 2. Vnde Episcopus non potest assummere sibi purum laicum in Vicarium contra clericalis ordinis priuilegium, vt notat glo. in c. significasti, verbo, clerici in fine de foro compet. tradit Menoch. cons. 52. num. 107. lib. 1.

9 Quintò, dictam conclusionem extende procedere, etiamsi interuenerit iuramentum, d. c. si diligenti, cap. significasti de foro compet. c. inclita 11. q. 1. tradit Bar. in l. si quis pro eo de fide iussorib. Alex. cons. 8. num. 2. lib. 1. & cons. 149. lib. 6. Deci. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, in præludijs de constitutio. Soci. cons. 12. lib. 1. Siluan. cons. 49. num. 44. Marant. de ordine iuditior. 4. par. 11. distin. num. 2. Porti. cons. 107. nu. 4. Vasqui. de successio. creatio. lib. 3. §. 22. limit. 17. n. 65. Roland. cons. 23. n. 15. lib. 2.

10 Sextò, extende vt procedat etiam si Episcopus consentiat, vt clericus conueniatur corã iudice laico, nã eo cõsentiẽte, nõ poterit corã eo iudice laico cõueniri, secũdũ glo. in d. c. significasti, vbi Scribẽtes notãt de foro compet. tradit Alex. in d. cons. 8. col. 1. lib. 1. Soci. in reg. 56. Marant. in d. 4. par. distin. 11. num. 10. Roland. a Valle, cons. 4. n. 10. lib. 1. Anto. Cuchus, lib. 3. institutio. maior. tit. 9. n. 10.

11 Septimò, extende dictam principalem conclusionem adeo procedere, vt si clericus trahat alium clericum ad forum sæcularem amittit causam & excommunicatur, d. c. si diligenti de foro compet. tradit Specul. in tit. de compet. iudi. additio. in princip. num. 23. Anto. Cuch. d. 3. libro

R

bro,institutio.maior.ti.9.n.14. quod intellige per sententiam non ipso iure,vt notat Panor.in d.c. si diligenti nu.18. de foro compet. vbi testatur hanc esse communem opinionem.

12 Octauo, extende, vt procedat etiam si clericus confessus fuerit se esse laicum,nam talis confessio non nocet ordini clericali, cui datum est priuilegium,& non personis singularibus,& non obstante confessione remittendus est ad iudicem Ecclesiasticum,secundum Bald. in l. si qua per calumniam,col.2. C.de Episco. & cleri.Domi.& Fran. in c. si iudex laicus,de sent.excommunicatio. in 6. quos refert & sequitur Couarr. practi.quæstio.c.33.n.2.

13 Nono, extende dictam principalem conclusionem adeo procedere, quod nec valeret consuetudo, quod clerici conueniantur coram iudice sæculari, c. clerici, vbi Abb. & alij præcipue Deci.nu.19 de iudi. idem Abb quem ibi alij sequuntur in c.solite de maio.it. & obedi. Scribentes in c.Ecclesia Sanctæ Mariæ,de constitutio.& in cap. postulasti de foro compet. Alex. d.cons.8. col.1. lib.1 Soci. in c. si quis clericus.19. fallen. de foro compet. Rebuff. plura adducens super leges Gallicas, 3.tom. in tract. vt laici non conueniantur coram iudice Ecclesiastico, num.20. Couarru.practi.quæstio.c.31.num.5. Roland.cons.23.num.9.lib.2 & cõs. 4.num.11.& 13.lib.1.Iuli. Clar. in §. fin.q.36.n.3.

14 Decimo extende,vt non solum iudex sæcularis, non possit principaliter esse iudex contra clericum,sed etiam incidenter, c.si iudex laicus de sent. excommuni catio. in 6. vbi domi & alij notant tradit Abb. in c. si diligenti,col.penul.de foro compet. Deci.cons.240. Thom. Gram. voto 9.n.12.Anto.Nat. cons. 9.n.15.Roland.cons.12.n.38.lib.2.Anto.Cuch. insti.maior.lib.3.ti.9.nu.8.

15 Vnde si clericus fuit productus in testem coram iudice sæculari, & falsum deposuit,non potest puniri per eundem iudicem laicum, sed remittendus est ad suum iudicem Ecclesiasticum,vt tenent Inoc. Ioan. Andre. Anto. de Butrio, Panor. & alij in c.verum de foro compet. vbi Feli.col.3. testatur hanc esse communem opinionem,Ang.in tract. maleficiorum,in verbo, *Fa.sario*,vers.quero testis dixit, Afflict. decis.230. vbi ait communem Capici.decis.2. n.13. qui dicit etiam communem Soci. in cap.postulasti, q.18.de foro compet. Curti.Iunior in l.1.num 23. ff.de iudi. Ioan.Longauil.in repeti. l.imperium,num.142.ff de iurisdictio.omni.iudi. Tiraquel de retract. tit.1. §. fin glo.3.nu.10. Bertachi.in tract. de Episcop.5.par.lib.4.nu.63.Couarru. practi.quæstio. c.18.nu.8. plures citans Anto.à Padilla in l. transigere, n.112.C.de transactio.Bossi in pract. tit.de fals.n.110.Iuli. Clar. in §. fin. q.38.n.14.Roland.cons.12 n.34. cum seq.lib.2.vbi in num.48. plures alios allegat Mexia in l. taxæ panis, conclu.5.n.34.vbi hanc testatur communem opinionem, quod probatur in l. vltima,tit.16.par.3. ibi: *Mas si por auentura ante otro judgador q̃ no ha poder de fazer justicia,se houiesse fallado alguno que testiguasse falso testimonio,este atal deue.o embiar a su mayoral,que faga justicia del,qual entendiere que merece*, quam l. ita intelligit ibi Gregor.Lop.in glo.verbo, *fazer justicia.*

16 Poterit tamen iudex sæcularis in causa principali cognoscere de falsitate,quam clericus deposuit ad effectum definiendi causam principalem, quæ coram eo pendet, non vero, quoad effectum puniendi ipsum clericum in quo omnes conueniunt, vt testantur Couarruu. & Iuli. Clar. in locis supra citatis.

Iudex

17 Iudex vero Ecclesiasticus, quamuis non possit cognoscere de clerico subdito alterius prælati, vt in c. ita Dominus. 19. distin. & in c. imperator, vbi glo. verbo, discuti. 96 distin. & in c. continua. 11. q. 1. & in c. futura. 12. q. 1. c. quamquam, & ibi glos. verbo, & ipsarum de censib. in 6. c. nullus el. 2. 9. q. 2. tradit post plures Couarru. practi. quæstio. c. 31. num. 1. qui testatur de communi Roland. cons. 4. n. 3. lib. 1. & cons. 23. n. 10. lib. 2. tamen si talis clericus examinatus coram eo falsum deposuit, vel aliter delinquat, poterit incidenter cognoscere de periuro & delicto incidenter commisso, & eum punire, vt notant Doctores in d. c. verum, de foro compet. Afflict. decis. 230. col. 2. tradit Beroi. in c. super literis, nu. 19. de rescript. & in repet. n. 29. Roland. d. cons. 12. n. 49. & 52. lib. 2.

18 Et similiter si laicus esset productus in testem, coram iudice sæculari, & falsum testimonium dixerit, tunc iudex qui de causa principali cognoscit, siue sit ordinarius, siue delegatus à Principe, poterit etiam de falsitate, coram eo commissa cognoscere, etiam si testis qui falsum deposuit subditus non sit, quia qui iudex est, causæ principalis est quoque iudex causæ incidentis, l. ordinarij cum ibi notatis, C. de rei vendicatio. l. qui de crimine, C. de accusatio. l. quoties C. de iudi. & notatur in ca. tuam de ordine cognitio. & in specie probat l. nullum, vbi Bar. n. 8. C. de testib. l. 2. vbi Bal. C. de sportul. l. si quis forte, §. si quos, ff. de pœn. Sapia in l. fin. num. 8. ff. de iurisdictio. omni. iudi. Couarruu. practicar. quæstio. cap. 18. num. 8. Bossi. in titol. de fals. numer. 103. qui ait hanc esse communem opinionem, Iuli. Clar. in dict. §. fin. q. 38. num. 13. Menochi. lib. 1. de arbitra. iudi quæst. 91. num. 1. Tiberi Decian. respon. 95. num. 5. lib. 2. & probat d. l. vltim. tit. 16. par. 3. vbi Greg. Lop. notat in glos. verbo, *que han poder de hazer justicia*, quod intelligũt prædicti Doctores, vt possit condemnare & punire testem, qui ita falsum deposuit pœna extraordinaria, non vero ordinaria.

19 Delegatus tamen ab inferiore a Principe eum punire, non potest etiam pœna extraordinaria, vt notat Ioan. Andre. in additio. ad Spec. in tit. de teste, §. 1. num. 44. & Couarru. Iuli. Clar. & alij proxime citati.

Sciendum tamen est, quod licet punitus sit hic testis, qui coram iudice non suo falsum deposuit pœna extraordinaria poterit iudex competens contra eum procedere ad pœnam ordinariam, vt tradit Bossi. in dict. tit. de fals. num. 104. qui ait ita communiter teneri per Doctores, & Iuli. Clar. & alij proxime citati.

20 Sed si econtra testis laicus coram iudice Ecclesiastico examinatus falsum deponat, poterit per ipsum iudicem Ecclesiasticum, & per suum iudicem laicum primiri, in quo casu locus erit præuentioni, & si iudex laicus in cognitione præuenerit, non poterit iudex Ecclesiasticus eum inhibere, vt tradunt Afflict. decis. 219. vbi ait ita fuisse decissum per Consilium Neapolit. Marant. de ordine iudi. in 6. par. secundæ par. principal. in 12. distin. num. 6. Couarru. in d. c. 18. practi. quæstio. num. 8. versi. sed hac in re, Iuli. Clar. in dict. quæst. 38. num. 15.

21 Vndecimo, extende dictam principalem conclusionem adeo procedere, quod si clericus sit citatus per iudicem laicum, non tenetur coram eo comparere ad allegandum suum priuilegium, nec cadit si non comparuerit, in pœnas contumatiæ, & processus in eius contumatia factus detesto clericatu est nullus, vt tradunt Specul. in tit. de citatio. §. 1. versicul. sed pone Ioann. Andre. Anto. de Butrio, Abb. & alij in dict. cap. si dili-

genti de foro compet. Archi.in cap. placita.15.q.4.Bald. & Angel.in l.2. C.si quis in ius voc. non ierit, idem Bal.in l.generaliter la.2. col.2. C.de Episcop.& cleri.& in l.1. C.si a non compet.iudice,Feli.in cap cum ordinem de rescript.& in cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ, vbi etiam Deci. nu. 20.de constitutio.Alex.cons.77. lib. 3.Thom.Gram.voto 18.num.10. & 11. & cons.71. num.44. plures allegans idem Deci.cons.241. in prin.ca uens super 235.ritu magnæ curiæ,nu. 11. qui ait communem opinionem Canonistarum contra Bar. & alios, in l.non videtur la.1.ff.de iudi. Couarru. practicarum quæstio. cap. 33. num.2.qui hoc declarat Iuli.Clar.in §.fin.q.36.num.5.qui testatur de cōmuni.

22 Duodecimo extende, vt si clericus sit citatus per iudicem sæcularem declinans eius iurisdictionem, dicat se clericum & remittendum ad iudicem Ecclesiasticum, iudex laicus non possit cognoscere de clericatu & remissione, quia talis cognitio ad eum non spectat,sed ad iudicem Ecclesiasticum,ca. si iudex laicus,vbi Doctores de sent. excommunicatio.in 6.Scribentes in ca. vnico, de cleri.cōiug.eod.li.Bal. in l.si qua per calumniam,col.2.de Episcop.& cleri. Beronens.cons.10. col. fin. Alex. in d. cons.8. num.4.col.3. lib.1. Ripa,in cap.decernimus,nu 4. vers. sed coram quo de iudi. vbi testatur de communi Couarrub. practicar. quæstio.cap.33.num.1. qui fidem facit de communi & consuetudine, Vasqui. de successio. creatio. lib.3. §.22.limit.17.num.69. Roland.cons. 4.num 20. lib.1. Iuli. Clar. in §.fin. quæstio. 36 numer. 21. qui testatur hanc esse communem opinionem.

23 Et est aduertendum, quod in hoc casu cum tractetur de iurisdictione iudicis sæcularis declinanda, & sic de maximo præiuditio, clericatus probari debet plenè per scripturam, vel duos testes,cap.2.iuncta glo.verbo,per argumenta de cleri. coniug. Bal. Alberi. & alij in d.l.si qua per calumniam,C.de Episcop. & cleri. Couarrub.in d.cap.33.num.3.qui late hoc declarat Afflict. in constitut. Regni Siciliæ,in rub.de apostatibus col.penul.Gome. in regula de annali possessore, quæstio.36. Auend. de exequend.mand. reg. cap.22. numer.17.

24 Nec sufficit dictum vnius testis, cuius contrarium tenent Bal. in c.licet vniuersis,quem ibi sequitur Feli.& in c.nuper de testib. & Ias. in l. rescripta,C.de precib.imperato.offerend.& in repeti.l.admonendi, n. 198.ff.de iure iur.Hippolyt.in l.1.§. idem Cornelio in fine,ff.de quęstio. Gerard.in sing.49.Cassane. in consuet.Burg.rub.1.§.6.Rebuf. in tract. de forma literarum,num.24.Afflict. in consti. Neapolit.tit.3. num. 12. Thom.Gram.cons.100. num.5. Roland.cons.4.num.5.in fine,lib.1.quorum opinio procedit, & intelligenda est,vbi de alterius præiuditio non agitur, vt explicat Couarru. loco proxime citato.

25 Nec sufficeret probatio clericatus per testes singulares ex ratione supradicta contra Angel. in l. 2. §. diem,col.2.ff.quemad. testam. aperi,& Thom. Gram. dict. cons. 100. num.4. tenentes clericatum probari per testes singulares, quia singulares testes non probant, & tantum probat vnus quantum mille, cap. licet causam, vbi glo.Bal. Abb Feli. & alij de probatio. cap. cum dilectus ad finem de accusatio.cap cum dilecti,cap. bonæ el.1. de electio.l. ob carmen in fine, ff. de probatio. gloss.in cap.quorundam, 23. distio. vbi Cardinalis Alexand. Bald. in l. vt iuris iurandi, col.3. C. de testib.

26 Sed opinio Ang.& Thom.Gram. licet

licet vera non sit improbatione minorum ordinum, cum actus minorum ordinum fieri posint per non habentem aliquem ordinem, vt ait S. Thom. quem refert & sequitur Siluester in summa, verbo, ordo.2. num 3.dicens,sic seruari de generali Ecclesiæ consuetudine, tamen in alijs ordinibus maioribus sacris, vt in subdiaconatu,diaconatu & presbyteratu,vera mihi nō videtur cum dicti ordines,probari posint per actus singulares successiuos,qui reiterari possunt,& fieri minime possunt per non habentes maiores ordines sacros,nam quando testes tendunt ad eundem finem in genere licet de diuersis actibus deponant, non repelluntur, tanquam singulares si ex eis nulla repugnantia resultat nullaque diuersitas factorum, sicut probatur iurisdictio per testes singulares deponentes de diuersis actibus, quia vtrique actui in est eadem iurisdictio, sicut genus inest specie, vt notat Bald.cons.514.lib.5. & in l. de quibus,col.penul.ff.de legib.& in l.data opera, C. qui accusare non poss. Angel. in dict.l.2. §.diem, col.1. ff. quemadmod. testam. aperi. Innoc. in cap. qualiter & quando el.2. de accusatio. Anchar. cons. 276. col. vlti. Gemin. cons. 17. col.2. Guid. Pap. quæst. 544. Parisi. consil. 25. in fine, lib .4. Franc. Marc. quæst. 462. Socin. Iunior,cons.90.& cons. 99. & cons.178.numer.8.lib.2. Boeri. cons.40.num.92. Conrad. in suo breuiario de prætore,lib.2.cap.9. §. 2.num.24.

27 Ita etiam probatur possesio per testes singulares, qui cum deponant de actibus particularibus inferentibus ipsum vniuersale, non dicuntur singulares, nam non obstat si vnus testis dicat de vno tempore, alius de alio, quia ex eorum dictis resultat totum de quo quæritur, vt notat glo.in l.ob carmen, §. 1. ff. de testib. Abb.cons.113.colum.2. lib. 2. Angel. in dict. l.2. §.diem, col.1. ff. quemadmod. testam. aperiant. Vero.cons.3.col.4. in ciuilibus, Socin. cons.95. col.penul. lib.3. Curti Iunior,cons.64.num.7. Roch.de Curt. in cap.fin.num.622.de consuet.5. dubitatione,Calca.cons.9. col.2. Marsil.cons.1.num.27.Curti.in tract. de testib.conclusione 37. Ioann.Fab. in §. retinendæ, vers. de illo quæri insti.de interdict. Ruyn.cons.67. num. 15.lib.5.Conrad.in d.cap.9.§.2.num. 24.lib.2.

28 Ita etiam in genere probatur hæresis, vsura, infamia, furor, adulterium,administratio, vt latius suo loco dicemus, tandem cum ordines maiores sacri habeant actus reiterabiles probari potest clericatus per testes singulares deponentes de diuersis actibus, qui tendunt ad vnum finem.

29 Est tamen circa hanc extensionem aduertendum, quod dum pendet quæstio clericatus, iudex sæcularis debet super sedere à procedendo in negotio principali, cum pendeat quæstio præiudicialis suæ iurisdictionis, & interim nesciat se iudicem,cap.si iudex laicus de senten. excommunicatio. in 6. notat Bald. in l.si qua per calumniam, C. de Episcop.& cleri. Couarru.in dict. ca. 33.practi. quæstio.numer.2. Roland. cons.4.n.20.lib.2.

30 Decimo tertio similiter extēde,vt cognitio an vestes sint clericales,vel non,spectet ad iudicem Ecclesiasticum,& non ad iudicem sæcularem, vt tenent Domini. in cap. 1. §. si in cæteris, in fine, de cleri. coniugat. in 6. Beroneusis, cons.6. vers. & si vestes, Ioann. Rupellanus, lib.4.forensium institutionum, cap. 6. Couarrub. dict. cap.33. practi. quæstio. num.1. Roland. dict.cons. 4. num.33.

 lib.

lib.1. Anton. Cuch. insti. maior. lib. 3. tit. 9. num. 76. Quæ extensio vera, & vsu recepta est, licèt contrarium teneat Iuli. Clar. in §. fin. quæst. 36. num. 14. in versic. regulariter autem post Guid. Pap. decis. 138. & cons. 100. num. 2.

31 Intellige tamen hanc extensionem & præcedentem, nisi iudex sæcularis statim de nudo capite cognouerit clericum, non portare vestem & tonsuram, nam tunc poterit denegare remissionem ad iudicem Ecclesiasticum, tanquam calumniosam, iuxta notata per glo. & Doctores, in l. 1. ff. de offi. assessor. tenent Domini & Philipp. Franc. in cap. 1. §. 1. col. 2. de cleri. coniugat. in 6. Stephan. Aufre. in tract. de potest. sæculari super personas Ecclesi. col. 3. Mascard. 2. par. de probatio. conclu. 689. num. 10. quod generaliter tenet in omni casu, quo statim potest probari & videri exceptio opposita.

32 Decimo quarto supra dictam principalem conclusionem extende, vt non solum clericus non possit coram iudice sæculari conueniri, verumetiam compelli ad iurandum de calumnia, & tanquam testis, absque licentia sui superioris, cap quamquam. 14. quæst. 2. cap. testimonium. 11. quæst. 1. Bar. in l. cum clericus, C. de Episcop. & cleri. Marsil. cons. 43. col. penult. & cons. 123. col. 2.

33 Sed si de facto sponte clericus iurauerit, & deposuerit eius testimonium non vitiatur, nec iuditium redditur nullum, vt notant gloss. Abb. & alij, in cap. 1. de iuramento calumniæ, idem Abb. in cap. cum nuntius, col. fin. de testib. vbi Felin. col. quoque vltima, Roland. late cons. 24. n. 77. cum seq. lib. 1.

34 Decimoquinto extende dictam conclusionem procedere, etiamsi clericus à laico sit hæres institutus, nam adhuc coram iudice Ecclesiastico est conueniendus pro actionibus quæ aduersus defunctum competebant, & non est vocandus ad iudicem sæcularem, nec coram eo potest peti executio instrumenti publici, in quo defunctus laicus erat obligatus, vt tenent Anton. Abb. Imol. Felin. numer. 3. & Deci num. 10. in cap. quia. 5. de iudi. Bar. Alber. Angel. Paul. & alij in l. hæres absens, ff. de iudi. Bald. in l. 1. C. si pendente appellatio mors interuenerit Doctores, in l. si constante, §. fin. ff. soluto matri. Angel. in l. tam ex contractu. ff. de iudi. idem Deci. cons. 150. num. 4. tradit & probat late Couarru. plures allegans practi. quæstio. cap. 8. num. 4. & 5. & Marc. Salon. de pace, in l. 3. Tauri, n. 787. cum seq. qui testatur hanc esse communem opinionem, dicit etiam communem Marant. de ordine iudi. 5. par. in princip. numer. 13. cum sequentibus.

35 Quod intellige nisi lis esset cum defuncto, apud iudicem sæcularem cœpta, quia tunc clericus hæres laici defuncti coram eundem iudicem laicum litem prosequi tenetur, vt latius infra in limitat. 97. dicemus.

36 Decimo sexto extende, etiamsi testator in testamento disponat, quod clericus eius hæres conueniatur coram iudice sæculari pro debitis & actionibus contra ipsum testatorem competentibus, nam hoc disponere in suo testamento non potest, ut notat Bald. in l. 2. C. vt in possessio. leg. Deci. cons. 150. numer. 4. Vasqui. de successio. creatio. lib. 3. §. 22. limit. 17. num. 66. cum sequent. Roland. cons. 4. numer. 12. lib. 1.

37 Decimoseptimo extende, vt procedat etiam, si clericus compareat ad

ad suscipiendum in se iudicium, vt necessarius defensor & procurator in rem suam, nam in hoc casu potest opponere declinatoriam fori & trahere actorem ad iudicem Ecclesiasticum, vt notat Speculator, in tit. de primo & secundo decreto, §. restat, vers. quid si clericus Angel. in l. venditor, ff. de iudi. & in l. non solum, §. quod vulgo, ff. de vsucapio. Ang. in actionum, nu. 43. insti. de actio. & in rub. insti. de exceptio. num. 20. Siluan. conf. 49. n. 42.

38 Quod intellige quando iudicium fundari non potest in persona rei cõuenti, prout in colono, qui alterius nomine possidet, & non posset nomine proprio conueniri per notata in l. 2. C. vbi in rem actio, secus si nomine proprio possideret, vt in emptore conuento, quia tunc clericus venditor comparens ad defendendum emptorem, non posset perimere forum, & trahere actorem ad iudicem Ecclesiasticum, l. venditor, ff. de iudi. vbi Ang. Fulgo. & Floria. l. 1. C. vbi in rem actio. l. emptori, C. de euictio. dicemus latius infra in limit.

39 Decimooctauo extende supra dictam principalem conclusionem locum habere, etiamsi clericus a laico diffamatus agat contra ipsum laicũ remedio, l. diffamari, C. de ingenu. & manu. nam poterit eum trahere coram suo iudice Ecclesiastico, cum inspecta origine causæ diffamatus dicatur reus prouocatus ad causam, vt tenent Bar. Salic. Alex. Imol. & Cagnol in d. l. diffamari. Abb. Feli. & alij, in cap. si quis cõtra clericũ, de foro cõpet. Boeri. decis. 255. num. 7. Capi. decis. 18. num. 1. cum sequent. Parisi. conf. 80. in fine, lib. 4. Couarru. lib. 1. variarum resolutionum, c. 18. num. 5. cum alijs per nos adductis in cap. 5. in 5. extensione, vbi hoc latius declarauimus lib. 3.

40 Decimonono extende dictam cõclusionem procedere, etiam si clericus, simul cum laico sit obligatus in causa indiuidua, & communi, nam tota causa tractanda est coram iudice Ecclesiastico, cum magis dignum atrahat ad se minus dignum, vt post plures, ex l. si communem fundum, ff. quemadmodum seruit. amitt. tradit Marant. de ordine iudiciorum, 4. par. dist in. 11. num. 21. cum tribus seq. Couarru. practi. quæstio. cap. 34. nu. 2. Cacher. decis. 103. num. 2. & seq. dixi infra in limit. ad secundam conclusionem.

41 Vigesimo extende, vt procedat etiam si causa compromittatur in clericum & laicum simul, & eorum laudum petatur reduci ad arbitrium boni viri, nam tunc adeundus est Episcopus, tanquam superior clerici arbitratoris, qui est dignior & trahit ad se laicum, vt scripserunt Feli. in cap. 1. col 5. de præscriptio. Deci. in rub. de appellatio. num. 13. Parisi. in conf. 45. nu. 11. & 65. lib. 1. Sed hæc extensio intelligenda est quãdo clericus & laicus compromiserunt in clericum, & laicum & clericus reus vult petere reductionem ad arbitriũ boni viri, quia tunc peti debet coram iudice superiore ipsius clerici, cum semper sit in hoc casu recurrendum ad iudicem ordinarium rei, vt dicemus infra in limit.

42 Vigesimoprimo extende, vt absque monitione Ecclesiastica, non spectatis censuris iudex sæcularis teneatur negotium clerici ad Ecclesiasticum iudicem remittere etiam data sententia a iudice sæculari, cum hæc exceptio possit quocumque tẽpore etiam post sententiam opponi, vt supra in 3. extensione diximus ita in hac specie tenet Aufreri. in Clem. 1. de offi. ordi. quæst. 2. num. 20. Felin. in cap. exceptionem, col. 10. de exceptio. Cassane. in consuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. quos refert & sequitur Auendan. de exequend.

mand. reg. 1. par. cap. 22. numero 2.

43 Vigesimosecundo extende, vt procedat etiam in ea sit, in quo dubium sit, an cognitio spectet ad iudicem Ecclesiasticum, vel sæcularem, quia tunc iudex Ecclesiasticus præfertur, vt tenent Innoc. & Butri. in cap. cæterum de iudi. Felin. in cap. pastoralis, num. 4. de rescript. Ias. in l. 2. num. 19. ff. si quis in ius voc. non ierit, vbi testatur hanc esse communem opinionem, quos sequitur Octauian. Cacher. decis. 103. num. 4. idem tenet in casu dubiæ probationis, Auend. de exequend. mand. reg. 1 par. cap. 22. numer. 2. vers. item non solum.

44 Vigesimotertio extende, vt non solum clerici sint exempti à iurisdictione sæculari, verum etiam ipsorum, bona etiam patrimonialia, quæ sunt accessoria, & propter hominem creata, l. in pecudum, ff. de vsur. cum similibus, nam qui est iudex personæ est etiam iudex bonorum, & earum rerum, quæ sunt ad personam accessorie, cap. de prudentia, de donatio. inter vir. & vxor. cap. eos cum ibi notatis per gloss. 32. distin. l. 2. C. de Episcop. & cleri. l. quoties, §. adeo autem, C. vbi Senat. vel Clari. Bal. in authen. licet nulla communitas, C. de sacrosanct. Eccles. idem Bald. & Castrens. in authent. clericus, C. de Episcop. & cleri. & in l. iubemus nullam, C. de sacrosanct. Eccles. Oldrald. consil. 84. Hosti. Ioan. Andre. & alij, in cap. postulasti de foro compet. Abb. Felin. & alij, in cap. qualiter de iudi. idem Abb. in cap. 2. de immunit. Eccles. Thom. Gram. cons. 71. numer. 32. late Nicolaus Euerard. cons. 42. numer. 26. cum alijs sequentibus, vbi hanc extensionem pluribus probat fundamentis, Mariin. Socin. in cap. sane si Episcopi, in 9. declaratione, de foro compet. Archi. in cap. clericum. 2. quæst. 1. Afflict. decis. 2. num. 5. & decis. 24. Guid. Pap. decis. 77. & alij citati per Tiraquell. de retract. lignagier, §. 32. glos. 1. nu. 80. Roland. cons. 23. num. 13. lib. 2. Menochi. de reti. posse. remedio. 3. num. 352. Hippolyt. Rimi. cons. 368. numer. 82. lib. 4. qui tenent etiam in actione reali clericum esse conueniendum coram iudice Ecclesiastico.

45 Contrariam opinionem, quod in actione reali clericus possit conueniri, coram iudice sæculari illius loci, vbi res sita est tenent Guilielm. de Cugno. in dict. authen. clericus. in princ. C. de Episcop. & cleri. Odofred. in l. de his clericis, C. eod. tit. Ioan. Faber. in §. vlti insti. de sat. Minsinger. consil. 47. numer. 26. vbi hanc testatur communiorem opinionem, & tenent alij citati per Tiraquel. in loco superius citato, numer. 82.

46 Sed prior opinio verior & communior est, ex traditis per Nicol. Euerard. loco citato, & in hoc regno consuetudine recepta & magna cum ratione, quia si persona est exempta, ergo & res quæ personæ accessoria est, exempta esse debet argum. l. vlti. C. de censib. cum alijs supra allegatis.

47 Quod procedit etiam si bona sint extra iurisdictionem iudicis personæ, nam gesta per iudicem ratione subiectionis personæ extendunt effectum suum, quoad res, & causas quæ non sunt de sua iurisdictione, l. magis puto, §. illud, ff. de rebus eorum, l. propter litem, §. licet, ff. de excusatio. tut. Vnde iudex ratione personæ subiectæ potest pronuntiare aliquam immitendum esse in possessionem bonorum, quæ sunt extra territorium, Bart. in l. si vnus, §. is qui, ff. de autho. iudi. possid. & in l. 1. ff. eodem titulo, Beroi. cons. 102. numer. 21. lib. 3. Ideo sententia con-

condemnatoria lata a iudice, qui iurisdictionem ratione personæ habet mandatur executioni in bonis, in alieno territorio sitis, per literas, quas dicimus requisitorias iudicis personæ, l. à Diuo Pio, §. 1. ff. de re iudi. Bart. in dict. l. si vnus, §. is qui ff. de bon. authen. iudi. possid. Salic. in l. vnica, C. vbi pet. tut. Beroi. in dict. consil. 102. numer. 22. lib. 3. l. 20. titulo 21. lib. 4. recompil.

48 Hinc est, quod statutum fauorabile disponens principaliter, & directæ, circa personam sibi subiectam extenditur etiam ad bona alibi extra territorium sita, tanquam accessoria ipsius personæ, etiamsi expresse statutum circa res extra territorium sitas non disponat, dict. l. propter litem, §. licet, ff. de excusatio. tut. l. vltima. ff. de decret. ab ordine faciend. notat Bartol. in l. 1. numer. 32. quem ibi sequuntur Doctores, C. de summa Trinit. & Fide Catho. & alij infiniti alibi per nos adducti, quorum plures testantur de communi.

49 Ex quibus infertur, quod lex principis sæcularis, & statutum laicorum ex deffectu potestatis & iurisdictionis non ligat Ecclesiam, nec clericos, nec eorum bona, cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, vbi Scribentes, de constitutio præcipue, Abb. num. 26. Felin. numer. 8. & Deci. numer. 24. cap. quæ in Ecclesiarum, eodem titulo, cap. decernimus de iudi. cap. fin. de rebus Eccles. non alien. cap. certum. 10. distin. cap. vlti. de constitutio. in 6. iuncta l. fin. C. si à non compet. iudi. cap. at si clerici de iudi. cap. si diligenti, de foro compet. Beroi. in cap. in præsentia, num. 381. de probatio. & in cons. 31. numer. 22. lib. 1. Tiraquel. de primogenit. quæst. 44. num. 7. & 8. Rebuff. in procemio super ll. Galli. glo. 1. num. 57. Alciat. in cap. cum non ab homine in princ. de iudi. Euerard. consil. 42. Foller. in consti. Regni, de Episcop. & cleri. de person. cleri. num. 8. Capra suis reg. conclusione 15. in princ. Couarru. practic. quæstio. cap. 31. Alphonsus Aluarez in spe. Rom. Ponti. cap. 35. Marc. Solon à Pace, in l. 1. Tauri, num. 206. Vasqui. de successio. creatio. 1. par. lib. 3. §. 22. limit. 17. num. 58. cum sequenti, qui testatur de communi, Bursat. cons. 42. nu. 2. & cons. 93. n. 20. lib. 1. vbi hanc testatur communem opinionem.

50 Quod intellige quando lex principis sæcularis esset contra ius canonicum, vel non esset recepta a Romano Pontifice, nam tunc ex defectu potestatis & iurisdictionis vim contra Ecclesiam, seu clericos & eorum bona, non obtineret per ea quæ dicta sunt, secus tamen est quando lex ciuilis est iuxta & honesta, & non contraria iuri canonico, quia in hoc casu, etiamsi in ea lege facta sit mentio clericorum seruanda est cum tacite à Romano Pontifice videatur recepta, c. 1. de noui oper. nuntia ca. 1. de iuram. calum. cap. venientes de iure iuran. c. inquisitionis de hæreti. in 6. c. si in adiutorium, 10. distin. Rebuf. in procemio ll. Galli, glo. 1. n. 62. Marant. in 8. disputatione, nu. 20. Ludouic. Messi. in pragmatica taxæ panis, conclus. 5. n. 10. Beroi. in c. 1. n. 123 de constitutio. Neuiz. cons. 39. nu. 4. & 10. & per totum, & post fortu de vltimo fine, illatione 14. tradit Couarru. in epitom. de spons. 2 p. c. 6. n 20. & practi. quæst. c. 8. n. vlt. Ferd. Vasqui. lib. 3. de successi. creatio. §. 26. n. 58. & 59. Cephal. cons. 53. n. 43. cum seq. lib. 1. Ioana. Matienzo in l. 15. ti. 4. glo. 1. n. 1. Hippolyt. Rimi. cons. 2. n. 16. lib. 1. l. 20. tit. vlt. par. 3.

51 Aduertendum tamen est, quod ad hoc vt lex principis sæcularis vel statutum laicorum comprehendat clericos, & personas Ecclesiasticas requiritur primo, quod causa, seu ratio

tio legis, vel statuti sit æqua, & iusta, tam respectu clericorum, quam laicorum. Secundò, quod talis lex, vel statutum disponat de re, quæ so leat pertinere ad laicos, & non de re quæ tantum pertinet ad personas Ecclesiasticas. Tertiò, quod non tractetur de magno præiudicio. Quartò, quod principalis, & finalis intentio legis, vel statuti euidenter tendat ad alium finem, quam ad præiudicium clericorum. Quintò, quod præiudicium illud, quod clericis resultat reducatur ad casus particulares, & non contineat aliquod generale impedimentum, vt post alios tradit Alben. conf.8.num.22. & notant Cardinal. in cap. perpendimus, vers. his attentis, de sentent. excommunicatio. & conf.144. Alberi. in 2. par. statut. q. 2. Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, numer. 81 de constit. Federi. de Sen. conf.35. & sequent. Barb. in ca. quod clericis, num.93. de foro compet. Opizo, num.79. cum alijs Crot. num.83 Loazes, num 157. & 158. in L filiusfamilias, §. diui, de leg. 1. Bursat. conf.93. n 26. lib.1.

52 Ex quibus primo infertur, l.1. cum alijs seq. tit.25. lib.5. recop. disponentes circa taxam & precium panis ob communem vtilitatem clericorum & laicorum valere, & seruandas esse, tam contra personas Ecclesiasticas, quam sæculares, prout in dictis legibus disponitur, quæ non dicuntur præiudiciales, nec contra libertatem Ecclesiæ cum afferant commodum, licet possint afferre incommodum, vt notat Abb. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num.13. de constitutio. vbi etiam Felin. num.66. & 81. & Deci. num.27. Maranta, disputatione 8. num. 20. idem tenent Rebuff. Crot. Loazes & Crauet. relati per Mexiam ind. l. taxe panis, conclusione 5. num.16. & 17. vbi infert ad alias leges, & statuta huius Regni quę ligant ex dicta ratione, personas Ecclesiasticas idē quoque tenet Ioā. a Matienzo, in d. l.1. tit.25. lib.5. recomp. glo.1. n.2.

53 Secundò infertur, quod quamuis clerici, & Ecclesiarum bona sint immunia & exempta iure diuino, & humano ab omnibus collectis & contributionibus laicorum, vt Genes. cap. 46. & in cap.3. & 8. Exod. cap.19. 3. Regum, cap.8. Esdr. cap. 7. cap. non minus, cap. aduersus de immunit. Eccles. cap.1. & cap. clericis in 6. cap. fin. de vita & honest. clericap. quamquam de cēsib. in 6. Clem. præsenti, eod. tit. cap. generaliter 16. quæst.1. authen. nulla communitas, C. de Episcop & cleri. l.2. C. eod. tit. l. placet, C. de sacrosanct. Eccles. l.11. titul.3. lib.1. recop. tradit Lupus de libert. Eccles. quæst.2. per totam, Natt. conf. 203. per totum lib.1. & conf.280. num.5. lib.2. Euerard. late conf.42. num.26. cum alijs sequent. Couarru. lib.2. variar. resolutio. cap. 20. num.1. Bursat. conf 42. num.1. lib. 1. late Octauian. Cacher. decif.68. n. 1. & 2. Roland. conf.1. num.11. lib.2. Tamen leges ciuiles disponentes Ecclesiam, & clericos teneri cum laicis contribuere ad fabricationem, seu reparationem pontium & viarum, vel ad ea onera quæ imponuntur causa necessitatis & communis vtilitatis clericorum & laicorum simul & per mixtim, vt l. ad instructiones, l. neminem, C. de sacrosanct. Eccles. cum alijs, dicuntur approbatæ a iure canonico, & sic sunt seruandę in vtroque foro, quia cum reprobatæ non sint cēsentur approbatæ, & illis est standū, c. cum expediat de electione in 6. & ita tenent glo. verbo, ad releuandas, Innoc. Cardi. Vincen. Ancharr. & alij in cap. non minus de immunit. Eccles. Archi. in §. nouarum, 16. q.1. Iacob. Bald. Iacob. de Raue. Iacob. de Aren. Lāber. de Salin. Cyn, Bar. Alb. Bal. Salic. Fulg. & alij in d. l. ad instructiones, C. de sacrosanc. Eccl. Azo. in summa,

summa, in tit. de operis publicis, idẽ Bald. in l. contractus, C. de fide instrum. Collegium Taurinen. in cõs. 3. inter consilia feud. Beroi. cons. 31. num. 2. lib. 1. qui hanc ait receptiorem opinionem, Roland. qui restatur hanc esse communem opinionẽ, cons. 2. num. 1. & 2. lib. 4. Salic. ind. l. placet, num. 5. C. de sacrosanct. Eccles. Andre. de Iser. in cap. 1. §. illicitas de pace iuram. fir. Guid. Pap. q. 78. Alexan. cons. 67. col. 2. lib. 2. Ripa, in l. si se non obtulit, num. 31. ff. de re iudic. & in responso. 20. num. 5. in 2. par. respon. Ioan. Licirier in tract. de primogeni. q. 24. numer. 23. lib. 1. Natt. cons. 183. col. vltim. & cons. 215. in princip. & cons. 280. col. vlti. vbi hanc dicit communem opinionem, & cons. 311. num. 4. Hippolyt. Rimi. cons. 4. num. 19. lib. 1. quod etiam disponit Regia, l. 54. tit. 6. par. 1. & l. 20. tit. vlti. part. 5. & l. 12. tit. 3. lib. 1. recomp.

54 Tertio infertur ex eadem ratione, quod clerici tenentur cum laicis contribuere, & soluere collectas impositas profaciendis, vel reficiendis fontibus, aquæductibus purgandis, vel pro purgatione, vel refectione putei communis, & pro custodia & conseruatione vinearum, panis, & fructuum communium, vt clare colligitur ex dictis iuribus & Doctoribus, & probatur expresse in d. l. 11. & 12. tit. 3. lib. 1. recomp. cum alijs legibus part. proxime allegatis.

55 Quarto, pari etiam ratione infertur, quod clerici tenentur contribuere, simul cum laicis in expensis, & collectis impositis pro faciendis, vel reficiendis muris ciuitatis, & pro oneribus bellicis, & ab bello dependentibus, quando imminet magna necessitas pro defensione patriæ, vel pro defensione, seu reparatione contra pestem, & pro alijs oneribus, in quibus principaliter pietas & publica versatur vtilitas, cap. 2. de immunit. Eccles. cap. non minus, & cap. aduersus eod. tit. l. ad portus, C. de operis publi. cum alijs supra adductis, & tenet etiam glo. & Lucas de Pen. in l. fin. C. de exactorib. trib. lib. 11. Alexan. cons. 68. num. 13. lib. 2. Ripa, respon. 20. num. 5. in 2. par. & in tract. de peste, 1. par. num. 450. & seq. Vasqui. de successio. creatio. lib. 3. §. 21. limit. 7. vbi hanc testatur communem opinionem, Roland. cons. 2. num. 2. lib. 4. latissime Octaui. Cacher. decis. 68. num. 8. cum seq. Hippolyt. Rimi. cons. 2. nu. 10. cum tribus seq. lib. 1. Tiberi. Decian. responso. 14. num. 19. & 20. cum alijs, lib. 1. vbi plura in confirmationem huius illationis adducit tenent Cyn. Dyn. Alberi. Alex. Soci. Ias. Ripa & alij, in l. si ex toto, ff. de leg. 1. vbi Ias. num. 12. & Ripa, num. 17. restantur hanc esse communem opinionẽ, idem Alex. cons. 215. num. 21. lib. 2. Felin. in cap. causamque, num. 17. de rescript. Beronen. caut. 63. Parp. in l. placet, col. vltim. C. de sacrosanct. Eccles. Parisi. cons. 68. num. 14. lib. 1. Capra, reg. 96. num. 68. Pet. Dueñas, reg. 100. limit. 12. & probat. d. l. 20. tit. vlti. par. 3. & d. l. 11. tit. 3. lib. 1. recomp.

56 Quintò, ex supradicta ratione, quoque infertur ad textum, in l. iubemus nullam, C. de sacrosanct. Eccles. vbi probatur, quod nauis Ecclesiæ, vel clerici, non excusatur ab onere ferendarum rerum, vel personarum ad communem reipublice vtilitatem.

57 Sextò, similiter infertur ad textus, in l. neminem, C. eodem tit. de sacrosanct. Eccles. vbi dicitur, quod in aduentum Principis omnes debent contribuere, scilicet, & Ecclesiæ, & clerici, quia communi vtilitate laborat.

58 Septimò infertur etiã ad text. in l. nullus penitus, C. de curs. pub. lib. 12. quæ inquit, ꝙ etiã Ecclesia in expeditio-

ditionibus tenetur contribuere, quẽ textum allegat Abb. & dicit seruandum in foro canonico, in c.2.nu.4.& 6.de immunit. Eccles. quem refert & sequitur Tiberius Decian. respon so.14.n.20.lib.1.& per dictam l.nullus penitus, dicit ibi Bar. quod quando imminet aliquod periculum prædonum possunt clerici cogi ad contributionem collectarum, vt ipsi prædones arceantur, cum ex hoc & clerici commodum sentiant.

Tandem quoties cumque tractatur de communi vtilitate clericorũ & laicorum, simul & mixtim clerici, sine dubio tenentur cum laicis contribuere, vt probatur in c.2. cap. non minus, ca. aduersus, de immunit. Eccles.c.vltim. de vita & honest. cleri.c.1.c.clericus, de immunit. Eccle. in 6.l.placet, C.de sacrosanct. Eccle. approbata, in ca.placet.16. q.1.tenet Abb.in d.c.2.n.10.de immu. Eccles. ex traditis per Bar.in d.l.nullus penitus, C.de curs.pub.lib.12.Ias.& Parpa.in d.l.placet, C.de sacrosanct. Eccles. Guid.Pap.q.7.& 28. Ripa in l. 4.in prin.n.31. ff.de re iudi. & lib.2. respon. c.20. qui testatur hanc esse communem opinionem Legistarum & Canonistarum, Bertrãd.cons.122. lib.1.Parisi.cons.25.n.74.lib.1. probat late Octauian. Cacher plura de iure diuino canonico & ciuili adducens, decis.68.n.4. cum plurib. seq. post incola, Baib. in cons. ibi posito n.5.tradit Hopplyt. Rimi. cons.4. n. 20.lib.1.Tibe.i. Decian. respon.14. n.19.& 20. lib.1. & expresse probat d.l.11.ti.3.lib.1 recop.

60 Quod comprobatur ex eo, quod ecõtra laici in his in quibus vertitur communis vtilitas tenentur contribuere dato, quod illud onus principaliter spectaret ad clericos, vt in c. cũ Apostolus, §.prohibemus de cens.b. vbi Collectanus, c. cauendũ, vbi Archi.in princ. 10.q.3.idem Archid.& Imol.qui hanc opinionem dicit communem & veriorem, in ca. Romana de censib.in 6.vbi etiam Gemin. & Franc.Tiberi.Decian. d.respons.14. n.25.sicut ergo laici contribuunt ad onera clericorum ita econtra debent clerici contribuere, quando vtilitas est communis.

61 Item facit, quod clericus volens vti statuto, aut consuetudine contra alios tenetur pati, vt alij vtantur cõtra eum, vt tenent Bal.Balb.Rip. Didac.â Castello & alij citati per Mexiam in d.l.taxe panis, conclusion.5. nu.13. vbi hanc testatur communem opinionem.

62 Est tamen hoc in loco notandum, quod quamuis statuta laicorũ, facta in materia communi & indifferẽti, clericis & laicis non afferant in cõmodum clericis, sed commodum & fauorem, clerici vti possunt dictis statutis in eorum fauorem, tanquã pars vniuersitatis, vt notat Alex.cons.210 lib.2. Brun.in tract. quod stantibus masculis, art.12.n.172.& post multos tradit Paris.cons.48.n.15.lib.4.Soci. Iuni.cons.10.n.23.lib.1.

63 Et quamuis clerici non subeant onera temporalia, non sunt à beneficijs ciuium repellendi, quia spiritualia subeunt, quæ ab eis laici consequuntur, vt notat Cast.ens. cons. 157.lib.2.Feli.in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num.81.de constitutio.Brun. d.art.12.n.173.Soci.Iunior, cons.80. n.2.lib.4.

64 Maxime, quia in fauorabilibus appellatione ciuium, seu populi veniunt clerici, cap. si in adiutorium 10. distin. cap. cum nullus de tempor.ordin.in 6. notat Oldrald. cons. 32. Felin. in cap. dilecti, de foro compet. & dicuntur pars reipublicæ, secundum Bald. in l.1. §. huius studij, ff. de iusti. & iure, Franc. Marc. decis.456.num.9. Mexia in l. taxe panis, conclus.5. num.17. Marc. Sallon de pace, in l. 3. Tauri, numer.400.& probat l.5. in prin. tit.2.

par.

par.1. & habitantium appellatione clerici comprehenduntur, vnde pascua debita habitantibus in loco debentur clericis; vt notat Boeri. decis.260. num.21. Casa. in consue. Burgund. rub.13. §.5. col.2. Marc. Sallon in d.l.3. Tauri, n.402.

65 Hinc est, quod priuilegium concessum terræ, vel patriæ non solum ad laicos, sed & ad clericos extenditur, vt notat Ioan. Andre. in nouel. in c. vlti. de offi. deleg. in 6. Anchar. in d. c. dilecti, de foro compet. Roma cons. 180. num.2. Felin. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num.76. de constitutio. Mexia in d.5. conclu. numer.17.

66 Si tamen ciues pro pascuis & memoribus aliquid persoluunt, tunc clerici pro sua parte soluere tenentur, vt consuluit Abb. cons.6. lib.1. tradit Parpa. in l. placet, num.138. C. de sacrosanct. Ecclesi. Marc. Sallon in d.l. 3. Tauri, num.403. in quo casu seruanda est consuetudo, vt post Luc. de Pena, & Abb. tradit Guill. Benedict. in cap. Raynuntius, verbo, & vxorem, nomine Adelasiam, num.328. de testam. Auenda. de exequend. mand. reg. cap.4. num.19. & 20. Couarrub. in reg. possessor, 2. par. §.4. col. vlti. vers. quibus addere de reg. in 6. quos refert & sequitur Marc. Sallon de pace loco proxime citato.

67 Bona autem patrimonialia clericorum planius ligantur statutis laicorum, quia in patrimonialibus clericus censetur laicus, vt notat Bal. in cap. cum venissent, col.3. de eo qui mittitur in posse. Abb. in c. cum dilectus de iure patronat. Soci. cons.230. lib. 1. Plot. cons.93. n.5. & 6.

68 Et in his bonis patrimonialibus clerici, non gaudent priuilegio Ecclesiæ, nisi in casibus à iure expressis, vt tenent Canonistæ in cap. fin. de foro compet. Deci. in c. Episcopus de præbend. & in c. cum m. de constitutio. Resta in tract. de imper. q.101. Balb. in tract. de præscript. 5. p. 5. par. prin. nu.2 vbi testatur hanc esse communem opinionem, Viui. in suis communib. opin. in verbo, clericus, in bonis, Abb. & Feli. n.10. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitutio. vbi Deci. nu.18. dicit hanc esse communem opinionem, Couarru. lib.1. resolutio. c.4. n.3. Vasqui. de successio. creat. §. 22. n.42. & §.10. nu.659. Ioan. à Matienz. in l.1. tit.25. glo.1. n.4.

69 Hinc est, quod stãte statuto, quod bona sint obnoxia oneribus, vel tributis, clerici & Ecclesiæ indistinctè tenentur soluere onus reale, vel tributum ob prędium ab eis emptũ, quod pœnes sæcularem erat, ex magis cõmuni opinione, vt testantur & sequũtur Pet. Foller. in constitutione Regni de Episcop. & cler. verbo, itẽ statuimus, n.3. & in rub. clerici contribuant, & in consti. incip. prædecessorum nostrorũ, de sacrosanct. Eccles. n.1. & 6. Tiraquel. de primogenit. q. 43. n.9. qui plures allegat Nat. cons. 280. lib.2. Vasqui. de succes. creatio. lib.1. §.10. & in l. quoniam in prioribus, C. de inoffi. testa. i. p. n.654. Ioã. Arce ab Otalora de nobilit. 2. p. c.1. n.9. cum seq. Did. Per. in l.1. ti.2. lib. 1. ordi. pagi.90. Bursat. cons.16. n.11. lib.1. quod iure regio expresse dispositum est per l.11. ti.3. lib.1. recomp. in acquirendis enim statutum laicorum, valet in præiudicium clericorum, vt tradit Deci. in dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 74. de constitutio. & in cons. 269. numer. 9. Crauet. cons. 241. col. 3. Ioann. Cephal. in consil. 54. numer. 16. lib.1.

70 Vigesimo quarto extende, vt dicta principalis conclusio procedat etiam in casibus, in quibus leges ciuiles ligant Ecclesiam & Ecclesiasticas personas, vel Ecclesiæ & clerici tenentur simul & mixtim cũ laicis cõtribuere, vt in præcedẽti extensione resol-

resoluimus, nam quamuis clerici ad ea ibi dicta teneantur non possunt ea soluere authoritate iudicis sæcularis, sed episcopi vt tenent Abb. in dict. cap. non minus, col. vltim. de immunitat. ecclesi. Ripa. 2. part. respon. c. 22. col. 2. in fine, & respon. 26. nu. 25. Capra in suis regulis, cap. 96. nu. 73. & seq. Mexia in l. Taxe panis, cõclusione quinta, num. 64. Octauian Cacher decis. 68. num. 22. Roland. consi. 2. num. 3. lib. 4. & expresse hoc probat. l. 54. titul. 6. part. 1. Quod intellige nisi instet magna necessitas quæ respiciat eaque principaliter vtilitatem clericorum sicut laicorum, vt dicemus infra in limit.

71 Vigesimo quinto extende supra dictam principalem conclusionem procedere etiam in casibus in quibus clerici tenentur soluere gabellas, vt in casu, & causa negociationis per eos contracte Clem. præsenti, vbi scribentes de censibus tradit Abb. in cap. innouamus nu. 3. & seq. de censib. & cons. 6. in 7. dubio, Parpa. in l. placet, num. 101. C. de sacrosanct. Ecclesia. Felin. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, num. 104. de constitutio. Turrecrema in cap. si quis in atrio 17. quæst. 4. Roland. cons. 71. numer. 10. lib. 4. Bursat. cons. 42. numer. 8. lib. 1. & probat Regia l. 7. ti. 18. lib. 9. recopi. ibi: *Vendieren por via de mercaderia, trato y negociacion, &c.* Nã si controuersia sit super negociatione ex qua debetur gabella inter clericum & gabellarium cognitio pertinet ad iudicem Ecclesiasticum & non secularem, vt probatur in eadẽ Clem. præsenti de censib. in princ. ibi, locorum diœcesani iuncto fine, ibi, post quam de his constiterit, vbi Cardi. in 6. quæst. notat idem tenet Bertachi. de Gabellis. 7. part. num. 24. Iuli. Ferret. in tractat. de gabellis, numer. 433. Parlador. rerum quotidianarum. cap. 3. num. 16. Roland. dict. cons. 71. nu. 10. lib. quarto, quorum opinio vera, licet contrarium sentiat Grego. Lop. in l. 49. titul. 6. part. 1. in glos. verbo, *Las franquezas*, in fine, & Mexia in dict. l. Taxe panis conclusi. 5. num. 23. vbi citat Aufre. Guilliel. Benedict. & Tiraquel. qui loquuntur de consuetudine Franciæ, quę in hoc regno non seruatur directe quamuis indirecte ob euitandam iudicis ecclesiastici dilationem & gabellarij molestiam aliud bono dolo soleat per iudices seculares obseruari.

72 Et quando clerici dicantur negociatores, vt gabellam soluere teneantur declarant Bertachi. Roland. & Bursat. in locis supra citatis & plures alij per eundem Bursat. relati numer. 9. & colligitur, & dict. l. 7. ti. 18. lib. 9. Recopil.

73 Vigesimo sexto extende vt supradicta principalis conclusio procedat etiam in causis possessorijs beneficiorum quoties agitur inter clericos, aut reus tantum est clericus, vt probatur ex iuribus in dict. conclusione allegatis tradunt & declarant Afflict. in constit. Regni in nonstitutione de Burgensaticis, numer. 9. Bellamera, consi. 40. versi. nec valet Crauet. cons. 258. num. 8. Couarrub. practic. quæstio. cap. 35. num. 1. Roland. cons. 23. numer. 6. cum pluribus sequentib. late Menochi. de recuperand. possessio. remedio 15. numer. 220. cum alijs sequent. & de retinenda possessione remedio tertio, num. 349. cum alijs sequent. Anto. Cuch. insti. maior. lib. 3. titu. 9. num. 7. Cõtrarium nempe quod iudex laicus in cuius territorio existerent beneficiũ sit iudex competens quando Spoliator & spoliatus essent clerici, & spoliatus coram eo iudice ageret tenent Abb. in c. literas, num. 7. & seq. de iuram. calũn. Afflict. deci. 2. nu. 4. & decis. 24. nu. 9. Guid. Pap. decis. 1. & decis. 71. & decis. 85. & decis. 207. & in cons. 182. in fine Ferret. cons. 1. num.

n.15. Deci. in l. fin n.19. C. de ædicto Diui Adria. toll. Gram. decis. 78. Ripa in rub. de iudi. num. 9. vbi hanc te statur communem opinionem, & li. 2. respon. ca. vlti. Igne. in l. necessarios, §. non alias, in 2. par. ff. ad Syllania Guiliel. Benedict. in c. Raynutius, verbo, & vxorem, nomine ad elasiam, n. 39. de testam. Anto. Gabri. lib. 5. receptarum conclu. rub. de resti. spoliat. conclu. 5. n. 115. plures ex istis allegans Cacher. decis. 55. n. 8. & decis. 116. nu. 1. & 4. vbi ait hanc esse communem opinionem, & ratio istorum est, quia causa possessorij, non spiritualis, sed temporalis causa appellatur, vt inquit Archi. in ca. 1. de resti spoliat. in 6 & Zabar. in Clem. dispendiosam de iudi. in 3. oppositione, quos sequuntur dicti Doctores, & sentit glo. magna circa finem, in c. literas de iuram. calumni. vers. & nota.

74 Sed prior opinio verior est, ex traditis per Couarru. Roland. & Menochi. in locis citatis supra, & per nos in principali conclusione cum suis extensionibus, vbi inter alia diximus clericum citari, nec conueniri posse coram iudice laico, siue conueniatur a laico, siue à clerico, siue actione personali, siue reali, etiam pro bonis patrimonialibus, & profanis ex quibus cessat ratio dicentium causam possessorij esse temporalem & non spiritualem, nam non solum inspici debet, res quæ petitur, & locus rei site, sed etiam qualitas aduersarij, qui conueniendus est, & ita si persona est exempta, res quæ personæ est accessoria exempta esse debet, per ea quæ supra in 23. extensione diximus, & non solum iure verior est dicta extensio, sed etiam consuetudine recepta in his Hispaniarum Regnis, nisi in Regno Galletiæ, vbi in Regali Curia iudices inter clericos cognoscūt in possessorijs causis beneficiorū ex consuetudine cuius initij memoria non extat, ad impediendum rixas & scandala, quæ in illo Regno passim inter clericos & eorū propinquos, & amicos oriri solent, prout iā ipse vidi, & quamuis contraria opinio videatur cōmunior, vt testantur Ripa & Cacher. in locis citatis, eā tenētes magis fundantur in cōsuetudine & priuilegio summi Pōtificis, & ordinationibus Regijs, quibus virtute dicti priuilegij, seu consuetudinis, hoc deciditur, qnā in iure cōmuni, & ita Guid. Pap. q. 1. 71. & 85. refert quodā priuilegiū à Martino V. Pont. Max. concessum Regi Gall. vt iudices laici de his causis possessorijs cōtra clericū cognoscere & iudicare possint, & plures ordinationes Regias, quibus hoc cauetur, colligit Rebuf. in suis cōmentarijs super cōstitutiones Regias, in tract. de causis beneficiorum possessorijs. Et ita limitari potest dicta conclusio, vt procedat nisi ex priuilegio summi Pontificis, vel consuetudine immemoriali, quæ eandē vim habet, possit iudex sæcularis de his beneficiorum possessorijs cognoscere, vel quando subest timor scandali ad impediendum rixas & scandala, vt possit sequestrū bonorum facere, vt latius infra in limitationibus ad istam principalem conclusionem dicemus.

75 Vigesimo septimo, vt hoc priuilegium fori, non solum competat clericis in maioribus ordinibus sacris cō stitutis, sed etiam in clericis primæ tonsuræ, cap. 2. vbi omnes Scribentes de foro competenti, Doctores in c. cum non ab homine de iudi. & in ca. si iudex laicus, de sent. excommun. in 6. Abb. in cap. cum contingat de ætate & qualit. Alex. cons. 8. col. 1. lib. 1. cons. 149. col. 1 lib. 6. Feli. in c. clerici in fine de iudi. Roland. cons. 4. num. 16. lib. 1. & cons. 16. num. 12. & 13. lib. 4. quod hodie limitat sacro sanct. Syn. Trid. cap. 6. sessio. 23. vt dicemus infra in limit.

Vige-

versiculo, *Quando occurrere.*

82 Trigesimoquarto extende, dictam principalem conclusionem procedere etiam si ante tempus commissi delicti clericus coniugatus non incidebat in habitu & tonsura, si tempore commissi delicti, & quatuor mensibus proximis vestibus & tonsura vtatur, vt tenet Ioan. Andre. in c. Iosi. q.4. de cleri. coniug. Christopho. de Castill. cons.5. Alex. cons.8. num.4. lib.1. qui testatur hanc esse communem opi. & cons.149.n.7. lib.6. Marsil. sing.480. Couarru. practi. quæsti. c.31.n.8. qui ait communem esse opinionem quos refert & sequitur Iuli. Clar. d.q.36. num.15. hoc intelligens nisi talis clericus habitum & tonsura assumpsisset in fraudē, quod intellige, secundum dispositionem sacros Concilij Trid. c.6. session.23. & formam datam per finem, titul.4. lib.1. recop.

83 Trigesimoquinto extende, procedere etiam si clericus cōiugatus fuerit condemnatus pro aliquo delicto per eum commisso tempore, quo nō vtebatur tonsura & vestibus, nam si postea re assumat tonsuram & vestes debet gaudere foro clericali, nisi in fraudem habitum & tonsuram re assumpsisset, vt tenet Aufre. decis.104. qui testatur ita fuisse decisum per Curiam Tholos. & decis. 144 & 147. Iuli. Clar. d.q.36. nu.16. quod intellige prout dictum est, secundum dispositionem sancti Concilij Trid. in d.c.6. session.23. & formam datam per finem, tit.4. lib.1. recop.

84 Trigesimosexto extende, dictam principalē conclusionē procedere etiam, si clericus cōiugatus recepeiit vxorē dimissam causa adulterij, vt tenet Aufre. decis. Thol.64. vbi testatur hāc esse cōmunē opinionē, & ita fuisse decisum quē refert & sequit. Iul. Cla. d.q.36.n.10. & tenet Anton. Cuch. d.lib.3. insti. maior. tit.9.n.18.

85 Trigesimoseptimo extende, dictā cōclusionem adeo procedere, quod si clericus, & laicus aliquod simul committant delictum, non solum clericus, sed etiam laicus cum eo remittendus est ad iudicem Ecclesiasticum, ne continentia causæ diuidatur, vt in l. nulli vbi Scribentes, C. de iudi. & hanc extensionem in specie tenent Anto. de Prato Veteri, in l.1. in fine, ff. quæ sent. sine appellatione rescind. Gomeci, qui hanc testatur communem opinionem, in c.1. num. 47. in fine, de rescript. in 6. Maria. in c.1. de foro compet. & in c.2. vers. octauo fallit, de mutuis petitio. Feli. in c.1 col.4. de præscriptio. Bartholomæus Soci. in l. senatus, in fine, ff. de rebus dubijs, Natta. in c. quamuis pactum, col.3. de pact. in 6. Ias. in l. imperium, n.3. ff. de iurisdictio. omni iudi. Thom. Ferra. caut.10. Hippolyt. sing.180.n.2. Neuiz. in sua silua, lib.6.n.38. vers. hinc infertur, vbi plures refert Crot. in l.1. not.5. ff. de ver. oblig. Pa. risi. cons.154. in prin. lib.4. Bossi. in tit de foro compet. nu.116. in fine.

86 Quod adeo procedit, vt etiam non petente clerico talem remissionem, eam laicus petere possit, vt tenet Vberti. Zucca d. in l. post humo num.36. C. de bonor. posse. contra tab. per l. post mortem, §. fin. ff. eod. titulo.

87 Sed hæc extensio vera nō est ex h's quæ tradit Craue. cons.2 2. & Couarru. practi quæstio. c.34.n.1. vers. nos vero & latè Mexia in l. taxæ panis, concl.5. nu.74. & 75. nec in practica seruatur, vt testantur Igne. in l.1. § si quis in villa, nu. 27. ff ad Syllania. Rebuff. in authent. habita, priui. 105. C ne filius pro patre, Anto. Gome. int. act. delict. c.10.n.6 in fin. & plures alij citati per Couar. in d.c.34 Iul. Clar. d.q.36.n.46. Hippol. Rimi. cons.261.n.44. lib 3. de qua cōsuetudine in hoc Regno nos fidē facimus.

88 Trigesimo octauo extende procedere etiãsi clericus delinquat in officio sæculari, in quo fuit admissus per principem sæcularem, nam quãuis in minoribus ordinibus sit constitutus, non poterit à Principe, vel alio iudice sæculari ex causa puniri, vt notat Aufre. in clem. 1. n. 25. de offi. ordi. qui hanc testatur communem opinionem, quem refert & sequitur Couarru. practi. quæstio. c. 33. num. 6. Iuli. Clar. d. q. 36. num. 25. Anto. Cachu. d. lib. 3. insti. maior. tit. 10. de vita & honest. cleri. num. 31. Priuari tamen officio potest, etiam si sit in sacris constitutus, vt dicemus in limit.

89 Trigesimonono extende, vt procedat etiam si clericus reconueniatur pro crimine, clericus namque non potest corã iudice sæcularis pro crimine ciuiliter, nec criminaliter reconueniri, vt communiter tenẽt Scribentes, in c. at si clerici, de iudi. vbi Imol. n. 5. & Decius, n. 148. & Boerius, num. 150. testantur hanc esse cõmunem opinionem Iuli. Clar. in d. quæst. 36. num. 6. qui quoque ait cõmunem esse opinionem Antonius Cuchus, d. lib. 3. insti. maior. tit. 9. de priuilegijs cleri. num. 15. quod limitatur in ciuilibus, prout dicemus infra in limit.

90 Quadragesimo extende, vt in tantum procedat dictum fori priuilegium, quod confessio clerici facta coram iudice sæculari si reuocetur nihil operatur, nec facit indicium ad torturam coram iudice Ecclesiastico, vt notat Bal. in l. vnica, nu. 16. C. de confessis & in cap. cum super extra, de confessis, Anto. de Butrio, in cap. fin. eod. tit. & in cap. dilecti, col. 1. de arbitris, Ang. in l. vnica, col. penul. C. de confessis, Thom. Gram. conf. 42. nu n. 2. Follet. in pract. crimi. f. 270. nu. 1. qui ait in hoc omnes Doctores conuenire Blanc. de iudicijs, n. 215. vbi hanc testatur communem opinionem, idem sentit quãdo est reuocata, Bellamera, decis. 449. num. 1. tenent expresse Alex. & Ias. n. 5. in l. magistratibus, ff. de iurisdictio. omni. iudi. Feli. in d. c. at si clerici, col. 2. de indi. Brun. in tract. de indi. vers. aliud est indicium, Carre. in practi. crimi. fol. 55. §. incip. Septimũ indicium, nu. 15. quorum opinio vera & communis est licet Iuli. Clar. in §. fin. q. 21. nu. 34. contrariam opinionem sequatur post alios eam dicentes communem quæ opinio procedit in confessione facta coram iudice incompetenti, cuius iurisdictio prorogari potest, vt tradunt Bar. Alex. Ias. & Deci. & communiter omnes Scribentes, in d. l. magistratibus, ff. de iurisdictio. omni. iudi. Iafred. decis. 104. & Boeri. decis. 89. & 90. qui testantur de communi, & faciunt notata, in l. capite quinto, ff. de adult. prima vero opinio procedit, quando confessio facta fuit a clerico, coram iudice laico penitus incompetenti, cuius iurisdictio tacite, nec expresse prorrogari potest per ea quæ supra diximus, ex quo confessio est nulla. Quod intelligo quando talis confessionis indicium esset solum secus, si cum eo alia concurrerent, quæ possunt mouere animum iudicis Ecclesiastici ad quæstionem tormenti.

91 Quadragesimo primo extende, vt iudex Ecclesiasticus non teneatur stare processui iudicis sæcularis, dum sibi remittitur clericus captus cum processu, vt post Deci. dicentem communem, in cap. at si clerici, column 3. de indi. & Afflict. in consti. Regni, si damna clandestina, in 9. not. versic. quarto quæro, tradit Thom. Gram. conf. crimi. 42. num 1. & Ruy, conf. 7. lib. 1. Viuius, lib. 1. opin. 162. Iuli. Clar. in d. §. fin. quæst. 36 numer. 49. qui testatur de communi, Auiles in cap. 20. numer. 20.

Praxis tamen obseruat, quod processus gestus coram iudice sæculari extrahatur de protocolo tabellionis sæcularis mandato iudicis Ecclesiastici ad producendum coram eo dictum processum.

92 Quadragesimo secundo, extende etiam in clerico in sacris constituto qui dimisso habitu clericali enormia delicta commisit, nam quamuis immisceat se enormitatibus siter non fuerit ab Episcopo, vel Prælato monitus, vt ab enormitatibus desistat, & habitum re assumat, non amittit priuilegium fori, vt tenent Anto. de Butrio, Card. & Abb. in c. perpendimus, de sent. excommuni. Hostien. & Anchar. in cap. 1. de apostatis, Folgo. cons. 154. in fine, Alex. cons. 8. lib. 1. & cons. 149. lib. 6. Beronensis, cós. 11. circa finem, Alciat. in c. cum non ab homine, num. 8. de iudi. Vasqui. de succesio. creatio. lib. 3. §. 22. n. 63. vbi hanc testatur communem opinionem, Couarru. practi. quæstio. ca. 32. num. 2. vers. Tertio his erit, prope finem, Roland. cons. 4. num. 31. li. 1. Viui. commu. opin. verbo, clerici apostate, qui testatur de communi. quæ opinio mihi placet, quamuis Iuli. Clar. in d. q. 36. num. 23. dicat contrariam communem, & ab ea non esse recedendum iudicando & consulendo. Si vero trina præcesserit monitio, & non se ab enormitatibus abstinuerit & habitum re assumpserit per iudicem laicum erit puniendus, vt diximus infra in limit. 46.

93 Quadragesimo tertio, extende dictam conclusionem locum etiam habere in clerico degradato verbaliter absque tradditione, qui puniri non potest per iudicem sæcularem, cum ei tradditus non sit, cap. cum non ab homine, vbi communiter Scribentes de iudi. traddit Couarrub. practi. quæstio. cap. 32. num. 2. vbi hanc testatur communem opinionem, quem refert & sequitur Iuli. Clar. in dict. quæst. 36. num. 35. & expresse probat l. 61. tit. 6. par. 1. quæ ponit exemplū in furto, homicidio, periurio, vel alio simili crimine pro quibus non debet clericus traddi sæculari foro, vt probatur in d. ca. cum non ab homine ex quo sumpta est. Si vero clericus sit actualiter; degradatus puniri potest per iudicem sæcularem, absque tradditione, vt diximus infra in limitatione. 43.

94 Quadragesimoquarto extende, vt procedat etiam si iudex Ecclesiasticus esset negligens in clerici punitione, vt notat Alexan. in d. cons. 8. col. 2. lib. 1. Abb. in c. qualiter, nu. 7. de iudi. Mari. Soci. in c. si, quis clericus, num. 28. & in cap. sane, num. 10. de foro compet. Vasqui. de succesio. creatio. lib. 3. §. 22. limit. 17. num. 68. Quod intellige, quando summus Pontifex addiri non potest, & interim est necessarium remedium principis, vt diximus infra in limit.

95 Quadragesimoquinto extende, dictam conclusionem procedere etiam in eo, qui ante delictum votum ordinis sacri, vel religionis fecerit, nā si votum præcesserit etiam si ordinem non susceperit, vel religionem non sit ingressus, non est puniendus per iudicem sæcularem, vt post Bal. & alios antiqnos traddunt Ias. num. 10. & Iacob. in col. 2. in l. cum quædam puella, ff. de iurisdictio. omni. iudi. idem Iacob. in l. si quis postea, num. 10. ff. de iudi. Thom. Ferrarius, caut. 23. Hippolyt. sing. 534. Gerard. sing. 51. Neuiz. in silua nupt. lib. 1. nu. 62. Cassane. in consuet. Burg. rub. 1. §. 5. num. 67. & seq. Petrus Dueñas, reg. 100. limit. vlti. prope finem. Sed hæc opinio de consuetudine non seruatur, nec de iure admittenda est, nisi in casu quo qui votum fecerit in eius executione post delictum commissum ordinem susceperit, vel religionem sit ingressus, quia tunc prubato voto, cum de magno tracte-

tur præiudicio præsumeretur bona fide,& absque fraude ordinem, vel religionem succepisse, vt post Bal. in l.1.C.an seruis ex suo facto declarat Couarru.practi.quæstio.c.33.n.4. vers.cæterum.

96 Limitatur tamen pluribus modis dicta principalis conclusio, & primo, vt locum non habeat in reconuentione in ciuilibus causis, in quibus regulariter clerici possunt conueniri,coram iudice sæculari per viam reconuentionis,c.cuius in agendo,1. q.8.glo.in c.denique, 96.distin.glo. in c.multi,2.q.1.glo.in summa, 11.q. 1.glo & Scribentes, in c. at si clerici de iudi. Aufreri.late in clem.1. de offi.ordi.reg.2 fall.3. Scip. Ianuari. regul.32.Curti. Iunior, qui hanc testatur communem opinionem, in l. 2.num.48. ff.de iurisdictione omni. iudi. Marant. de ordine iudi. 4. par. distin.7.num.44.& probat expresse l 57.tit.6. par.1. Quod intellige nisi data opera laicus molestet clericum, vt re conuenire eum possit, vel nisi clericus in fraudem conuenisset laicum,vt ibi reconueniretur, vel si reconuentio tangeret causam spiritualem, vt Scip. Ianuarius & Aufre. Marant. & alij citati notant.

97 Secundo,dictam principalem conclusionem limita non procedere,vbi clericus est à laico hæres institutus, & lis fuit cepta cum defuncto, nam tunc clericus laici hæres litem defuncti prosequi tenetur coram iudice sæculari, vt probatur ex tex. in l. vbi ceptum,l.venditor,l.si is qui Romæ,l.si quis postea, ff. de iudi. cap. proposuisti de foro compet.cap.clericos nullus,11.q.1. & in specie hanc limitationem tenent Castren. post Angel.in l.hæres absens in prin. nu. 5. ff. de iudi. & in l. si is qui Romæ, eodem titulo, & in l. si constante, §. vltim.numer.5.ff.soluto matrim. vbi hanc testatur communem opinionem, & ibi etiam Roman. num. 14. Areti.in cap.quia.5.col.vlti.de iudi. vbi etiam Abb.in 1.notab.& late Felin.num.4.Aufre.in d.clem.1. reg.2. fall.6. Boeri.decis.69. nu.32. qui ait communem Guilliel. Benedict. in c.Raynuntius,verbn,& vxorem, nomine,Adelasiam, nu.124. de testam. Silua.cons.49. num.45. Marant. de ordine iudi.5.par.in prin.num.13.qui testatur de communi, late Couarru. practi.quæstio.c.8.nu.2.& 3. Marc. Sallon de Pace,in l.3.Taur. nu.787. cum seq vbi hanc limitationem pluribus comprobat rationibus, Vasqui. de succesio. creatio. lib.3. §.22. limit.17.num.72.Guid.Pancirol.cons. 146.num.7.vbi testatur hanc esse cōmunem opi.Bursat.cons.93.num.42. lib.1.qui ait communem dicit etiam communem Viui.lib.1.commu. opi. verbo,clericus.n.48.probat Regia l. 57.tit.6. p.1. qui in hoc casu intelligenda & limitanda est quamuis indistincte loquatur, vt declarat Couarru. Vasqui. Marc. Salon in locis proxime citatis, & Auend. de exequend.mād.reg.c.1.n.29.

98 Tertio,eam limita non procedere in remedio,l.diffamari,C de ingenu.& manumis.quod laicus diffamatus potest intentare contra clericum & aliam personam Ecclesiasticam diffamantem & eam trahere coram ipsius diffamati iudicem sæcularem, vt notat Inoc.in c. conquerente, de offi.ordi.Alex.cons.103. col.2. lib.5. Capici.decis.18.num.7.Blarc. in d.l. diffamari,c.3.n.7.Couar.lib.1. variarum resolutionum,c.18. n.5. & ratio est,quia in hoc remedio inspectu origine causæ diffamatus dicitur reus prouocatus ad causam,vt notat Bar. in l.societatem,§.arbitrorū, nu.19.ff. pro socio,Alex.cons.103. col.2. lib.5. Craue.cons.182.n.2.& sic cū sit reus potest trahere actorem diffamantem, coram iudice ordinario ipsius rei diffamati, vt tenent Bar. Salic. Alex. Imol.& Cagnol.num.9.in d.l. diffa-

diffamari, Angel. in l. quandiu, la.3, col.3.ff.de acqui.hæredit. Angel. in rub.insti.de exceptio. quæst.9. Abb. Feli.& alij.in cap.si quis contra clericum, de foro compet. Boeri.decis. 255.num.7. Capici.decis.18.numer.1, cum sequent. Paris. cons.80. in fine, lib.4. Couarru. dict. cap. 18. num.5. Anto. Gabriel, recept. sent. in tit. de actio.conclu.6 num.41. Anto. Natt. cons. 656. num.2. lib.3. Octauianus Cacher. decis. 151. per totam plures citans dicentes, hanc esse magis cōmunem opinionem, Bursat. qui alios allegat, cons.16. num.58. lib.1. & cū diffamatus sit reus, actor tenetur sequi eius forum, l fin. C. vbi in rem actio. l. iuris ordinem, C. de iurisdictio.omni.iudi. c. si diligenti, cap. si quis contra clericum, cap. cum sit generale de foro competent. l.32.tit.2. par.3.l.4.tit.3.ead.par. l.8.& 9. tit.3. lib.4.recompil.

99 Quarto limita, dictam principalem conclusionem non procedere quando clericus comparuit, tāquam venditor ad defendendum emptorem laicum conuentum coram iudice sæculari, quia tunc cum emptor conueniatur nomine proprio clericus venditor, qui venit ad defensionem reiuendite, non potest perimere forum, & trahere actorem ad iudicem Ecclesiasticum, l. venditor, vbi Angel. Fulgo. & Floria. ff. de iudi.l.1.vbi Salic. C. vbi in rem actio. l. emptori, vbi Bal. & alij, C. de euictio. gloss. in cap. clericus nullus 10. quæst.1. idem Ang. & Imol. in l. non solum, §. quod vulgo, ff. de vsucapio. Angel. Areti. in rub. insti. de exceptio. num. 20. Aufre: in clemen.1.de offi.ordi reg.2.fall.5. Soci. late cons. 91. col penult. & fin. in vltimo dubio, lib.3. vbi hanc testatur communem opinion. Siluan. consil. 49. numero quadragesimo quinto, qui ait quoque communem opin. & probat expresse, l. 57. tit. 6. part. 1. ibi: *Esso mismo seria, quando algun clerigo ven diesse alguna cosa al lego, mue-*

118 *ble o raiz, e a otro alguno le mouiesse pleito sobre ella, ante aquel judgador seglar, deue responder, e redrar, e star aquella cosa ante quien faze la demanda al lego*, vbi Gregor. Lop. notat in glo. verbo, *ante quien faze la demanda al lego*. Hoc tamen intelligit Angel. Aret. in dict. rub. insti. de exceptio. numer. 20. quando iudicium fuit fundatum contra emptorem, secus si iudicium non esset fundatum contra eum, sed tantum fuit contra eum libellus porrectus, & ipse emptor fuit citatus, iuxta authen. offeratur, C. de lit. contestatio. & sic ante quam possit dici iudicium, & instantia contra emptorem sit cepta, l. iudicium soluitur, vbi gloss. & Doctores, ff. de iudi. l. 1. vbi gloss. & Scribentes, C. eodem titulo, l. properandum in princ. eodem titulo, nam tunc si clericus venditor comparuit & opponit declinatoriam poterit actorem trahere ad iudicem Ecclesiasticum, tanquam defensor necessarius, cum coram laico iudice litigare non possit, etiam volens, cap. si diligenti, de foro competen. cum alijs supra adductis, nec in hoc casu possit dici transmutasse iudicium de iudice laico ad Ecclesiasticum, cum non esset coram laico ceptum. Sed hæc Angel. Areti. opinio mihi admodum dubia videtur, tum quia clericus, cum non sit citatus non dicitur defensor necessarius, sed voluntarius per ea quæ tradunt Castrens. Alexand. & Ias. in l. libertus, ff. de in ius vocan. idem Alexan. & Ias. in l. de pupillo, §. si seruo, ff. de noui oper. nuntiatio. maxime, quia clericus non possidet, sed tanquam litis defensor comparet ad quo adiuuandum emptorem qui tenetur litem ad summere in eo statu, in quo est lis, cap. vltim. vt lite pend. in 6. tradit late

Couarrub. practicar. quæstio. cap. 13. num. 1. & 2. plures allegans, tũ quia cum actor actionem habeat contra emptorem, qui iure proprio rẽ emptam possidet in facultate & voluntate ipsius actoris est contra eum actionem experiri, & iudicium fundaae per iura supra allegata, & non est compellendus agere contra venditorem ex iuribus vulgatis, tum etiam, quia libello porecto & empto re citato iurisdictio dicitur præuenta, l. si quis postea quam, ff. de iudi. c. proposuisti de foro compet. notat glo. in clem. 1. de iudi. Afflict. decis. 209. num. 3. l. 12. tit. 7. par. 3. & per citationem iurisdictio perpetuatur, c. gratum, c. relatum de offi. deleg. notant glos. & Scribentes in d. clem. 1. de iudi. Bar. & alij, in l. & quia, ff. de iurisdictio. omni. iudi. & â citatione incipit, iudicium vt probatur, in §. fi. de pœna temere litig. & ab ordine titulorum, vt declarat Bar. in rub. ff. ne quis eum, qui in ius voc. & dicitur citatio fundamentum ordinis iudiciarij, secundum Specul. in tit. de citatione in prin. quem refert & sequitur Robert. Marant. de ordine iudi. 6. par. vers. citatio, n. 1.

100 Quinto limita, vbi clericus tãquã tertius possessor rei, super qua lata est sententia vult contra executionẽ sententiæ super ea relate inter laicos, per iudicem sæcularem se opponere ad eam executionem impediendam, quia hoc fieri debet, apud iudicem sæcularem, coram quo fit executio, secundum Bald. in l. testamenta, C. de testam. Salic. in l. consulta, C. eod. tit. tenet idem Bal. in l. fin. C. de ædictu Diui Adria. toll. Scip. Ianuarius, in reg. 34. vers. fallit, vbi clericus, Aufre. in d. clem. 1. reg. 2. fall. 10. Et ratio potest esse, quia clericus cũ in hoc casu non sit citatus, nec sibi parat, absque citatione præiudicium executio, quæ fit inter laicos, videtur actor voluntarius, per ea quæ in præcedenti limitatione notauimus. Sed hæc limitatio periculosa videtur, & eam intelligerem, quando clericus vere & iuste non possidet rem, in qua fit executio, vel eam habuit litigiosam per l. 2. cum alijs, C. de litigios. quia tunc opponens se executioni, absque citatione videtur actor voluntarius, sed si vere & iuste ante litigium possideret, & se opponat, tanquam possessor rei, de qua agitur & declinet iurisdictionem petendo, vt lis remittatur ad suum iudicem Ecclesiasticum, tunc cum tractetur de præiuditio suæ possessionis, & dicatur actor necessarius, imo potius reus, quam actor si de possessione clerici constet, remittenda est causa ad iudicem Ecclesiasticum.

101 Sexto limita, vbi clericus citatur a iudice sæculari, cũ clausula si sua putauerit interesse, nam tunc potest citari, cum talis citatio potius sit incitatoria, quam arctatoria, & in hoc casu clericus citatus dicatur actor voluntarius, vt notant Bal. Castren. Alexand. & alij communiter, in l. testamenta omnia, C. de testam. Ang. in l. 2. §. hæc stipulatio, ff. si plus quã per l. Falcid. Salicet. in l. hac consultissima, C. eodem titulo, Castrens. consil. 44. Afflict decis. 2. col. fin. Felin. in cap. cum inter, col. 7. & ibi Deci. col. 5. de exceptio. Zucharel. in repeti. l. fin. num. 406. C. de ædicto Diui Adria. toll. Marant. de ordine iudi. 4. par. distin. 11. num. 36. Roland. consil. 29. num. 3. cum alijs sequent. lib. 2. Mexia in l. taxæ panis, conclu. 5. num. 34.

Quod intellige nisi clericus cum dicta clausula citatus, compareat dicendo se possidere, & non spoliasse, & opponat exceptionem declinatoriam, & in ea perseueret, quia tunc cum dicatur actor necessarius remittendus est ad iudicem Ecclesiasticum, vt post Afflict. tradit Roland.

land. d. conf. 29. num. 16. cum sequen. lib. 2.

102 Septimo limita, dictam principalem conclusionem non procedere in publicatione testamenti, quam laicus hæres facit iuxta l. publicati. & l. testamenta, & l. consulta, C. de testam. nam si cessante testamento clericus esset successurus, vel alias eius vertitur interesse in publicatione dicti testamenti, ex ratione præcedentis limitationis vocandus est, coram iudice sæculari, cuius authoritate fit publicatio testamenti, vt notant Bar. Bald. Salicet. & alij, in d. l. testamenta, & in dict. l. publicati tradit Aufre. in dict. clem. 1. de offi. ordi. reg. 2. fall. 11. Scip. Ianuarius, reg. 34. versicul. fallit vbi laicus hæres, Roland. dict. conf. 29. numer. 11. lib. 2.

103 Octauo limita, eam non procedere in confectione inuentarij, quod hæres laicus facit coram iudice sæculari citatis creditoribus & legatarijs, vt in l. fin. §. cum igitur, vbi Bal. Salic. & cæteri Doctores, C. de iure deliber. Bart. & alij in authen. sed cum testator, C. ad l. Falci. & in l. 2. §. prius, ff. de noui oper. nuntia. nam si aliquis ex creditoribus, vel legatarijs sit clericus poterit in hoc casu citari coram iudice sæculari cum talis citatio fiat ad eius commodum, vt tenent Bal. Castren. & alij in d. l. testamenta, C. de testam, Aufred. in dict. Clem. 1. reg. 2. fall. 12. Scip. Ianuarius, in dict. reg. 34. versic. fallit in confectione inuentarij, Roland. dict. consil 29. numer. 10. lib. secundo.

Quod est etiam dicendum in inuentario tutorum, aut curatorum secundum Speculatorem, in titulo de instrum. æditio. §. fin. versicul. huius autem inuentarij, quem sequuntur Aufre. & Scip. Ianu. in locis proxime citatis.

104 Nono limita, eam conclusionem non procedere in datione tutellæ. nam a iudice laico potest sacerdos dari in tutorem, authen. presbyteri, C. de Episcop. & cl ric. notat Ange. Areti. in §. sed hoc iure insti. de attili. tut. tradit Aufrer. in dict. clement. 1. de offi. ordi. reg. 2. fall. 28.

105 Decimo limita, non procedere in clerico minore litigante coram iudice sæculari contra laicum, nam is iudex laicus dat clerico minori litiganti curatorem, vt tenet Oldrald. conf. 59. decis. Rotæ 207. in antiquis, & decis. 181. Anchar. in reg. ea quæ de reg. iur. quæst. 18. domini in cap. si annum, de iudi. in 6. Aufrer. in d. clem. 1. de offic. ordi. reg. 2. fall. 29. Marant. de ordine iudi. 4. pat. distin. 11. numer. 39. regulariter enim datur curator minori per iudicem, coram quo lis vertitur, cap. fin. de iudi. Bal. in l. fin. C de administratio. tut. Marant. loco citato.

106 Vndecimo limita, nisi pater velit emancipare filium clericum, quia tunc coram iudice sæculari fieri debet, secundum Rotam, decis. 181. & Anchar. in dict. regula iuris ea quæ, q. 17. Nico. Mil. in verbo, iudex sæcularis, quos refert & sequitur Aufreri. in dict. clem. 1. de offi. ordi. reg. 2. fall. 7.

107 Duodecimo limita, nisi clericus coram iudice sæculari sit productus in testem, & contra eum opponatur obiectus ad reprobandum & repellendum eius testimonium, nam potest iudex sæcularis de eo obiecto cognoscere ad effectum causam diffiniendi, non tamen ad eum puniendum aliqua pœna, c. 1 de exceptio. L Lucius, secundum vnum intellectũ, ff. de his qui notantur infamia, tradit Guilliel. Benedict. in cap. Raynuntius, verbo, & vxorem, nomine Adelasiam, in 2. decis. numero 141. de testam. & ita poterit is iudex sæcularis cognoscere in causa prin-

principali de falsitate, quam clericus deposuit ad eundem effectum causam principalem diffiniendi, & non ad effectum puniendi eum clericum, vt post alios tradit Couarru. practi. quæstio. c. 18. num. 8. in vltimis verbis, Anto. à Padilla, in l. transigere, num. 112. C. de transactio. Iuli. Clar. in §. fin. q. 38. n. 14. in fine qui testatur de communi.

108 Decimotertio limita dictam principalem conclusionem, non procedere quando clericus & laicus compromisserunt in laicum, & a laico petitur reductio ad arbitrium boni viri, quia tunc coram iudice sæculari ipsius laici peti debet, vt tenet Ancha. in disputatione incip. clericus, Roma. consil. 265. Anton. Sicul. & alij, in c. quinta vallis de iure iur. Lanfranc. in tract. de arbitris, q. 19. Aufre. in Clem. 1. de offi. ordi. reg. 2. fall. 17. Si vero petatur à clerico adeundus est iudex Ecclesiasticus, nam vera & magis communis conclusio est, quod in hoc casu peti debet coram iudice ordinario rei, coram quo causa erat agitanda compromisso cessante, & sic si reus est laicus peti debet coram suo iudice laico, si verò reus est clericus, coram suo iudice Ecclesiastico, cum actor teneatur sequi forum rei, c. si clericus, c. cum sit generale, de foro cōpet. l. iuris ordinem, l. in criminali, C. de iurisdictio. omni. iudi. l. 32. tit. 2. par. 3. l. 4. tit. 3. ead. par. l. 8. & 9. tit. 3. lib. 4. recomp. & in hac specie, ita tenent Bar. & Floria. in l. societatem, §. arbitrorum, ff. de arbitris, vbi etiam Guilliel. de Tulet num. 99. vers. item quæro, idem Bar. & Bal. in l. 2. C vbi & apud quē Anto. Abb. & alij, in d. c. quinta vallis de iure iur. Ang. in l. qui certo loco, ff. de condictio. indebiti, Lanfrāc. in d. tract. de arbitris, q 19. & Franc. in rub. de appellatio. col. vlti. Alex. consil. 10?. col. 1. lib. 5. & consil. 131. in prin. lib. 1. vbi hanc testatur communem opinionem, Felin. in d. c cum sit generale, col 2. de foro compet. Soci. consil. 18. col. 1. lib. 1. Marant. de ordine iudi 6. par. in 2. actu de appellatio. num. 114. vbi testatur hanc esse magis communem opinionem, Roland. consil. 26. num. 30. lib. 1. & consil. 24. num. 7. cum alijs seq. lib. 4. qui ait hanc opinionem veriorem & magis communem calculo receptam, & ab ea in iudicando & consulendo, nō esse recedendum.

109 Decimoquarto limita, nisi conueniatur vniuersitas & clericorum & laicorum, quia si maior pars vniuersitatis est laicorum potest tota vniuersitas conueniri, coram iudice sæculari, vt notant Bar. in l. fin. C. de collegijs illicit. vers. sed quoram quibus, & in l. cum Senatus, C. de reb. dubijs, Bal. in authen. habitā, col. 15. vers. dicto, de scholaribus, vbi etiam Salic. col. penul. C. ne filius pro patre, idem Salic. in l. fi. C. eod. tit. Abb. in c. ex literis de probatio. & in c. si diligenti, de foro compet. & in cap. cum Ecclesiarum, de offi. ordi. Cardi, in ca. accepimus, de fide instrum. Felin. in c. 1. col. 4. de præscriptio. Scip. Ianu. d. reg. 34. vers. fallit, vbi conueniretur, Aufre. in d. Clem. 1. de offi. ordi. reg. 2. fall. 16. Soci. consil. 12. lib. 1. Marant. de ordine iudi. 4. part distin. 11. num. 22.

110 Decimoquinto limita, supra dictā principalem conclusionem non procedere, vbi per iudicem sæcularem factum esset depositum, vel sequestrum pœnes clericum, nam tunc is iudex sæcularis, poterit clericum depositarium cogere, vt depositum restituat ex text. in l. fin. §. penul. C. de bon. authorit. iudi. possid. ibi: Per suā interlocutoriam percipientis, per quem tex. hoc tenet Bal. in l. fideiussor. §. fin. in lectura antiqua, C. qui sat. cog. vbi etiam, Ias. col. 1. idē Bal. & Salic. in l. acceptam, C. de vsu. Aufre. in d. Clem. 1. de offi. ordi. reg. 2. fall.

fall.14.& in decis. Thol.q.167.Frãc. Marc.decis.1057.n.11. & decis.1061. in 1.par. Afflict. decis. 24. Guilliel. Benedict.in c.Raynuntius,verbo,& vxorem, nomine,Adelasiam, n.419. de testam.Rebuffu.in tract.de lit. oblig.art.5.glo.9.n.3.in 1. tom. consti. Regal. Tiraquel. licet dubitans de vtroque retract. ti.2.§.4.glo.7.n.10. qui testatur ita in Gallia obseruari, Marant. de ordine iudicior. 4.p.11. distin.n.37.Mexia in l.taxæ panis,cõclu.5.n.33. Sed hæc conclusio dubia admodum mihi videtur, ex his quæ late diximus supra in principali conclusione, cum suis extensionibus in vno tamen casu meo iudicio posset substineri,nempe vbi res deposita,esset nota & reperta inter bona clerici depositarij,nam tunc de facto absque cognitione causæ posset iudex sæcularis eam rem depositam capere,& parti restituere, aliàs necessarium erit iudicem Ecclesiasticum adire, vt clericum cogat depositum restituere.

111 Decimosexto limita, vbi clericus communi opinione habetur pro laico,vel quotiescumque dubium est, quem esse clericum, nec ipse clericus id allegat; nam interim habetur pro laico, & si fuerit citatus valet processus & potest á iudice sæculari mulctari,& in expensis condemnari,si non comperet,vt tenet Hosti. in summa de iudi.§ 3. vers. illud autem,Cardi.in clem.1.§.1.in 2.opposi tione, de excesib.prælat.Alex.in l.2. ff.de appellatio.recip.Aegid. Bellame.decis.226. Feli.in c. exceptionẽ in princip.num.1.de exceptio. Aufr. in d. clem.1. de officio ordi. reg. 2. fall.23. Deci.consi.241. Gram. voto 18. Anto. Cuchus, lib.3.insti. maior. tit.9.num 88. Sed ea condemnatio exequenda est per iudicem Ecclesiasticum, & non per iudicem sæcularem, vt tenet Thom. Gram. d.voto 18.Carauit supe. ritu 65.magnæ Curiæ,num.1.Iuli.Clar.§. fin.q.36.nu.5. Anto. Cuchus loco proxime citato, num.89.

112 Decimo septimo limita,nisi ex priuilegio summi Pontificis concessa sit laico potestas iudicandi inter clericos,de causis beneficialibus & spiritualibus,quod Papa ex causa facere potest,vt notat Cardi.in c. perpendimus de sent. excommu. Aufre. in d.clem.1.de offi.ord.reg.1. fall.2. & 10.& reg.2.fall.31. Deci.in c. præterea,num.8.de offi.deleg. Scribentes in cap.2.de iudi.maxime Deci. n.12. Vbi probatur, quod Papa potest cõmittere laico causam spiritualem & facultatem excommunicandi, ac potestatem conferẽdi beneficio,& multo magis causam possessoriam cõtra clericum tredit Roland.consi.23. nu. 18.& 19.lib.2.Menochi.de reti. possessio. remedio.3. num.353. qui post Guid.Pap.q.1.& q.71. & q.85. facit mentionẽ de priuilegio, quod Martinus V.Pontifex Maximus, concessit Regi.Gall.vt iudices laici de his causis possessorijs contra clericos ius dicere possint. Et in hac Hispania in Regno Galletiæ iudices superiores Curiæ Regiæ illius Regni, de consuetudine, cuius initij memoria non extat ex consensu Pontificum inducta,cognoscunt de causis possessorijs beneficiorum inter clericos ad euitanda scandala, & rixas quæ frequenter inter clericos,& eorum propinquos & amicos,in illo Regno oriri solent,super apprehensione possessionis beneficiorum.

113 Decimo octauo limita, dictã principalem conclusionem non procedere,quando subest timor scãdali,quod iudex Ecclesiasticus impedire non potest,nam tunc iudex sæcularis. etiam ex officio summariæ solum ad impediendum rixas, & scandala poterit sequestrum facere in prædijs & fructibus beneficiorum Ecclesiasticorum,absque præiuditio iuris, par-

S 5 tium,

tium,arg l.æquissimum, C. de vsufructu cum similibus, vt colligitur ex Afflict. decis.2. num.4. & tenet expresse Iacob.Alben.cons.75.num. 4.& 5.

114 Decimo nono limita,eam non procedere quando iudex Ecclesiasticus esset negligens in administranda iustitia,nam propter eius negligētiam & deffectum iustitiæ permittitur,vt clericus trahatur coram principe sæculari,vt in cap. principes sæculi 23. q.5.vbi glo. dicit, quod quando Ecclesiastica potestas deficit iudex sæcularis potest corrigere clericos, c. filijs.16.q.7.vbi probatur,quod si Episcopi & Archiepiscopi sunt negligentes in punitione rectorum, qui bonis Ecclesiasticis abvtuntur, potest rex addiri, vt illi malo medeatur,& ibi notat glo.verbo,Regi.Hosti.in summa de foro compet. §.liquet etiam, vers sed numquid iudex sæcularis,Abb.in c.at si clerici circa finem,de iudi. Aufre.in d. clem.1.de offi.ordi.reg.1.fall.3.Guilliel.Benedict.in c.Raynuntius,verbo,& vxorem,nomine Adelasiam, decis.2.nu. 162.de testam.Menochi. in tract. de reti. possessio. remedio.3. nu.354. & 355.Mexia,in l. taxæ panis, conclus. 5. num.66. Quod intelligo, quando superior Ecclesiasticus, vel summus Pontifex addiri non potest, vel cum difficultate & interim esset periculū in mora,& sic esset necessarium remedium principis sæcularis, vt colligitur ex dictis iuribus,& ex cap.nec licuit,vbi glo.17.distin.& ex glo.& Barb.in cap.tua,el.1. de decimis, & Aufre.& alijs proxime citatis, nam vbi periculum est in mora multa permittuntur, quæ non permitterentur,Angel.cap.cum ab Ecclesiarum, iuncta gloss. de offi. ordi.c.baptizarem, 5.distin. & propter periculum quandoque quis subijcitur iudici non suo,vt inquit glo.in cap. sacro.§. caueant,verbo,periculo mori de sen. excommuni.notat Cacher. decis.30 num.14.

115 Vigesimo limita, quando clericus oppressus à iudice Ecclesiasticò, ac etiam ab alijs Ecclesiasticis personis confugit, pro defensione ad principem sæcularem, qui oppressos violentia iudicum Ecclesiasticorum inferiorum liberare debet, donec à summo Pontifice præstetur iure debitum auxilium,vt probatur in cap. Principes,cap. Regum,& in cap.administratores 23. q.5. nam principis officium proprie est liberare de manu calumniantium vi oppressos, cap. 1.de pace tenenda, & eius violat in prin. Bar. in proœmio, ff. verbo omnem,col.2.& 4. præcipue personas Ecclesiasticas, & res quæ in tuto esse non possunt, nisi eas & regia & sacerdotalis potestas defendat, c. res, dict.cap. principes,cap. regum, cap. administratores.23. quæstio.5. cap. fin. 96.distin. Afflict.decis.24. & hanc limitationem notant Hostiens. in summa, de foro compet. §. liquet etiam, versic. sed numquid iudex sæcularis, Aufred. in dict. Clement.1. de offi ordi. reg.2. fall. 30. Guillielm.Benedict.in cap.Raynuntius,verbo, & vxorem, nomine Adelasiam, numer.404. de testam. Nauarr. in cap. cum contingat, pagina 152. versicul. Et quamuis de rescript. Couarrub. practi. quæstio. cap. trigesimo quinto, numero tertio,versicul.Secundo probatur, Cacher. late decis. trigesima, numero decimo tertio,Menochi.de reti. possessione remedio tertio,numero trigesimo quinquagesimo sexto.

116 Hinc in hoc Regno inualuit à tempore, cuius initij memoria non extat, optima obseruantia recepta, & approbata, ex qua Reges eorum, quæ Regia tribunalia ius habent cognoscendi de iniurijs & violentijs inter personas Ecclesiasticas, & tollendi vim, & vio-

& violentiam, quæ à iudicibus Ecclesiasticis, appellantibus fieri solent quam obseruantiam, & immemorialem consuetudinem, late fundat ac explicat Couarru. in d. ca. 35. num. 3. eam quæ refert & probat l. 2. tit. 6. lib. 1. recop. cuius verba sunt. *Los Reyes de Castilla, de antigua costumbre, aprouada, y vsada, y guardada, pueden conocer y proueer de las injurias, violencias y fuerças, que acaecen entre los Prelados, y Clerigos, y Eclesiasticas personas, sobre las Iglesias y beneficios.* Quod non solum in his Hispaniarum Regnis frequentissime fieri solet, sed & apud Gallos aliosque reipublicæ Christianę Principes sæculares receptissimum est, vt referunt Nauar. in d. c. cum contingat, remed. 1. pagin 146. de rescript. Carol. de Graffa, lib. 2. Regalium Franciæ, iure 7. Couarru. loco citato, vers. quinto iustitia, Menochi. d. remedio. 3. num. 356. & alij plures. Imo in Regno Galletiæ, vt supra in 17. limitatione dixi ex immorali cõsuetudine iudices Curiæ Regalis illius Regni cognoscũt inter clericos de causis possessorijs in beneficialibus, quod in illo Regno est necessarium ad euitanda scandala & rixas, quæ sepissime oriri solent inter clericos, & eorum propinquos, & amicos in adipiscenda recuperanda, seu retinenda possesione beneficiorum, quæ scandala iudices Ecclesiastici euitare non possunt, vt experientia quotidie docet in pluribus causis possessorijs beneficiorum illius Regni.

117 Vigesimo primo limita, dictam principalem conclusionem non procedere in examine literarum Apostolicarum, quæ ex Regio decreto in hoc Regno ante earum literarum executionem in Regijs tribunalibus examinantur ad effectum quem tradit Couarru. practi. quæstio. c. 35. nu. 4. vers. sic etiam & ad impediẽdum, ne contra decreta & ordinationes Sancti Concilij, aliquid in Hispaniarum Regnis fiat.

118 Vigesimo secundo limita, vbi clerici volunt vsurpare iurisdictionem Regiam, nám tunc possunt mulctari per Regem, vel eius iudicem sæcularem, vt tenet Inoc. in c. olim, el. 1. de restitutio. spoliat. Scipio Ianuarius, in reg. 32. vers. fallit, vbi clerici, Aufre. in clem. 1. de offi. ordi. reg. 1. fall. 15. ad quod facit text. in c. ex parte, de verb. signi. vbi permittitur iudici defendere iurisdictionem & territorium suum, & in cap. dilecto de sent. excommu. in 6. & in c. dilectus de pe vbi competit ordinario iurisdictio in extraneos impedientes suã iurisdictionem, & in specie huius limitationis expresse probat l. 3. & 4. tit. 1. lib. 4. recomp. & l. 1. & 2. tit. 8. lib. 1 eiusdem recomp. quibus legibus imponitur pœna priuationis naturalitatis & amissionis temporalitatum iudicibus Ecclesiasticis vsurpantibus iurisdictionem realem.

119 Vigesimotertio limita, vt nõ procedat in causa feudi, in qua clericus conuenitur coram feudi domino sæculari, cap. ex transmissa, de foro cõpet. c. cæterum, de iudi. vbi Doctores præcipue Felin. num. 3. qui testatur hanc esse communem opinionẽ, dominus enim habet ordinariam iurisdictionem à lege datam, respectu causæ concernentis feudum, vt dicit Panor. in d. c. verum, n. 5. & 17. de foro compet. & in d. cap. cæterum, n. 1. vbi etiam Felin. num. 1. & 2. & est originalis sententia, Inoc. in d. c. verum, num. 2. & 3. & Oldral. cons. 17. num. 2. & probat expresse, l. 57. tit. 6. par. 1. ibi: *Fueras ende, si el Rey, o otro rico home diesse tierra de heredamiento, a Iglesia o alguu clerigo que tuuiesse del, ca si tal pleito como este le mouiesse alguno sobre ella, quier fuesse clerigo o lego, ante aquel deue responder que ge la dio, o de quien la tiene, e non ante otro,* vbi Greg. Lop. in glos. verbo,

verbo, *que ge la dio*, testatur etiam de iure communi, hanc esse communem opinionem contra Barba. in d. c. cæterum, qui eam nisus est impugnare, quod p. ocedit non solum in petitorio iudicio, sed etiam in possessorio, Bal. in c. 1. §. inter pares de lege Corra. Areti. in d. c. cæterum, nu. 24. de iudi. vbi testatur de communi, & ibi etiam Feli. num. 14. post Abb. & alios. Quod intellige quando agitur per interdicta possessoria, secus tamen si intentatur emenda iniurie, vel quando agitur criminaliter de possessione ad pœnam, tunc enim iudex ordinarius, & nō dominus cognoscit, vt tenent Imol. & moderni, in d. c. cæterum, de iudi. & vide 12. limitationes, quas ad hanc regulam tredit Franc. Curti. in tract. feud. in 7. par. in prin. & aliquas ponit l. vlti. tit. 26 par. 4. vbi Grego. Lop. notat.

120 Vigesimoquarto limita, quando Episcopo, Monasterio, vel alicui clerico data est iurisdictio temporalis iure feudi, nam tunc quamuis vassalli sint clerici ad superiorem sæcularem est appellandum, vt probatur in c. Romana, §. debet, iuncta gloss. de sent. excommunicatio. in 6. glo. in c. 2. vbi Anania de delict. puer. Inoc. & sicut in c. solite, de maior. & obedientia, Bar. in l. 1. §. si quis, ff. de appellatio. Sicul. in c. verum, de foro compet. Roma. in l. 2. in princ. col. 8. vers. quid si in eadem, ff. de verbor. oblig. cum alijs adductis per Aufre. in d. clem 1. de offi. ord. reg. 2. fall. 2. qui post Sicul. in c. licet ex suscepto, col. penul. & in c. verum, col. 8. vers. quæro, nunc de facultate appellandi, hoc intelligit, quando Episcopus Monasterium, vel alius clericus recognoscit huiusmodi iurisdictionem temporalem a rege, vel alio domino temporali, vel sibi non fuit pure collata, secus tamen si in totum fuit trāslata temporalitas apud Ecclesiā, vel fuit simpliciter concessa, nam tunc appellandum est ad superiorē Ecclesiasticum, vt in d. c. Romana, §. debet, de senten. excommu. in 6. vbi Domi. notat glo. in d. c. 2. de delict. puer. nisi consuetudo, vel priuilegiū aliud inducat, vt notat Sicul. in d. c. licet excepto, & in d. c. verum, idem Sicul. & Prepo. in rub. de appellatio. quos sequitur Aufre. in d. reg. 2. fall. 2. in fine. Ex quibus infertur ad declarationem, l. 8. tit. 3. lib. 1. recóp. qua disponit prælatos, seu personas Ecclesiasticas, vbi temporalem exercent iurisdictionem, non posse impedire appellationes ab eis interpositas ad Curias Regias, quæ l. optimo iure condita fuit, cum prælati & monasteria huius Regni iurisdictionem temporalem, nullo alio modo habere possint, nisi ex priuilegio regis, vel præscriptione immemoriali, cū tota iurisdictio temporalis pœnes ipsum regem, sit vt tradunt Auend. de exequend. mand. reg. c. 1. in 1. par. & Couarru. practi. quæstio. c. 1. num. 9. vers. secundo hinc apparet, & in reg. possessor, in 2. par. §. 3. & in vtroque casu semper excepta censetur maioria & suprema iurisdictio. circa appellationes & quærellas, & alia quæ sunt supremæ iurisdictionis, quæ de iure cómuni & regio, nec præscribi, nec alienari potest, nec illo casu a Rege in alium censetur translata, vt late idem Couarru. tradit in cap. 4. practi. quæstio nu. 1. ideo appellandum est ad Regem â Prelatis, & Episcopis temporalem iurisdictionem exercentibus, tanquam ab ipsius regis vassallis & subditis, sicut à cæteris vassallis iurisdictionem temporalem in hoc regno habentibus appellatur, prout in d. l. 8 ti. 3. lib. 1. recomp. disponitur, ibi: *Como juezes temporales, e no como juezes Eclesiasticos, segun lo hazen los otros nuestros subditos que tienen vassallos e jurisdicion temporal en los nuestros Reynos. Y mandamos, que en todas las causas temporales, que dellos,*

de los, o de qualquier dellos fuere apela do para las nuestras Chancillerias, &c. Quod etiam de consuetudine, cuius initij memoria non extat receptissimum est.

121 Vigesimoquinto, limita vt in casibus in quibus princeps sæcularis, & eius regalis Curia possit cognoscere contra clericos & ecclesiasticos iudices, & de eorum causis, prout in supradictis limitationibus dictũ est, possit eis imponere pœnam amissionis naturalitatis & rerum temporalium quas in suo principatu obtinẽt, vt post Guilliel. Benedict. & Carol. de Grass. tradit Couarru. pract. quæstio. c. 35. n. 3. vers. aduersus, vbi ait in hoc regno, hanc pœnæ comminationem quotidianam esse, & ita patet ex l. 1. & 2. tit. 1. lib. 4. recomp. & ex l. 1. & 2. tit. 8. lib. 1. eiusdem recomp. & ex l. 7. tit. 4. eiusdem lib. & ex alijs legibus huius regni, & prouisionibus ordinarijs regalibus, quæ frequẽter in Regijs Curijs dantur.

122 Vigesimosexto limita, dictam cõclusionem non procedere, quando clericus litigat coram iudice sæculari contra laicum & succubuit, quia tunc potest is iudex cõdemnare clericum in expensis, vt notant Imol. Feli. & alij, in c. atsi clerici, de iudi. Marant. de ordine iudi. 4. p. distin. 11 num. 35.

123 Vigesimoseptimo limita, vt clericus quamuis subiectus legibus & statutis laicorum, non sit si tamen agit coram iudice sæculari tenetur seruare leges statuta, & consuetudines curiæ sæcularis in concernentibus ordinem & modum procedendi in iudicio, l. cum clericis in fine, secundum Cyn. ibi, C. de Episcop. & cleri. glo. & Scribentes, in c. quod clericis de foro compet. vbi Abb. nu. 10. testatur hanc esse communem opinionem, Alexan. conf. 164. col. 1. lib. 6. vbi ait communem Deci. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, n. 11. & 50. de constituti. Corne. plures allegans & fidem faciens de communi, conf. 114. col. 3. lib. 2. Mexia, in l. taxæ panis, concl. 5. n. 20. Roland. cons. 57. n. 20. lib. 2. & cons. 48. nu. 3. & 20. lib. 4. Hippolyt. Rimi. cons. 473. num. 3. lib. 4. & cons. 479. num. 9. cum duobus sequentibus, lib. 4. vbi testatur de communi.

124 Quod procedit indistincte, siue quæstio sit inter duos laicos eiusdẽ fori, siue diuersi, siue inter clericum & laicum, nam semper seruantur leges, statuta & consuetudines loci, vbi agitur causa circa litis ordinationem cum dictæ leges & consuetudines non concernãt personam, sed causam, vt tenent glo. & Doctores, in d. c. quod clericis de foro compet. Bar. in l. 3. §. testes, ff. de testib. & in l. cunctos populos, col. 4. vers. nunc veniamus, C. de summa Trinit. & Fide Cathol. Bal. in rub. de consti. col. penul. vers. quæro si quis, Alberi. in 2. par. stat. q. 8. vbi testatur de communi, Alex. d. cons. 164. col. 1. lib. 1. idẽ Alex. Soci. Deci. & Curti. Iuni. in l. solet, ff. de iurisdictio. omni. iudi. Roch. de Curt. in c. fin. n. 773. de consuet. Gui. Pap. q. 262. Vant. de nullit. in rub. de nullit. ex deffectu process. numer. 56. Roland. in d. cons. 48. nu. 3. cum seq. lib. 4.

125 Et hoc est etiam obseruandum, quando clericus, vel alius agit corã iudice delegato, nam in his quæ cõcernunt litis ordinationem & modũ procedendi locus iudicij debet attendi, siue clericus, vel laicus agat corã iudice ordinario, siue delegato, vt notat Bal. in c. de causis, col. 2. versic. quæro vtrum iudex delegatus, de foro compet. Alex. col. 1 Deci. num. 10. Soci. col. 1. & Curti. Iunior, n. 4. in d. l. solet, ff. de iurisdictio. omni. iudi. Iacob. de Nig. in l. si prætor, col. 1. vbi etiam Curti. Iunior, eadem col. 1. de offi. eius cui mand. est iurisdictio. Butri. Imol. & Barb. in rub. de consuet. Roch. de Curt. in d. cap. fin. q. 16.

q.16.nu. 774. verſ.tertio amplia. de conſuet. Ruyn. conſ.83. num.3.lib.5. Roland.late d.conſ.48.n.13.cũ alijs ſequent.lib.4.vbi hanc teſtatur receptiorem & veriorem opinionem.

126 In his autem quæ concernunt deciſionem cauſæ, non attenditur lex ſtatutum, ſeu conſuetudo loci iudicij, ſed loci litigantium, vt notant glo.& communiter Scribentes, in d. c.quod clericis, de foro compet. & alijs ſuperius citati,qui loquũtur circa litis ordinationem,& modum procedendi præcipue Roch.de Curt.in d.c.fin.n.768.cum ſeq.de conſuet.Et eſt aduertẽdum,quod ſi agitur ratione contractus locus litigantium dicitur ipſe locus contractus, & ſic ſtatutum, ſeu conſuetudo loci contractus debet attendi. Si agatur ratione delicti locus delicti dicetur locus litigantium,ſi agatur ratione rei tunc locus litigantium dicetur locus rei ſite, & ſi agatur de perſona attenditur locus ipſarum perſonarum, vt late tradit Roch.de Curt. in d.c. fin. n.770.vbi facit regulam cum ampliationibus & limitationibus. Si vero non agatur ratione contractus, vel delicti,aut rei ſite,ſed ratione tantũ habilitatis perſonarum, & diuerſæ ſint leges,ſeu conſuetudines rei à legibus, ſeu conſuetudinibus actoris, tunc attendendæ ſunt leges,ſeu conſuetudines rei, vt ſentit Roch. de Curt.in d.c.fin.n.780.quem refert & ſequitur Tiberi. Decian. reſponſo 11.n.187.lib.1.

127 Vigeſimo ſeptimo limita, dictam principalem concluſionem non procedere in collectis,& contributionibus impoſitis pro conſeruatione & cuſtodia meſsium,vinearum & aliorum fructuum communium, nam cũ talis conſeruatio fieri debeat expenſis eorum quorum ſunt fructus, vt notant Bar.Alex.& alij,in l. cum quæreretur,§.fin.ff.de leg.3. Deci.in c.2. num.107.de probatio,& poſt Auéd. tradit Azeued.in l.12.tit.3.lib.1. recomp.n.1. Clerici,qui vineas,meſſes, vel alias ſimiles res habent tenentur pro rata contribuere pro coſtodia earum, & ex fructibus eorum indirecte,poteſt fieri ſolutio cuſtodibus per iudicem ſæcularem,vt tradit Azeue. in dict. l. 12. ex qua probatur ibi: *Que aſsi clerigos, como legos lo pagnen,&c.*

128 Vigeſimooctauo limita, in caſibus vbi clerici tenentur ſimul & mixtim cum laicis contribuere cauſa neceſsitatis,& communis vtilitatis, vt ſupra in 23.extenſione diximus, nam inſtante in his caſibus magna neceſſitate reſpiciente æque principaliter vtilitatem clericorum, ſicut laicorum ſi requiſitus clericus, & iudex Eccleſiaſticus differant ſubire onera ad quæ clericus tenetur, & periculum ſit in mora,poterit iudex ſæcularis ex fructibus & alijs bonis temporalibus clerici,ſoluere id quod pro rata bonorum & onerum clerico incumbit,& ſic eum cauſatiue compellere, notat Inoc. in c. poſtulaſti de foro compet.Bal.in authen. ſed periculum,col.vltim.verſ. & ſi dicatur, c. ſine cenſu,vel reliquis, & inc.poſtremo.3.circa finem, de appellatio. tradit late Cacher.decis.68.num.23. cum pluribus ſequentib.poſt Incola, Balb. in conſilio poſt dictam deciſ. poſito,num.35.cum ſequentib.Guilliel.Benedict.in c. Raynuntius, verbo,& vxorem, nomine, Adelaſiam, deciſ.5. num. 470. cum pluribus ſequent.

129 Vigeſimonono limita, quando iudex ſæcularis præcipit mundare & reparare vias publicas, ciuitatis, aut villæ,nam tunc cogere poteſt clericos & Eccleſiaſticas perſonas ſuis expenſis,reparare viam ante domum,& itineris pertinentia ſua mundare, vt tenet Cepola,in tract. de ſeruit. ruſti.prædior,tit.de ſeruitut. viæ,q.26. quem refert & ſequitur Mexia, in l.

taxæ

taxæ panis, conclu.5. n.70. qui testatur ita vidisse practicari.

130 Trigesimo limita, non procedere in reparatione domus clerici, vel Ecclesiasticæ personæ, nam clerici & & Ecclesiasticæ personæ, possunt cogi domos suas reparare, etiam per iudicem sæcularem, vt tradit Guilliel. Benedict. in c. Raynuntius, verbo domum, nu.17. quem refert & sequitur Auend. de exequendis mand. reg.c.3.n.7. in 2.par. dicens, quod licet hoc sit pium & iuridicum, de consuetudine non seruatur, in vno tamen casu seruari posset, quando esset periculum in mora & clericus requisitus nollet domum suam reparare, nec iudex Ecclesiasticus eum cõpellere, quia tunc indirecte ex fructibus & bonis temporalibus clerici poterit iudex sæcularis hanc reparationem facere, cum sit vtilis & necessaria, non solum ipsi clerico, sed etiã vicinis & communitati ex his quæ tradit Cacher. decis.68. num.23. cum alijs seq.

131 Trigesimoprimo limita, quando causa conseruandarum aliarum ędiũ tolluntur de facto de mandato iudicis sæcularis ædes intermediæ, ne in eis incendatur ignis, & vltra progrediens omnes consumat, nam hoc fieri debet, quamuis clerici sint ædes in termediæ, quæ tolluntur ob commune & publicam vtilitatem, l. si alius, §. est & alia exceptio, ff. quod vi aut clam l. quemadmodum, § magistratus, ff ad l. Aquil. l.3. tit 10. par. 7. & in hac specie notat Calca cons. 7. n. 20. Mexia, in l. taxæ panis, conclu.5. n.45. Et ratio est, quia hoc non fit in damnum clerici, sed ad prouidendum suæ indemnitati, l. si quis fumo, §. quod dicit, ff. ad l. Aquili.

132 Trigesimosecundo limita, quando animalia clericorum reperta sunt infundis, & pascuis alienis, nam tunc propena debita, secundum populi statuta talia clericorũ animalia possunt per custodem, vel alium laicum de mandato iudicis sæcularis capi & pignorari, sicut fit pro pœnis animalium laicorum, quia statuta & consuetudines populorum, circa conseruationem fructuum, & aliarum rerum communium ligant clericos, per ea quæ late supra diximus in 23. extensione, & in 27. & 28. limitatione, vt in hac specie notat Lucas de Pena in l.2. C. de naui. non excu. lib.10. Auend. de exequend mand. reg. c.4. n.30. vers. item in proposito. & in c. 13. n.7. in 1. part. & probatur iure Regio in d.l.12. tit.3. li.1. recop. ibi: *Que todos, assi clerigos, como legos lo paguen*. Ex qua lege probatur etiam quòd animalia Clericorum possunt capi, & pignorari per laicum, ibi: *Tmandamos, que las prendas se cobren, assi de los vnos, como de los otros*, hoc est, quòd quemadmodum animalia laicorum pignorantur, & capiuntur per secularem, ita animalia Clericorum: nam verbum illud, *assi*, in vtraque clausula appositum denotat similitudinem & æqualitatem in quantitate pœnarum, & in modo pœnandi, & exequendi pœnas: & ita seruatur de consuetudine, nisi pignora non possunt capi, quia tunc Clericus conueniendus est coram suo iudice Ecclesiastico secundùm Castell. in l.70. tauri. n.18. & Greg. Lop. in l.24. tit.15. par.7. in glos. *verel ganado*, & Auiles. in ca.17. prætorum glo.1. num.12. quos sequitur Azeued. in d l.12. n.2 tit.3. lib.1. recop. Possunt tamen pastores clericorum conueniri etiam non captis pignoribus, coram iudice sęculari pro pœna & damno, propter mercedem & malam custodiam, vt post Ioan. Andr. Anto. Card. & Ancha. in c. grauamẽ, de sent. excommu. tenent Gre. Lop. Auend. & Azeued. in locis superius citatis.

133 Trigesimotertio limita, quando locustæ vermes, & huiusmodi animalia

mali nascuntur in vineis, & messibus alicuius termini, vbi clericus habet vineas, vel messes cum alijs vicinis, nam his clericus cōtribuere tenetur pro rata, vt dicta animalia occidantur, & vineæ & messes mundentur per ea quæ supra in dicta 23. extensione ad principalem conclusionem notauimus, quia vbi tractatur de generali vtilitate clericorum & laicorum, simul & mixtum clerici tenentur cum laicis contribuere, vt notant Bar. in l. nullus, C. de cursor. publi. lib. 12. Abb. in c. 2. num. 10. de immunit. Eccles. las. & Pap. in l. placet, C. de sacrosanct. Eccles. Ripa, in l. 4. in prin num. 31. de re iudi. ff. & in tract. *de peste*, in vlti. par. char. 26. & 30. & lib. 2. respon. c. 20. Parisi. consi. 25. num. 74. lib. 1. latè Cacher. decis. 68. n. 4 & seq. cum alijs adductis in d. 23. extensione, ad hanc principalem conclusionem, & in hoc casu stante necessitate, etiam de facto indirecte ex fructibus vinearum & messium, vel ex alijs bonis clerici poterit pro rata fieri solutio per vniuersitatem, vel iudicem sæcularem, arg. l. ædiles, §. pedius, ff. de ædilit. ædict. & c. resecandæ 24. q. 3. & c. ipsa pietas. 23. q. 4. & l. nam & salutem. §. fin. ff. de offi. præfect. vigil. & eorum quæ tradit Feli. in c. penul. 1. no rab. de homicidio, & Ripa, in d. trac. *de peste*, in vltima parte, de remed. ad curand. pest. fol. 30. Neuiz. in silua nupt. lib. 3. in prin. n. 420. ad quod facit d. l. 12 tit. 3. lib. 1. recop & dicta in limitationibus præcedentibus, & hāc limitationem sentit Mexia, in l. taxę panis, conclu. 5. n. 44. in quantum dicit, quod in hoc casu quantūcumque priuilegiati possunt cogi etiam de facto suis expensis, suas messes arbores, vel vineas mundet quamuis expresse non declarat per quem iudicem sint cogendi, quod intelligo si requisitus clericus & iudex Ecclesiasticus, differant hanc contributionem ad quam clericus tenetur, prout in alio simili casu explicat Octauianus Cacher. in dicta decisione 68. numero 23. cum sequent. & numero 30.

134 Trigesimo quarto limita, dictam principalem conclusionem locum non habere in clerico sacerdote vendente vinum in sua domo cum mensura falsa, nam in hoc casu multari potest per iudicem sæcularem, vt tenet Cassane. in consuet. Burg. rub. 1. §. 5. in glo. Silua. Grace. num. 91. quem refert & sequitur Mexia, in l. taxæ panis, conclu. 5. num. 29. quorū opinio vera mihi non videtur ex his quæ supra in principali conclusione, cum suis extensionibus diximus, poterit tamen in hoc casu iudex sæcularis talem mensuram falsam frangere vbicumque reperiatur, etiamsi clerici sit, l. item quæritur, §. si quis mensuras, ff. locati: & punire laicum, qui ea mensura falsa etiam mandato clerici vtitur, quamuis eius famulus sit cum non gaudeant clericorum famuli priuilegio clericali, secundum magis communem opinionem, de qua testatur Capici. decis. 12. num. 2. in fine, & Iuli. Clar. in §. fin. q. 35. num. 18. quam etiam fatetur communem Anto. Cuch licet sentiat contrarium lib. 3. insti. maior. titulo. 9. numero 16.

135 Trigesimoquinto limita, vt iudex sæcularis possit de facto proijcere perdere & concremare merces corruptas pharmacopolarum, & aliorū aromatariorum, etiam si talis pharmacopola clericus sacerdos, sit arg. text. in l. cætera, §. mala, ff. familiæ ercisc. & in d. l. item quæritur, §. si quis mensuras, ff. locati, & in l. lectos C. de peri. & commodo rei vend. ex quibus iuribus hanc limitationem notat Mexia in d. l. taxæ panis, conclu. 5. num. 32. qui testatur eam vidisse practicari vtrariæ, cuius opinio mihi placet, propter publicam vtili-

vtilitatem reseruata punitione iudici Ecclesiastico.

136 Trigesimosexto limita, dictã principalem conclusionem locum non habere in clerico, qui in artificio delinquit, nam occasione illius artis potest conueniri & iudicari sub eiusdẽ artis iudice, vel rectore, vt notat Bal. in addi. ad Specul. in tit. de reo, vers. quid si scholaris, quẽ rafert & sequitur Aufre. in clem. 1. de offi. ordi. reg. 1. fall. 16. Cassan. in cõsu. Burg. rub. 1. §. 5. gl. Silua. Grace. n. 71. & 89. Auẽ. de exequend. mand. reg. 1. p. c. 19. nu. 28. in fine, cum seq. Mexia in d. l. taxæ panis, conclu. 5. nu. 21. & ratio est, quia cum sit negotiator vti debet iuri communi quantum ad illam negociationem pertinet, l. 2 C. de Episcop. & cleri. Quod intellige præcedente trina monitione, vt in c. fin. vbi Anto. & alij, de vita & honest. cleric. Feli. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, n. 71. & 72. de consti Bembenut. Siracha, in tract. de mercatura, 3. par. in tit. de his qni mercat. exer. nõ possunt, n. 9.

137 Trigesimoseptimo limita, nõ procedere in clerico, qui in officio sæculari delinquit, nam quamuis sit in sacris ordinibus constitutus, ac etiam in Episcopali dignitate, potest à Principe sæculari officio priuari, l. quicũque, C. de Edisc op. & cleri. authen. de mand. Princip. §. festinabis, Guillielm. Benedict. in cap. Raynuntius, verbo, & vxorem, nomine, Adelasiam, in 2. decis. num. 165. de testam. traddit Redin. de maiest Princi. verbo, sed etiam per legitimos tramites, nu. 183. & ita in hoc regno seruatur, de consuetudine, quod est sine dubio, cum officia sæcularia dentur durante voluntate Regis. Imo intelligo, quod non solum solet priuari clericus officio sæculari, sed etiam condemnari in pœna pœcuniaria cum sindicatur, seu visitatur.

138 Trigesimooctauo limita dictam principalem conclusionem nõ procedere in clerico aduocato, procuratore, vel notario, nam si in his oficijs delinquat cotam iudice sæculari, potest per eum pecuniatiter mulctari ex l. athletas, ff. de his qui notantur infamia, traddit Guilliel. Bened. in d. verbo, & vxorem, nomine, Adelasiam, in 2. decis. n. 142. in fine.

139 Trigesimonono limita, quando clericus factus est bigamus, quia tũc non gaudet priuilegio fori, vt notat & declarat Auf. e. in clem. 1. de offi. ordi reg 1. fall. 8 traddit Benedict. Capra, reg. 97. num. 25. Auẽd. de exequend. mand. reg. 1. p. ca. 22. num. 18. Iuli. Clar. in § fin. q. 36. n. 9. Quod intellige nisi post commissum aliquod delictum & accusationem de eo factam bigamus effectus sit, quia tunc attenditur status quo delictum patratum fuit, & iudex Ecclesiasticus de eo cognoscere debet, vt traddit Anto. Cuch. lib. 3. insti. maior. tit. 9. num. 19. sicut diximus de eo, qui post commissum delictum vxorem duxit, vt notat Thom. Gram. decis. 10. Carauit, ritu. 66. magnæ Curiæ, Iul. Clar. d. q. 36. n. 11.

140 Quadragesimo limita, in clerico in minoribus ordinibus constituto, qui hodie fori priuilegio gaudere non potest, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, vel clericalem habitum & tonsuram deferens alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi in seruiat, vel in seminario clericorum, aut aliqua schola, vel vniuersitate, de licentia Episcopi, quasi in vna ad maiores ordines suscipiendos versetur, vt disponat sacros. Syn. Triden. cap. 6. sessione. 23. circa quod videnda est forma traddita in fine tituli. 4. lib. 1. recop. versic. *Quando ocurriere*.

141 Quadragesimo primo limita in clerico coniugato, qui nõ gaudet priuilegio fori, nisi cum vnica virgine contraxerit, & tonsuram, & vestes

T cle-

clericales deferat,& alicuius Ecclesiæ seruitio, vel ministe io ab Episcopo deputatus eidem Ecclesiæ seruiat,vel ministret his namque concurrentibus,non solum criminaliter, sed nec ciuiliter ad iudicium sæcula re trahi potest,vt disponit sanct.Syn. Triden. in d c.5 ad finem,sessio. 23. & d.vers. *Quando ocurrere*, in fine, quamuis de iure ante Sanct. Concilium Tridentinum,secundum magis communem opinionem Doctorum, clerici coniugati etiam si tonsuram & vestes clericales deferant, non sunt in ciuilibus à iurisdict one sæcu lari exempti, vt tenent plures citati per Couarru.pract.quæst.c.31. nu.7. vbi testatur hanc esse communem opinionem.

142 Quadragesimo secundo limita, dictam principalem conclusionem nó procedere,quando aliquis allegaret se clericum,& portare vestem & tósuram,nam quamuis cognitio huius allegationis regulariter sit iudicis Ecclesiastici,vt supra in 13.extensione diximus tamen si iudex sæcularis statim denudo capite contrariũ cog nouerit poterit tunc denegare remissionem ad iudicemEcclesiasticũ, tanquam calumniosam, iuxta notata per glo.& Doctores,in l 1.ff. de offi. assessor.traddunt Dominic. & Frãc. in c.1.§.1.col.2.de cleri. coniugat. in 6.Aufre.in tract.de potestate sæcula ri super personas Eccles.col.3.& Mascard.2.p.de probatio. conclu.689.n. 10.dixi in d.13.extensione

143 Quadragesimotertio limita, non procedere in clerico degradato,etiã in sacris constituto, quem iudex laicus potest absque aliqua traddicione punire, si actualiter sit degradatus, cap.2.de pœnis in 6.cap. nouimus, vbi Abb.de verbor.signi. Abb. & alij in cap.atsiclerici,de iudi. Bar. in l.1. ff. de pœnis, Scribentes in cap. cum non ab homine,de iudi.vbi Alciat. testatur de communi, Marant. de ordine iudici.4.par. distin 11 nu. 45. testatur etiam communem opinionem,Villalobos, in sua collectanea commun.opin lit.C. num 71.& Iuli.Clar.in §.fin.q.36.Grego. Lop. in l.60.tit.6.par.1.in glo.verbo, *dar lo luego*.

144 Clericus autem degradandus est pro crimine hæresis, vt in c. ad abolendam,vbi Doctores, de hæreti. & in c.super eod.tit.in 6. d.l 60. tit. 6. par.1.vel pro crimine falsi commissi in literis Apostolicis,vt in c. ad falsariorum, vbi Doctores, de crimine falsi, d.l.60. in prin. & pro crimine conspirationis in proprium Episcopum,c.si quis sacerdotum.11.q.1.c.ac cusatoribus.3.q.5. glo.& Doctores, in d.c. ad abolendam, verbo, relinquatur,glo.in c.1.de testib. cogend. vbi idem dicitur,si clericus Episcopum improperat,& ei sit inobediẽs, quod expresse probat d.l.60.

145 Quibus adde homicidium qualificatum per insidias & proditoriæ, & alia enormia & grauissima delicta pro quibus etiam clericus,potest actualiter degradari,vt tenent plures relati per Grego.Lop. in d. l. 60. in glo.verbo,homicidio, vbi hanc extensionem,late examinat plures casus in praxi adducens tradit abunde. Guilliel.Benedict.post tertiam partem repetitionis,cap.Raynuntius, in quæstione de homicidio, vbi in nu. 41. dicit hanc esse magis communem opinionem Foller. in practica canonica,fol.273. Bernard. Diaz, in practi.cap.90.Carrer. in practi. fol. 544.Couarrub.lib.2.variarum resolutio.cap.20.num.7.Iuli. Clar. in d. quæst.36.num.40. versic.pariter, etiam,qui alios refert quos vide,quia ardua est hæc quæstio.

Si vero clericus sit verbaliter degradatus, tunc requiritur traddition ad hoc, vt possit ab sæculari iudice puniri, vt diximus supra in 43. extensione.

Qua-

146 Quadragesimoquarto limita, nisi clericus etiam in sacris depositus verbaliter, sit vere incorregibilis, quia tunc absque vlla degradatione & traditione iudicis Ecclesiastici, potest per iudicem sæcularem puniri, c. cum non ab homine, de iudi. vbi Ioan. Andre. Cardi. Imol. Abb. & Deci, notant Alex. de Neuo, consi. 58 nu. 28. vbi hanc testatur communem opinionem, cap. de leguribus. 23. q. 5. Couarru. practi. quæstio. c. 32. nu. 2. vers. 2. est notãdum, vbi ait communem Iuli. Clar. d. q. 36. nu. 33. & 37. & expresse probat l. 61. tit. 6. par. 1. quæ postquam loquuta est de clerico ver baliter degradato, dicit: *Pero si despues desto non se quisisse castigar, e fiziesse algun mal porque mereciesse pena en el cuerpo, deuenlo dexar a los legos que lo juzguen segun su fuero, e de alli adelante finca al fuero seglar,* quã l. intellige præcedentibus requisitis contentis, in d. c. cum non ab homine, de iudi. vt post Abb. & Deci. ibi, notat Gregor. Lop. in d. l. 61. in glos. verbo, *no se quisiesse castigar,* & Couarru. loco citato in fine, in memor. d. l. par.

147 Quadragesimo quinto limita, vt iudex sæcularis possit punire clericum, etiam in sacris constitutum, absque vlla degradatione, qui assassini crimen comisit, vt probatur ex cap. 1. de homicidio, in 6. tenent Aufre. in clem. 1 de offi. ordi. reg. 1. fall. 18. Capi. decis. 112. Thom. Gram. voto. 9. n. 4. & voto. 11. n. 8. Paris. de Puteo, in tract. syndi. char. 8. col. 2. Hippolyt. in l. vnica, n. 107. C. de raptu virgi. & in practi. crimi. §. diligenter, n. 160 & in §. examinanda, n. 25. Lamberti. in c. 1. de hæreti. in 6. q. 11. n. 88. qui hanc testatur communem opinionem Bernard. Diaz in practi. crimi. c. 96. qui dicit hãc esse cõmunẽ opinionẽ Carrer. in pract. crimi. §. 5. n. 11. cum seq. Guilliel. Bened. in c. Raynunt. verb. & vxorẽ, nominẽ, Adelasiam, n. 440. de testam. Cassane. in consuet. Burg. rub. 1. §. 5. n. 66. Couarru. lib. 2. variar. resolutio. c. 20. n. 10. vers. Sexto deducitur, & practi. quæstio. c. 32. n. 2. Anto. Gabri. lib. 7. recept. sent. de criminalibus, conclus. 1. n. 24. Plaça, lib. 1. delict. c. 19. num. 26. Auend. de exeq. mand, reg. 1. p. c. 22. n. 4. Remigi. Gõ. de immunit. Eccle. f. 144. fall. 15. nu. 10. Iuli. Clar. d. q. 36. n. 29. & 30. cum seq. & in §. assassin. vers. sed quæro, Roland. consi. 24. n. 10. lib. 1. Bossi. in tit. de foro compet. num. 142. Federi. Scot. in 2. p. respon. lib. 4. respon. 8. n. 8. & 9. Tiberi. Decian. respon. 82. n. 7. & 8. lib. 2. testatur communem opinionem Viui. lib. 1. commu. opi. opinione 163. qui principaliter mouentur, quia clericus crimen assassini cõmittens ratione tanti sceleris ipso iure remanet spoliatus omni priuilegio clericali, & positus in potestate iudicis sæcularis, Parlado. 3. tom. differẽtia. 9. §. 4. n. 6. est tamen aduertendũ, quod ante omnia ista qualitas grauitatis criminis est plenissime probanda adhoc, vt iudex sæcularis possit clericum de hoc crimine punire cum sit fundamentum suæ iurisdictionis, vt aduertit Auẽd. in d. c. 22. n. 4. vers. tamen vt iudex, 1. p. quæ omnia in ista limitatione dicta debent intelligi dũ modo prius declaretur per iudicem Ecclesiasticum, clericum commisisse assassinium, vt aduertit Salzed. in additionibus ad Bernar. Diaz, c. 96. verbo, præcedat degradatio, nu. 42. Zaua. 4. tom. commu. opi. q. 91. n. 42.

148 Quadragesimosexto, dictam principalem conclusionem locum nõ habere in clerico, etiam in sacris constituto, qui dimisso habitu & tonsura se enormitatibus immiscet, nam si trina monitione a suo Episcopo, vel Prælato fuerit admonitus, vt ab his enormitatibus desistat, & habitum resumat, & non fecerit amittit priuilegium fori, & per iudicem sæcularem puniẽdus est, cap. perpendimus, vbi

communiter Scribentes, de sent. excommuni. & hoc est sine controuersia, nam quamuis diuersæ sint opiniones, an sit necessaria trina monitio, vel non, quando clericus enormitatibus se immiscet, vt refert Capici. decis. 161. & Iuli. Clar. d. q. 36. n. 23. Tamen præcedente trina monitione omnes concordant, quod amittit fori pri-
149 uilegium. Et hanc trinam monitionē esse necessariam, tenent plures quos supra in 4. extensione citauimus, ex magis communi opinione, quamuis Alex. de Neuo, cons. 59. nu. 20. post alios dicat communem esse opinionem contrariam, quam etiam sequitur Iuli. Clar. loco proxime citato dicens ab ea iudicando & consulendo non esse recedendum.

150 Quadragesimo nono limita, nisi quis post commissum delictum, fraude & dolo ordinem Ecclesiasticum assumpserit, vt a iudice sæculari puniri possit, tunc namque non liberatur à iudicis sæcularis iurisdictione, vt probatur in l. hos accusare, vers. dum non retractandi causa, ff. de accusatio. & in l. si maritus, §. legis, ff. de adult. cum pluribus alijs adductis per Couarru. practi. quæstio. c. 32. n. 4. vers. Secunda conclusio, vbi hanc testatur communem opinionē, testantur etiam communem Imol. cons. 119. nu. 1. Bossi. in tit. de pœnis, n. 38. Plaça, lib. 1. delict. c. 35. num. 1. Viui. lib. 1. opin. 38. Iuli. Clar. in d. §.
151 fin q. 36. n. 43. Sed hoc casu non poterit puniri corporaliter à iudice sæculari, sed tantum in pœna pecuniaria, vt tradit Aufre. in d. clem. 1. de offi. ordi. reg. 4. fall. 11. vbi hanc testatur communem opinionem, & Couarr. alios referens, in d. cap 32. num. 4. in quæsti. practi. vers. Tertia conclusio, dicit etiam communem Plaza, d. cap. 35. num. 3. & Bossi. in d. tit. de pœnis num. 38. Iuli. Clar. in d. quæst. 36. num. 43. Et quando præsumatur delinquentem suscepisse ordinem clericalem traddunt Couarru. Plaza, & Iuli. Clar. in locis citatis.

152 Quinquagesimo limita, vt si clericus sit captus à iudice sæculari debeat pœnes eum, ita captus in carceribus detineri, donec fuerit per iudicem Ecclesiasticum cognitum de clericatu, & si appareat clericum esse & fori priuilegium non amisisse remittendus est ad iudicem Ecclesiasticum, vt tradit Afflict. in consti. Regni, 1. par. rub. 3. num. 19. qui ita seruari de consuetudine testatur, & Couarrub. practi. quæstio. c. 33. num. 4. Iuli. Clar. d. q. 36. nu. 21. & probat expresse, l. 7. tit. 4. lib. 1. recop.

Et est aduertendum, quod ad hoc vt iudex sæcularis teneatur remittere clericum ad iudicem Ecclesiasticum in ipsa inhibitoria inseri debet titulus beneficij, & informatio ex qua constet reum esse clericum, & in eo concurrere ea quæ sunt necessaria ad fori priuilegium, iuxta formam traditam in tit. 4. in fine, vers. *Quando ocurriere*, lib. 1. recop.

Et hæc remissio fieri debet cum custodibus expensis ipsius clerici, vt notant Bal. Aufrer. & Boeri. citati per Couarru. in loco superius allegato, num. 5. quos ipse sequitur.

153 Quinquagesimo primo limita, nisi clericus inueniatur in fraganti delicto, nam tunc potest capi à iudice sæculari, & ab eius familia; vt traddatur iudici suo Ecclesiastico, vt notat Bar. in l. si quis in seruitute, nu. 2. ff. de furtis, Bal. in l. ff. qua per calumniam, C. de Episcop. & cleri. & in c. 1. §. si quis, de pace iur. form. Scribentes communiter, in c. cum non ab homine, de iud. Inoc. Ioan. Andr. & alij in c. vt famæ, de sent. excōm. Aufre. in cle. 1. de offi. ordi. in 2. q. Feli. in c. si vero, n. 2. & 4. de sent. excōm. vbi hāc testatur cōmuuē opinionē Plot. cons. 24. n. 22. Auend. 1. p. de exequē. mand. reg. c. 22. nu. 2. Iuli. Clar. in §. fin. q. 28. num. 6. Et hoc non solum in

in ipso actu delinquendi, sed paulò post immediate poterit iudex sæcularis, vel eius familia clericum delinquentem capere adducẽdum eum ad suum iudicem Ecclesiasticum, non autem ex interuallo, vt notant Doctores, in d.c. cum non ab homine, de iudi. Alex. in additio. ad Bar. & alij moderni, in d. l. si quis in seruitute, ff. de furt. Plot. in d. conf. 24. nu. 22. Imo in fraganti delicto potest etiã clericus capi à quocumque laico, vt tenent Doctores, in d.c. cum non ab homine, de iudi. vbi Areti. n. 14. testatur hanc esse communem opinionẽ, & Iuli. Clar. in d. q. 28. n. 6. Et regulariter quilibet etiam iudex in competens, vel alia priuata persona potest capere delinquentem, & ad viginti horas, & non vlterius detinere intra quas eum ad iudicem suum deducere debet, l. 3. d. l. si quis in seruitute, vbi Bar. nu. 1. ff. de furt. l. capite quinto, vbi Bar. ff. de adult. idẽ Bar. in l. cũ eo, ff. ad l. Iuli. pecul. & Scribentes, in d. c. cum non ab homine, de iudi Plot. d. conf. 24. nu. 21. tradit Capra, reg. 75. n. 10. vbi testatur hãc esse communem opin.

154 Quinquagesimo secundo limita, quando clericus esset suspectus de fuga, quia tunc eadem ratione poterit quoque capi à iudice sęculari, vel eius familia, & ad iudicem Ecclesiasticũ duci, vt tenent Doctores, in d.c. cum non ab homine, de iudi. Ias. in l. vinum, col. 4. vers. secundo infero, ff. si cert. per Roma. & Purpu. in l. 2. ff. de iurisdictio. omni. iudi. Curti. in tract. de sequestr. q. 17. Neuiz. cons. 52. n. 7. testatur communem Doctorum opinionem, Alciat. in d.c. cum non ab homine, n. 61. de iudi Villalob. commu opi. lit. C. n. 77. Iul. Cla. d q. 28 n. 6. Roland cons. 65. n. 29 lib. 3. Imo si clericus debitor anfugiat cũ pecunia, aut re, debitoris laici poterit ab eodem capi, & ad iudicem Ecclesiasticum duci, vt tradit Bene- dict. Capra, dict. reg. 75. numero. 7.

155 Quinquagesimo tertio limita, nisi clericus sit repertus cum armis prohibitis eo enim casu iudex sæcularis, seu eius familia poterit ei arma auferre, vt post alios traddunt Couarr. practi. quæst. c. 33. n. 7. Plaza, lib. 1. de lictorum, c. 8. n. 26. Iuli, Clar. in §. fi. q. 36. n. 26. Redin. de maiest. Princip. in prin. n. 163. cum pluribus sequentibus, qui testantur de communi & cõsuetudine, quod intellige, non solum quando clericus portat arma prohibita laicis, sed etiam eis permissa ante sonnitum campanæ, quam dicunt *de queda*, nam si clericus repertus fuerit cum armis de noctæ ambulans per ciuitatem, absque habitu decente & honesto, & sine lumine possunt ei arma auferri per iudicem sæcularem, vel eius ministros, quacumque hora noctis, etiam ante sonnitum cãpanæ, sicut si sonita esset, vt tenet Azeued. in l. 9. tit. 3. lib. 1. recop. n. 1. supplens in ea. l. verbum, maxime dum dicit, *despues de la campana de queda*, cum militet eadem ratio in vtroque casu, & ita seruatur de consuetudine. Imo potest iudex sæcularis clericos arma deferentes pœna pecuniaria pro delatione armorum imposita punire, vt traddit Couarru. pract. quæstio. c. 33. n. 7. & Azeue. in d. l. 9. n. 2. circa quid vide plures citatos per Ioan. Lup. in reper. c. per vestras. in 2. notab. in §. sed est pulchra dubitatio, in fine.

156 Quinquagesimo quarto limita, vt clericus repertus de nocte ambulãs per ciuitatẽ, absque habitu decente, & lumine nõ solũ possint ei arma auferri, vt in præcedenti limitatione dictum est, sed potest capi per iudicẽ sæcularẽ, vel eius ministros & duci ad iudicem suum Ecclesiasticum, vt traddit Couar. in d.c. 33. n. 7. & Did. Per. in l. 15. tit. 3. lib. 1. ordin. quod ex presse disponit d. l. 9. tit. 3. lib. 1 reco.

157 Quinquagesimo quinto limita, quãdo imploratur a iudice Ecclesiastico auxi-

auxiliũ brachij sæcularis contra clericũ pro executione iustitiæ, nã tunc iudex sæcularis potest eũ clericũ punire, vt in c. perpendimus, vbi Scribẽtes, de sent. excómu tradũt Card. Floria. & alij, in c. si iudex, eod. tit. in 6. Panor. in c. nouimus, de verb. signi. Menochi. post Bellame. in tract. de reti. possess. remed. 3. n. 359.

158 Imo iudex sæcularis requisitus à iudice Ecclesiastico tenetur impertiri brachium suum & econtra, debẽt enim se inuicem iuuare, non autem contendere, nec perturbare, c. si imperator. 96. distin. c. administratores c. principes, c. non frustra, c. prodest 23. q. 5. c. 1. vbi Scribentes, de offic. ordi. & in c. statuimus, de maledi. l. 50. tit. 6. p. iudex Ecclesiasticus ad petitionem iudicis sæcularis, c. cum ad verum, c. duo sunt, c. si imperator 96. distin. c. causamque, el 2. qui filij sint legitimi, c. nouit de iudicis, l. 45. ti. 3. lib. 1. recop. l. 3. tit. 1. lib. 4. eiusd. reco. Et si iudex sæcularis hoc auxiliũ denegat potest excómunicari, c. quoniã in fine, vbi glo. & DD. de offi. ordinarij, Abb. in d. c. 1. eod. tit. Marant. disputat. 1 n. 26. Couarr. pract. quęst. c. 10. n. 1. Quod procedit non solum, quando a iudice ordinario Ecclesiastico imploratur, sed etiã à delegato Sedis Apostolicæ, quamuis expresse in sua commissione, hoc sibi non cõcedatur, vt tenet Archi. in d. c. administratores. 23. q. 5. Oldral. cóns. 89. Hosti in c. 1. de offi. deleg. Ber. in c. statuimus, eod. tit. Feder. de Sen. cóns. 163 Bal. Salic. & alij, in l. in criminali, C. de iurisd. omni. iud. Castrẽ. in l. Episcopale, C. de Episco. Audi. Cardi. in cle. 1. q. 10. de offi. deleg. Inoc. Hosti. Card. Anc. Abb. Imol Feli. & alij, in c. significasti extra eod. tit. vbi Deci. & Beroi. n. 24. testãtur hãc esse communẽ opinionẽ, idẽ Abb. in c. si quis cótra clericũ, col penul de foro cóp. Rebuff. in tract. de cótumatia, nu. 39. to. 3. super ll. Galli. Rolãd. cons. 37. n. 1. lib. 1 qui fidẽ facit de cómuni. Menochi. de retin. possess. remed. 3. n. 360 Redi. de maiest. Princ. verbo, non armis solũ decoratã, 2. p. n. 159. Couarr. prac. q. c. 10. n. 1. vbi hãc testatur esse cómunẽ Doctorũ opinionẽ, Naua. in c. cũ cótingat, remed. 2. de rescript. Bosi. in praxi crimi, tit. de foro cóp. n. 92. Auil. in c. prætor. c. 20. n. 27.

159 In hac tamen brachij sæcularis cócessione nonnulla sunt considerãda ad quæ iudex sæcularis aduertere debet, nã primo si iudex est delegatus qui hoc auxiliũ implorat, tenetur de sua delegatione fidẽ facere, vt de eius cõpetentia cõstet, vt tradũt Bal. Salic. & alij, in d. l. in criminali, C. de iurisdict. omn. iud. Feder. de Sen. cóns. 251. col. 2. Calca. cons. 119. col. 2. Rolan. d. cons. 37. n. 2. & 3. lib. 1. Menoc. in d. tra. de ret. poss. reme. 3. n. 360. nã alias punitur iudex exequẽs sentẽtiã iudicis in cõpetẽtis, vt Bal. & Salic. in d. l. in criminali, notant quos sequitur Roland. loco proxime citato.

160 Secundo, si iudex delegatus sit, qui hoc auxilium brachij sæcularis inuocat debet prius requirere ordinariũ Ecclesiasticum pro auxilio, & si non sufficiat, tunc inuocare potest brachium sæculare, vt notant Cardi. in d. clem. 1. de offi. deleg. in 10. q. Calc. in cons. 119 col. vlti. Feli. in c. significasti, col. 2. de offi. deleg. vbi etiam Deci. n. 4. Nauar. in c. cum contingat pagina 156. vers. non obstat secundo, de rescript. Roland. d. cons. 37. nu. 6. lib. 1. Menochi. in dicto tract. de reti. posse. remedio. 3. num. 360. Quod intellige prout Cardi. Feli. & Naua. declarant non tamen absolute, vt Deci. & Rolãd. loquũtur. Ego autẽ hoc intelligo, quãdo Ecclesia habet vltra quid faciat, nã tunc reccurrendũ est prius ad iudicem ordinariũ Ecclesiasticum, & in subsidiũ ad iudicẽ sęcularem, vt statim in secundo requisito dicemus, quia non est vtendum gladio temporali, nisi præmisso spirituali,

li,c.penul.de hæreti.c postulasti,vbi Abb.1.notab de homicidio, clem.2. in verbo,remedijs de religio. domi. notat Alberi.in d l.Episcopale,nu.4 C.de Episcop.audi.Ang.in l. qui restituere,n.5.ff.de rei vend.Redin.de maiest.Princip.verbo,non armis solum decoratam,2.par.n.143. Si vero iudex delegatus vsus fuerit gladio spirituali,& non habet vltra quid faciat recurrere potest ad brachium sæculare, non requisito iudice ordinario Ecclesiastico, cum is iudex ordinarius Ecclesiasticus, non habeat etiam quid vltra facere possit,nisi in casu quod iudex delegatus limitatam habeat commissionem, vt necessarium sit auxilium iudicis ordinarij,quia tūc ad eum recurrere debet.

161 Tertio, siue iudex qui brachium sæculare inuocat, sit delegatus, siue ordinarius ante quam illud iudex sæcularis concedat constare debet de excommunicatione, aggrauatione, & reaggrauatione,& quod his contra quem imploratur effectus sit incorregibilis,nam brachium sæculare implorari per iudicem Ecclesiasticum non potest nisi in subsidium, quando nihil habet, quod faciat vt in præcedenti requisito diximus, & sic quando remedia Ecclesiastica deficiunt, quia iura loquuntur si opus fuerit,vt in c.cum non ab homine,vbi Hosti.Anto.Feli. Deci. & alij notāt de iudi.c.1.de offi.ordi.in 6.c.2. ibi: Et Episcopus minime emendare potuerit Regis iuditio ad requisitionē Ecclesiæ exilio damnetur, de cleri. excommu. deposito, vel interdicto ministran.c.2.vers.per temporalem, ibi: Si necesse fuerit, de maledi.c.vt oficium.§.denique,ibi: Si opus fuerit inuocato officio brachij sæcularis,de hæreti.lib.6.c.1.§.& quoniā,ibi: Inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis,de stat.regular. in 6.Oldral.cons.89 col.ult,vers.dic tamen,Alberi.in d.l.Episcopale,nu.4. C.de Episcop. audi. Bal.in l.2. vers. sin autem,C.de his qui latro.occult. Federi.de Sen. cons.251. Afflict. in consti.regni,in prœmio rubricarū, n.44.qui testatur de communi Calca. d.cons.119. col. vlti. Staphyle.de liter.Gratiæ,in rub. de signatura literarum iustitiæ,f.469.n.5. vers. vbi quis petit executiue procedi.Marāt. disputation.1.nu.26. Roland.d.cons. 37.num.5.lib.1.& cons.37.nu.3. lib 4. Red.de maiest.Princ.verb.nō armis solū decoratam,in 2.p.n.142.cū seq.

162 Quartò,iudex sæcularis non aliter impertiri debet brachium suum per iudicem Ecclesiasticum imploratū, nisi prius reuisso processu, & adhibita aliquali causæ cognitione,si iuste, vel iniuste imploretur,c.1.vbi DD. de offi.ordi.c.administratores.8.q.6. Ancha.cōs.382.col.2.Feder. de Sen. d.cons.251.col.fi Tho.Gra.cons.109 n.1.Roland.d.cōs.37.n.7.lib.1. iudex namq; sæcularis non tenetur hoc auxilium concedere iudici Ecclesiastico,nisi discussa prius iustitia causæ, nec stare eius processui,sed de nouo inquirere & procedere debet authē. de sanctissi.Episc §. si vero crimen, ibi: Secundū leges litem examinans causæ finem imponat,coll.9. Bar. in l.Diuus,ff de custod. reor. Beron. caut.102.in fi. Soci.cons.83. n.16. lib. 4.Afflict.decis.220.n.9.Marsil.sing. 267.Paris.cons.43.n.21.lib.1.& cons. 96.nu.94.eod.lib. Redi.in d.verb.armis non solū decoratā,in 2.p. n.148. Et quod nō teneatur iudex sæcularis stare processui facto corā iudice Ecclesiastico,tenēt etiā Bar.& DD. in in l.magistratibus,ff.de iurisd. omn. iud.præcipue Curt.Iun.n.4.idē Bar. & Alberi.in d.l.Diuus, ff.de custo. reor.Scribēt.in c.etsi clerici,de iudi. vbi Feli.in prin.n.14.testatur hāc esse cōmune opinionē Boer.decis.90. n.1.Affli.sup.cōst.Reg.1 p.rub.27.n. 32.Iul.Cla.in §.fi.q.96.n.7.qui ait cōmunē Auil.in c.prætorū,c.20. n.20.

163 Quod limita non procedere, vbi agitur de crimine hæresis, de quo iudex sæcularis nullo modo cognoscere potest, cum sit mere Ecclesiasticum, sed tenetur simpliciter processui facto contra hæreticum fidem adhibere, & sententiam exequi, c. inquisitionis, §. prohibemus, de hæreti. in 6. tradunt Alex. Ias. Iacob. de Sancto Geor. & alij, in d. l. magistratibus, ff. de iurisdictio. omni. iudi. Feli. late in c. ad abolendam, de hæreti. Boeri. d. decis. 90. num. 2. Cagnol. in l. cum quædam puella, n. 33. de iurisdictio. omni. iudi. vbi testatur hanc esse communem opinionem, Beroi. in c. at si clerici, n. 79. & seq. de iudi. vbi ait communem testatur, etiam communem Vasqui. a Mencha. de successio. creatio. §. 6. n. 13. & 16. Bossi. in tit. de hæreti. n. 35. & Simanc. de hæreti. c. 36. num. 3. Redin. de maiest. Princip. verbo, non armis solum decoratam, 2. par. n. 149. Iuli. Clar. plures referens dicentes communem contra Bar. contrarium tenentem, in d. l. magistratibus, num. 4. in praxi, §. fin. q. 95. num. 7. & ita in his Hispaniarum Regnis iudices sæculares, quibus inquisitores hæreticæ prauitatis aliquem condemnatum de hæresi tradunt, statim absque alia cognitione eum flammis comburendum mittunt, vt pluries feci cum essem Gubernator Prouinciæ Legionensis, Ordinis, ac Militiæ Sancti Iacobi, & Consultor Sancti Officij inquisitionis illius Prouinciæ, qui residet in Villa Llerenæ.

164 Limita etiam in alijs, quibuscumque criminibus mere Ecclesiasticis, de quibus iudex sæcularis, nullo modo cognoscere potest, vt post alios tradit Deci. in d. l. magistratibus, nu. 13. ff. de iurisdictio. omni. iudi. & in c. at si clerici, col. 7. de iudi. vers. sed hoc, idem esset Redin. de maiest. Princip. in d. verbo, non armis solum decoratam, in 2. par. n. 150. Iuli. Clar. in d. q. 96. n. 7. testatur communem opinionem, Alciat. in d. c. 1. n. 100. de offi. ordi. Bossi. in tit. de foro compet. num. 87.

165 In alijs vero criminibus mixtis, quæ tradit Abb. in c. cum sit generale, de foro compet. in quibus si reus esset laicus iudex sæcularis cognoscere posset, non tenetur auxilium sui brachij impertiri, nisi prius, sibi facta fuerit fides de processu coram iudice Ecclesiastico facto cui stare, non tenetur, sed de nouo inquirere & procedere debet, d. §. si vero crimen in authen. de Sancti. Episcop. coll. 9. tradunt Scribentes, in d. l. magistratibus, ff. de iurisdictio. omni. iudi. & in c. at si clerici, de iudi. vbi Feli. nu. 14. testatur de communi, dicit etiam communem Alciat. in ca. 1. n. 119. de offi. ordi. quem refert Iuli. Clar. in d. q. 95. n. 7. in fine, & tenent plures alij supra adducti in principio huius quarti requisiti. Et ratio potest esse, quia in his criminibus mixtis delinquens iudicem Ecclesiasticum & sæcularem offendere videtur, vt notat elegãter Bal. in l. placet, col. vlti. C. de sacrosanct. Eccles. quem refert & sequitur Redin. in d. verbo, non armis solum decoratam, num. 155. ideo quilibet eorum iudicum potest de crimine mixto cognoscere, & delinquentem punire, ex d. §. si vero crimen, authen. de Sancti. Episcop. & ex c. felicis, §. per hoc de pœnis in 6.

166 Vnde quamuis in his criminibus mixtis sit locus præuentioni inter iudicem Ecclesiasticum & sæcularem, qui possint de eis cognoscere, arg. l. 1. ff. de offi. consul. & l. si quis postea, & l. vbi cœptum ff. de iudi. tradit Redinus loco superius citato, nu. 156. & alij ex statim citandis, tamen cum iurisdictio Ecclesiastica & sæcularis sit prorsus separatæ & distinctæ iure diuino & humano, vt supra in principio huius primæ principalis conclusionis diximus, absolutio facta in vna iurisdictione non parit in alia excep-

ceptionem rei iudicatæ, ideo si aliquis fuerit de aliquo crimine mixto accusatus, coram iudice Ecclesiastico, & ab eo causa cognita absolutus, poterit iterum coram iudice sæculari, accusari & puniri, vt consuluit Bal. cons. 260. lib. 3. notat Ancha. in reg. ria ea quæ, q. 9. de reg. iuris in 6. tradit Couarru. lib. 2. vari. reso. c. 10. n. 6. vbi testatur hanc conclusionem communi consensu receptam esse, quam etiam tenet Anton. Gome. in tract. delict. c. 1. n. 40. prope finem, & Iuli. Clar. in § fin q. 57 n. 11 Imo si in foro Ecclesiastico, quis fuerit de aliquo crimine mixto accusatus, & punitus poterit iterum illum iudex sæcularis grauius punire, secundum iuris ciuilis & regij dispositionem, c. felicis, § per hoc de pœnis in 6. tradit late post alios Boeri. decis. 289. & Anto. Gome. in d. c. 1. nu. 40. qui abunde hanc probat conclusionem plures eam tenentes allegans, & Couarru. d. c. 10. nu. 6. alios etiam citans inter quos Alciat. in c. 1. n. 228. de offi. ordi. dicentem hanc esse communem opinionem, idem tenet quoque Rednus, de maiestate Principis, in dicto verbo, non armis solum decoratam, in 2. par. n. 157. qui alios etiam allegat, & Iuli. Clar. in d. q. 57. n. 14. qui idem facit de communi.

167 E contrario autem si quis esset à iudice sæculari sufficienti pœna punitus pro crimine aliquo mixto, non posset iterum à iudice Ecclesiastico puniri, nec molestari, vt notat Anto. Gome. in d. c. 1. n. 40. in fine, quem sequitur Iuli. Clar. in d. q. 57. n. 14. hoc limitans, nisi maior pœna à iudice Ecclesiastico delinquenti imponi possit, cuius relatio mihi admodum placet.

168 Et pari etiam ratione admittenda est opinio Ioan. Andre. & Domini. in d. cap. felicis, de pœnis, in 6. & Abb. in c. tuæ, de procurat. & Areti. in c. de his criminibus, de accusatio. qui limitant supra dictam communē conclusionem dicentes iudicem sæcularem iterum punire non posse eum, qui à iudice Ecclesiastico sufficienter pœna culpæ condigna fuit de aliquo crimine mixto iudicialiter punitus, quos sequitur Couarru. in d. c. 10. n. 6. lib. 2. variar. resolutio, nam eorū opinio intelligenda est, nisi maior pœna esset de iure ciuili, aut regio statuta, quam à iudice Ecclesiastico fuerit imposita, quod contingere sæpe solet, nam quamuis secundum dispositionem iuris canonici sit sufficiēter punitus poterit iterum in excessu pœnæ à iure ciuili, aut regio impositæ puniri per iudicem sæcularem ex ratione supradicta.

169 Quinto iudex sæcularis antequā suum auxilium iudici Ecclesiastico concedit, aduertere debet an sententia iudicis Ecclesiastici exequenda, sit nulla nam si de nullitate apparet manifeste, non tenetur eam exequi, vt notat Ioan. Andre. in c. cum in iure peritus, de officio deleg. & in c. 1. de off. ordi. Thom. Ferra. caut. 53. Feli. in c. de cætero, col. 1 de re iudi. & in c. cum sit, col. 6. vers. limita quinto, de foro compet. Afflict. in consti Regni, in proœmio rubricarum, nu. 45. Thom. Gram cons. 109. n. 4. Roland. d. cons. 37. n. 14 lib. 1. Menochi. de retinenda posse. remedio 3. num. 360.

170 Et ratio est, vt tradit Afflict. loco citato, quia iniusto mandato non est parendum, cap. relistit. 11. q. 3. nec obediendum contra iura per notata, in c. si quando, de rescript.

171 Sextò animaduertere etiam debet iudex laicus, an à sententia iudicis Ecclesiastici sit legitimè appellatū appellatione, namque interposita nō tenetur pro executione eius sententiæ brachium suum sæculare impertiri vt tenent Alberi. in l. Episcopale, C. de Episcop aud. Oldral. d. cōs. 89. Ioan. Andre. & Abb. in d. cap. 1.

T 5 de

de offi.ordi. Andre.de Isernia, in cō-
sti. Regni post mundi machinam, cir
ca medium & in fine, Thom. Gram.
in d.conf.109.num.5. Roland. d.cōs.
37.n.10.lib.1. Menochi. d.remedio.3.
n,360. Redin d.verbo, non armis so-
lum decoratam, n.145.

172 Quod intelligit Nauar.in d.c.cum
contingat, pagina 157. vers. non ob-
stat tertio, quando huic appellationi
nihil obstat, quem refert & sequitur
Menochi. loco allegato, quod non
procederet quando esset dubium an
causa est appellabilis, necne nam tūc
debet iudex sæcularis impartiri bra-
chium sæcularem.

173 Septimo aduertat, etiam actor an
appellatum sit ab inuocatione bra-
chij sæcularis, nam sit interposita sit
appellatio ab ea inuocatione per eū,
contra quem fuit imploratum auxi-
lium & appellatio, non fuerit admis-
sa in casibus in quibus de iure admit
ti debet, non est impertiendum bra-
chium sæculare iudici Ecclesiasti-
co, vt notat Abb.in d.c.1.de offi. or-
di, Afflict. in d.consti. post mundi
machinam, quos refert & sequitur
Thom. Gram.d.conf.109.n.16.

174 Item, prætermittendum non est,
quod si iudex sæcularis qui auxiliū
suum iudici Ecclesiastico imperti-
tur, excedit in executione appellan
dum est ad iudicem superiorem ip-
sius iudicis sæcularis, & non ad Ec-
clesiasticum, vt notat Bar.in l. à Di-
uo Pio, §. sententiam, ff. de re iudi.
Aufreri.in additio. ad cap. Tholos.
q 412. vers. quid autem si exequen-
do exceditur.

175 Vltimo notandum est, quod iudex
sæcularis poterit etiam inuocare au
xilium iudicis Ecclesiastici pro exe-
cutione suæ sententiæ aduersus per-
sonas Ecclesiasticas, & à iurisdictio-
ne sæculari exemptas, authen. sed ho
die, C.de adult. notat Marian. Soci.
in c.cum sit generale, nu.24. de foro
compet. quem refert & sequitur Co
uarru. practi. quæstio.c.10.nu.1. vers.
eadem ratione, nam iudex sæcularis
& Ecclesiasticus mutuo sibi præsta-
re tenentur auxilium in exequendis
mandatis & sententijs, vt loco proxi
me citato tradit Couarru. in hoc ta-
men differunt, quod iudex Ecclesia-
sticus potest compellere iudicem sę
cularem, vt præstet sibi auxilium per
excommunicationem, iudex vero sæ
cularis non potest compellere Ec-
clesiasticum, sed tenetur occurrere
ad metropolitanum superiorem, vt
scripserunt Inoc. Abb. & alij, in d.c.
1.de offi.ordi. vbi Alciat.num.26. &
123. testatur hanc esse communem
opinionem, idem tenet Ias.in l.à Di
uo Pio, §. sententiam, n 16. ff. de re iu
di. quos refert & sequitur Couarru.
in d.c.10.n.1. & hæc sufficiant circa
primam principalem conclusionem,
sequitur secunda principalis con-
clusio.

176 SECVNDA Principalis con-
clusio sit, quod laicus in causis ci-
uilibus, & criminalibus conueniri
debet coram iudice sæculari, & ab
eo condemnari & puniri, & non co-
ram iudice Ecclesiastico, c. si cleri-
cus laicum, c.cum sit generale, de fo-
ro compet. vbi Scribentes, c.expe-
rientia, c.clericus.11.q.1. l.57. tit.6.
par.1. l.7.10.11. & 13.tit.1.lib.4.recop.
Et ratio est, quia inter clericos & lai
cos, iurisdictiones distinctæ sunt, ca.
nouit, vbi Doctores, de iudi.c.cleros
21.distin. c. imperator. 96. distin. &
summo Pontifici assignata est iuris-
dictio in spiritualibus & imperatori
& principibus sæcularibus in tempo
ralibus, c.duo sunt genera, c.futurū.
12.q.1.cap. per venerabilem qui filij
sint legitimi, c. solitæ, de maiorit. &
obedien.c.si diligenti de foro com-
pet. cum alij supra allegatis in prin-
cipio primæ principalis conclusio-
nis, & cum distinctæ sint dictæ iuris-
dictiones laicus, qui est iurisdictio-
nis

nis sæcularis debet conueniri coram suo iudice sæculari,& in suo foro, l. iuris ordinem, l.in criminali, C de iurisdictio.omni.iudi. l.1. C. vbi & apud quem.d.c. cum sit generale, c. si clericus laicum, de foro compet. l. 32.tit 2.par. (.l.4.tit.3.ead.par.l.8. & 9.tit.3.lib.4.recop.cum alijs.

177 Quam principalem conclusionem primo extende in tantum procedere, vt si laicus in prophanis sit conuenctus coram iudice Ecclesiastico processus sit nullus,l.1.& vltima,vbi glo.& Scribentes,C.si à non com pet.iudice,d.c.cum sit generale, c.si clericus laicum,vbi Doctores, de foro compet.c.atsi clerici de iudi.Felin. & alij in rub. de foro compet. cum alijs adductis supra,in 2. extensione ad primam principalem conclusionem.

178 Secundo extende,dictam secundã principalem conclusionem adeo procedere,vt hęc nullitatis exceptio possit opponi quocumque tempore , vt tradit Vant.de nullit.in rub.de nullit.ex defectu iurisdictionis in prin. Thom.Gram.voto.9.n,13. Cassan.in consue.Burg.rub.1 § 1.Soci. cons.12. lib 1.Anto Natt.cons.495.n.17. Hippolyt. Rimi.cons.348.num 25. lib.3. etiam post sexaginta dies, non obstãte l.2.tit.17.lib.4 recop. vt notat Couarru.practi.quæstio.c.25.n.4.& Didac.Perez,in l 2.tit.6. lib.3. ordi. in glo.1.dixi in 3.extensione ad primam principalem conclusionem.

179 Tertio extende,vt adeo procedat dicta principalis conclusio , quod si laicus conueniret alium laicum super rebus prophanis , coram iudice Ecclesiastico,vel laicus conuenctus, coram iudice sæculari peteret se remitti ad iudicem Ecclesiasticum puniendus esset pœnis contentis,in d.l. 10.& 13.tit 1.lib.4.recomp.

180 Quarto extende,dictam principalem conclusionem in tantum procedere,quod laici non possunt se submittere iurisdictioni Ecclesiasticæ, etiam per contractum,nec ad eius firmitatem opponere iuramentum,nec creditor laicus id aceptare, nec recipere sub pœnis contentis, in l.11. & 12.tit.1. lib.4. recop. quæ leges iure valent & seruandæ sunt,cum non disponant super iuramento præstito, nec eius viribus, sed tantum prohibeant ne iuramentum præstetur, nã quamuis ex deffectu potestatis & iurisdictionis lex ciuilis, non possit aliquid statuere de viribus iuramenti, c.venerabilem,de electione, c.nouit de iudi.c.tua el.1. de decim. c. bene quidem,96 distin.tenẽt Hosti. Imol. & alij in c.quanto, de iure iurando, idem Imol.Domi.& alij in c. quamuis pactum,de pact.in 6.Cyn. Salic. & Castren. in l.vlti. C. si contra ius, vel vtilit.publi. Alex.& Ias. in l. fin. ff.qui sat.cog.idem Ias.in authen. sacramenta puberum,n.83.C si aduers. vendi. Deci.cons.536.col.vlti. Alba. cons.4.num.21.tamen disponere lex ciuilis potest ne iuramentum interponatur in contractibus,vel alijs actibus ex iusta causa,ne eius iusta dispositio defraudetur,vt notãt Imol. Do mi.& alij,in d c.quamuis pactum de pact.in 6.vbi Couarru.1.par.§.3. n.7. & 8.Ias.in d.l.fin.num.26. ff.qui sat. cog.& in d.authen. sacramenta puberum,num.84. C.si aduers. venditio.fortu.in tract de vltimo fine,illatione.20. Ioan Lup in rub. de dona. inter vir.& vxo.§.47.n.10.& in rep. c.per vestras,§.vltimo,n.30.Castell. in l.50.Tauri,col.3. Segura,in l.1. §. si vir vxori,n.138. ff. de acqui. posse. Anto.Gome.lib.2.variarum resolutio.c.14.n.22.Grego.Lop.in l 6. tit. 4.p.6.in glo.verbo *por no puesta*, Dueñas,reg.335.num.20,Didac.Perez, in l.6.tit.1.lib.3.ordi.Pinell.in l 2. in 3. par.cap.1.C.de rescind. vendi. Anto.à Padilla,in eadem l.2. numer.35. Ioan.Cephal. cons.466. numer. 67. lib.4.

Hinc

181 Hinc est iure cæsareo valere dispositionem, l. quæ sub conditione, §. si quis sub iuri iurandi, ff. de conditio. insti. & l. 2. C. de indicta viduita & authen. sacramentum, C. quando mulier offi. tut. fungi. potest. & iure regio, l. 11 & 12. tit. 1. lib. 4. recop. & l. 2 2. tit. 11. lib. 5. eiusdem recop. Quod intellige in contractibus à se validis absque iuramento pro ut dictæ leges regni loquuntur, secus in his, in quibus ad sui validitatem est necessarium iuramentum, vt omnes præcitati Doctores Hispani intelligunt, quod probatur ex d. l. 12. ibi: *Y assi mismo nuestra voluntad no fue de quitar el juramento en los contratos que para su validacion se requeria, &c.*

182 In contractibus tamen, qui fiunt in fauorem Ecclesiarum & clericorum, ex suis redditibus & fructibus laici, possunt se submittere etiam cũ iuramento & censuras iudici Ecclesiastico de iure regio, per l. 9. tit. 1. lib. 4. recop. in fine, ibi: *Pero permitimos, que en los contratos de las rentas que se arrendaren, de las Iglesias y Monasterios, y Prelados, y clerigos dellas, que puedan interuenir juramentos, y ponerse en ellos censuras, si las partes lo consintieren al tiempo que se hizieren los recaudos.*

183 Supradictis etiam circa prohibitionem iuramenti, adde quod non solum leges ciuiles, vel statuta laicorum possunt disponere ne iuramentũ in cõtractibus interponatur, sed etiã statuere, quod cõtractus aliqua certa forma omissa gestus, præsumatur dolo initus, & non valeat etiam si interueniat iuramentum, vt docet Bar. in l. omnes populi, n. 25. vbi quoque Seue in. n. 57. post veteres, ff. de iusti. & iure, Abb in c. cum contingat, n. 10. & 12. de iure iur. & cons. 71. lib. 1. Roma. cons. 12. Iacob. Mandel. Alben. cons. 4. n. 21. Porti. cons. 36. num. 25.

184 Quinto, dictam principalem conclusionem extende, procedere etiam si laicus conueniatur à clerico, siue actione reali, siue personali, quia cõueniendus est in suo foro coram suo iudice sæculari, c. si clericus laicum, c. cum sit generale, vbi Scribentes, de foro compet. c. experientia, c. clericus. 11. q. 1. tradit Aufre. in clem. 1. de offi. ordi. reg. 4. fall. 5. quod expresse probat l. 57. tit. 6. par. 1. ibi: *Mas si el clerigo demandare alguna cosa al lego temporal, tal demanda como esta deue ser fecha ante el judgador seglar*, & probat etiam, l. 6. tit. 1. lib. 4. recop. Hinc tenet Couarru. lib. 1. varia. resolutio. c. 4 num. 3. quod si clericus minor læsus restitutionem in integrum vult petere contra laicum eam coram iudice sæculari petere debet, & hanc extensionem praxis in hoc regno obseruat, licet de iure communi distinctionem faciunt. Doctores in d. c. si clericus laicum, an reus laicus neget, vel fateatur rem esse clerici, vel notorie constet eius esse, quæ distinctio mihi ad modum dubia videtur, quia quamuis reus dicat rem esse clerici, vel notorie constet poterit iure eam possidere ex pluribus causis, vt Imol. & Feli. in d. c. si clericus laicum notant, & in dubio sit quis conueniendus coram suo iudice per supra dicta iura, vt cumque sit de iure regio, per generalem dispositionem d. l. 57. cessat hæc distinctio quæ locum habere poterit quãdo laicus conuenitur ab Ecclesia, in quo casu nihil de iure regio videtur dispositum, nisi indebitis ex priuilegijs Regis, per l. 5. ti. 1. lib. 4. recop. Et ratio est, quia quando laicus conuentus ab Ecclesia fatetur rem esse Ecclesiæ, vel notorie constat fundatur intentio iudicis Ecclesiastici, & est in electione petere coram eo, vel coram iudice sæculari, secundum Doctores, in d. c. si clericus laicum præcipue, Imol. qui late hoc explicat

cat,n.2.& 3.& Feli.n.4.tradunt Butri.& alij,in c.conquestus eod.tit. & latius Menochi.in tract.de reti. poss. se.remedio.3.n,361.cum pluribus sequent.

185 Est tamen aduertendum, quod ad hoc vt iudex Ecclesiasticus possit cognoscere in hoc casu contra laicū requiritur, quod ex parte Ecclesiæ allegatur violentia, seu oppresio,vt notat Inoc.in d.c. cum sit generale, de foro comp.Butri.& alij,in d.c. cōquestus,eodem tit.Imol.in d.c.si clericus laicum,col.vlti.vbi etiam Feli. n.4.in fine, eod.tit. nam tunc laicus, tanquam sacrilegus poterit conueniri coram iudice Ecclesiastico,alias secus etiam si fateretur rem esse Ecclesiæ,quia vt superius diximus,quamuis sit Ecclesiæ poterit eam possidere ex aliquibus causis,vt Imol.& Feli. in d.c.si clericus laicum notant,& ita in effectu cessat dicta distinctio, non solum in clerico,sed etiam in Ecclesia,& in vtroque casu ad hoc, vt iudex Ecclesiasticus possit cognoscere requiritur,quod cum inuasione rerum concurrat violentia, quæ in clerico inferenda est in eius persona, & in Ecclesia in rebus, vt probatur in l.3.tit.18.par.1.vbi Grego.Lop.in glo.verbo, *entrasen derecho*, & in l. 58.tit.6. ead. par. vbi quoque notat idem Grego in glo.verbo, *de la Iglesia*.

186 Sexto, dictam principalem conclusionem extende, vt locum etiam habeat in fide iussore laico, qui pro debito clerici conueniri debet coram iudice sæculari,& non coram iudice Ecclesiastico, vt notat Specul. in tit.de compet.iudi. addi. §.1. col. 16.vers.sed pone clericus, vbi tenet Bal.in eius additionem,Guid.Pap.q. 562.in fine, Aufre.latius,in d.clem.1. de offi.ordi.reg.4.fall.22.

187 Septimo eam extende, locum habere etiam si laicus delinquat in Ecclesia,nam iudex sæcularis debet eū punire,& non Ecclesiasticus, vt tenet Bar.in l.sicui,§.cum sacrilegium ff.de accusatio.ex tex. in l. si quis in hoc genus,C.de Episcop.& cleri. & in c.inter alia,de immunit.Eccles. & Salic.in authen.item nulla communitas,col.1.vers.quæro laicus, C.de Episcop.& cleri. & in l. fideli, C. de his qui ad Eccles.confugi. Bal.& Castren.in d.l.si quis hoc genus, Anch. in c.postulasti,col.4. de foro compet.Abb.in c.cum sit generale, n.27. vbi etiam Soci.eod.tit.idem Abb. in d.c.inter alia,n.29. de immunit. Eccles.Ang. in tract. maleficiorum, in verbo,scalis,Alex.cons.111.col.2.lib. 1.Cacialup.in repeti.l.cunctos populos,n.188.C.de summa Trinit. & fide Cathol.Bertrand.cons.9.& 10.li. 7.Couarru.lib.2.vari.resolutio.c.20 num.18.vers.Trigesimoquinto, Roland.cons.24.n.1.cum plurib.seq.lib. 2.vbi hanc testatur communem opinionem, Iuli.Clar.in §.fin.q.38. nu. 18.Quod intellige nisi iudex Ecclesiasticus,quod sacrilegium præuenerit iudicem sæcularem,quia tūc quo ad id sacrilegium tantum cū sit mixti fori locus erit præuentioni, & iudex sæcularis cognoscere poterit de vulnere,vt post plures tradit Rolād. d.cons.24.num.9.cum alijs sequentibus,sed si iudex sæcularis præuenerit tunc Ecclesiasticus eadem ratione procedere,nō poterit etiā quoad sacrilegium,vt tenet Soci.in c.postulasti,q.16 de foro compet.Roland.d. cons.24.n.13.& 14.lib.2.

188 De pluribus tamen casibus inter laicos iudex Ecclesiasticus cognoscit,vt in rebus spiritualibus,& in criminibus mere Ecclesiasticis,& in his quæ sunt mixti fori data præuentione,& in his quæ tendunt ad salutem animi,& de alijs casibus, quos hic ad limitationem & pleniorem declarationem huius secundæ principalis cōclusionis adnotare decreui.

189 Et primo eam conclusionem limita

mita non procedere in causa decimarum primiciarum & oblationum, quæ cùm sit spiritualis, cadere non potest sub iurisdictione iuris sæcularis, sed decidenda est per iudicem Ecclesiasticum. c.tua. c.peruenit. c. nuncios.c cum homines.de decimis. c.postulasti,de homici.Clemen.2.de iudi.c.omnes.16.q.7. Sanct. Concil. Trid.sessione 25.de reformatione.c. 12. l 56.tit.6.part.1. ibi. *por razon de diezmos o de primicias, o de ofrendas.*

190 Quod intellige, quando est quæstio iuris decimandi de qua solus iudex Ecclesiasticus cognoscere potest ex iuribus proxime citatis, secus quando est sola quæstio facti decimandi: tunc namque iudex sæcularis cognoscere etiam potest de ea quæstione, cùm causa non sit spiritualis & decimarum fructus tāquam quid temporale vendi & locari possunt. c. vestra. de locato. vbi Ioann. Andr.& alij notant.glos.in c.peruenit.1 q.3. Archi.in c.alienationes.col. 3.12.q.2. Abb.in c. fin.in fine. de rerum permut. & ita in hac specie tenet hoc Federi.de sen.consi.245.Roma.in l. Titia.ff.solu.matri.Aufre.in Clemen.1.de offi.ordi.reg.4. fall.19. Fel.in c.causamque.n.15.de præscriptio. Rebuff. latè in tract. de decim. q.10.n 3.4.35.& 39.cum alijs. Bello. consi.3.n.2. & seq. Cou. pract quęst. c.35.n 2 Cache.decis.32. n.5. & probatur in d.c.postulasti.de homicidio ex responsione generali sum.Pontif.

191 Sed quamuis in hoc casu Ecclesia, vel persona Ecclesiastica, cui decimæ debentur,possit habere duos iudices,scilicet Ecclesiasticum, & sæcularē, vt plures ex doctoribus proximè citatis tenent,crederem Ecclesiasticum tantum per censuras Ecclesiasticas procedere posse contra laicos non soluentes integrè decimas debitas, non verò iudicio ordinario causa cognita in specie,vt colligitur ex l.2.tit.5. lib.1.recop. ibi. *Y qualquiera que contra,* &c. & ita procedere poterit opi.aliquorum dicentium, quando est sola quæst.facti,iudicem sęcularē solū cognoscere posse,quorū nonnullos refert Fede. d.cōs.245.

192 Illud verò sine controuersia videtur recipiendum, quod cum fructus, seu ouētiones Ecclesiæ nō sint quid spirituale, sed temporale, vt proximè diximus, si laicus conductor vel emptor decimarum conueniatur coram iudice Ecclesiastico,poterit opponere declinatoriam,& esset causa ad iudicem sæcularem remittenda ex regula, c. si clericus laicum. & c. cum sit generale. de foro compet. cum alijs,& ita sentiunt Innoc. Feli. & Maria.Soci. in d.c. si clericus laicum.in fine.& tenet expresse Couar. in d.c.35.n.2.vers.5.non video.& Cachera. d.decis.32.n.7. & iure Regio hoc probatur expresse ex l.57.tit. 6. part.1. vers. *mas si el clerigo.* vbi clericus in causis temporalibus tenetur conuenire laicum coram suo iudice sæculari,& ex l.10 tit.1.lib.4.recop. vbi in rebus prophanis laicus non potest conueniri coram iudice Ecclesiastico,sed corā iudice sęculari. Quod iure optimo Rex noster Catholicus disponere potuit ex l.2.§.si iudex.ff. de iudicijs, quam ad hoc notat Soci. in c.significasti.col.20. & seq.de foro compet quem refert & sequitur Cach.d. dec.32. n.7. quod intelligē,nisi laici in contractibus factis super fructibus& ouentionibus Ecclesiæ& clericorum expresse se submiserint iurisdictioni Ecclesiasticæ & cēsuris,aut iuramētū præstiterint, vt probatur in l.10. & 11.tit.1.li.4.reco.

193 Secundò limita dictam principalem conclusionem non procedere in causa spirituali matrimonij,quę tractanda est coram iudice Ecclesiastico,& non coram sæculari. c.causam matrimonij. de offi.deleg. c.1.in fin. de consanguin.& affinit.c.inter corporalia de translat. episc. vel elect.

c.acced.

c.accedentibus. de excessib Prælat. c.auditis. de præscriptio. c. 1. 10.dist.in.c.multorum.35.q.6.d.l.56. & 58. tit.6.par.1. & l.penul.titu.10.part.4. tradit Couarru. in epitome de sponsalib.2.part.c.8. §.12. n.1. Quod intellige nisi quando tractatur de quæstione facti incidenter, quia tunc iudex sæcularis cognoscere potest, vt tenent Bart. & cæteri in l. Titia. ff. soluto matri.vbi Alex.nu.7.testatur hanc esse communem opinionem. Bald & alij in l. filium. ff.de his, qui sunt sui. vel aliæ iuris. Ias. in l. quoties.C.de iudi.vbi dicit communiter teneri & seruari. Afflict.in extrauaganti quæ sint regalia.vers.bona eon trahentium.n 16.vbi ait communem Prosper Pasethus cons.157. n.2. qui facit fidem de communi.Craue.cõs. 213.Simon de Præt.cons.134. nu.28. & tenent plures alij qui statim in sequenti limitatione citandi sunt.

194 Tertiò limita eam non procedere in causa filiationis & legitimitatis, quæ etiam cùm sit spiritualis, tractanda est coram iudice Ecclesiastico.c.tuam de ordine cogni.c.causam quæ.el.2.c. lator qui filij sint legitimi.d.l.56. tit.6.part.1. Quod est intelligendum prout in præcedenti limitatione diximus, quando quæstio est iuris, secus si quæstio esset facti: quia tunc incidenter iudex sæcularis de his cognoscere potest, vt notant Bar.Roma. & Alex. qui testatur de communi in l.Titia. ff.soluto matrimo.Bal.& alij in d.l.filium eum diffinimus,ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris. Abb. Feli.& alij in c. cum sit generale.de foro compet.Deci.in c.2 n.24.de iudi.quia ait hanc esse cõmunem opinionem, vbi etiam Ripa n.17. Couarr. in epito. de sponsalib. 2.part.d.c.8.§.12.n.3.testatur quoque de communi vbi commu.opin.verbo iudex sæcularis.

195 Quartò limita dictam principalem conclusionem locum non habere in causa iuris patronatus: nam de ea tanquam de re spirituali iudex Ecclesiasticus cognoscit; & non iudex sæcularis,c.2.c.quanto. de iudi. c.& sit.c.cum non. c.si diligenti. de foro compet.c.tuam.de ordine cogni.cum alijs. d.l.56. tit.6.part. 1. iuris patronatus essentia ea ratione spiritualis est, quia spirituali annexum est ipsũ ius patronatus. d.c. quanto. de iudicijs.c.de iure. de iure patro.prophana enim spiritualibus adnexa eãdem naturam assumunt. c. præterea.de transactio.l. quæ religiosis. ff. de religio. & sumpt. funer. Butri. Abb. Feli.Deci.& Bero. in rub.de iudi.d. l.56. tit. 6. part. 1. ibi. *o sobre razon de derecho de patronazgo: ca como quier que bien lo puedan auer los legos: pero porque es de cosa de la Yglesia, cuentase como por espiritual.* quod intellige quemadmodum in præcedẽtibus limitationibus diximus, quando est quæstio iuris, se si quæstio sit facti, iudex sæcularis cognoscere potest. vt notant Anto. & alij in d.cap. quanto.de iudi. vbi Felin.n.5. Bar.in l. omni nouatione. C.de sacrosanct. Eccl.& in l.quoties.C.de iudi.Card. in c.significauit. de testib. Aufre. in Clem.1.de offi. de ordin. reg. 4.fall. 21. & hoc procedit etiam, si agatur actione personali vt quando aliquis promisit donare ius patronatus, & negat se promisisse, vt tenent Anto. Aufre.& alij proximè citati,& Lamberti.qui latiùs hoc explicat in tract. de iure patronat. lib.3. q.9. princip. art.3.n.5.& 6. Idem quoque erit dicendum,quando est quæstio de iure patronatus cum vniuersitate nam tũc iudex sæcularis de vniuersitate sæculari cognoscens, poterit cognoscere & iudicare super iure patronatus, tanquam super accessorio, etiam in confiscatione:nam cum vniuersa hæreditate confiscata per iudicem laicum transit cum ea ius patronatus in fiscum,vt notat glos.in c.filijs.ve.bo pro-

propinquis.16.q.7. quam sequuntur Zaba.Sicul.& Abb.num.9.in d.cap. quanto,de iudi.vbi Deci.nu.6.testatur hanc esse communem opinionē Aufre.d.reg.4.fall.21. testantur quoque communem & eam sequuntur Rochus de Curte. de iure patronatus, verbo,ipse vel.15.q.29. nu.69. Paul. de Citadinis,in eodem tract.9.par.q. 20.n.28.Ferret.Conf.179.n.1.& 2. Iuli.Clar.in § fin.q.78.vers.quæro modo,Ludouic.de Molina,lib.1. de Hispanor.primogenijs,c.24.n.25. quam opinionem citati Doctores intelligunt procedere dummodo, in confiscatione à iudice sæculari facta,vel à fisco petita,non fiat mentio specifice de iure patronatus, sed generice de confiscatione hæreditatis, cum qua vis patronatus ex sui natura transire debet quorum opinio verior & securior est,etsi Sicul.& Anania,in cap. quærellam,de symonia, dicant posse fieri mentio, in libello & sententia accessorie,de iure patronatus,dicendo:peto talem hæreditatem cum iure patronatus, & quamuis Ioan. Cal.& Domini.in c.1. de iure patronat.in 6.dicant posse etiam declaratorie ius patronatus,in libello & sententia nominari, vt si diceretur omnia bona videlicet talia, & talia, & ius patronatus. In confirmationem dictæ conclusionis facit, quod ius patronatus transit in emptorem & donatarium cum vniuersa hæreditate vendita,vel donata,vt tenent Hosti. Anto.Abb.& communiter Scribentes,in c.ex literis, de iure patronat. & testantur communem Feli. in c. causamque, num. 8. de præscriptio. Rochus de Curt. de iure patronat. verbo,ipse vel.15.q.22.nu.40. Paul. de Citadinis,in eodem tract. par. 9. q.3.num 9. Cesar Lamberti. in eod. tract.lib.1.par.2.q.3.art.15.n.4.Deci. conf.127.n.3 Bernard.Diaz,reg.254. Ioan.Igne.in repeti. l.necessarios,§. non alias,n.483.ff.ad Syllanian. Beroi.in d.c.ex literis, nu.63. Couarru. lib.2.variar.resolutio c.18.num.8. Emanuel Acosta, in c. si pater. 2.par. verbo,trebellianicæ,n.17.de testam. in 6.quos sequitur Ludouic.de Molina,d.c.24 num.25.lib.1.contra Lāberti. & Emanuel Acosta, in locis proxime citatis, qui quamuis fatentur hanc esse communem opinionē sequuntur contrariam, & hanc communem opinionem probat l.8.tit.15. par.1.

196 Quinto limita in causa sepulturę Ecclesiasticæ,quæ tanquam spiritualis tractanda est coram iudice Ecclesiastico,c.quanto de iudi.vbi Scribētes d.l.55.tit.6.p.1. quod procedit siue agatur actione reali pro ipso vsu funeris,siue actione personali ex promissione,vt tenēt Abb.& Deci.in d. c.quanto, quos sequitur Grego.Lop. in d.l.56.in glo.verbo, *de las sepulturas*.Quod primo intellige, nisi agatur de expensis inter laicos, quia tūc iudex sæcularis cognoscere potest, vt post Anto.Abb.& alios,in d. cap. quanto,traddit Aufrer. in d. clem.1. de offi.ordi. reg.4. fall.3. Secundo intellige,nisi quæstio iuris funerandi consistat in facto, nam in eo etiā casu iudex sæcularis contra laicum cognoscere potest, vt tenent Anto. Feli.& alij,in d.cap.quanto, de iudi. Bar.Roma.Alex.& alij, in l. Titia, ff.soluto matri.Bar.in l omni nauationi,C.de sacrosanct.Eccles.& in l. quoties,C.de iudi.Guid.Pap. decis. 1.& 85.Aufre.in d.reg.4.fall.3. Craue conf.258.n.4. Menochi. in tract. de retinenda possessione, remedio.3. n.336.

197 Sextò,dictam principalem cōclusionem limita non procedere in causa possessoria rei beneficiarie Ecclesiæ,quæ spiritualis est ideo,etiam cōtra laicum examinanda ac decidenda est per iudicem Ecclesiasticum, c.2.vbi Scribentes,de iudi.cap.tuam de ordine cognitio. c.causamque, el 2.qui

2. qui filij sint legi. cle. vnic. de causa possess. & propriet. clem. vnic. de sequestr. possess. & fruct. d. l. 56. tit. 6. par. 1. & ratio est, quia ea causa possessoria semper per titulum iustificari debet, vt notat gl. in d. cle. vnic. de causa posse. & propriet. tradunt Imola in clem. dispendiosam. in fine de iudicis. Beroius in rubric. extra. eod. tit. n. 52. & 53. Couar. practi. quæst. c. 35. n. 1. vers. ex quo patet. Menoch. de rei inend. possess. remedio 3. n. 328. & ita tamquam res spiritualis non potest per iudicem secularem decidi, qui non est capax iuris spiritualis. d. c. tuam. de ordi. cogni. d. c. causamque. el. 2. qui filij sint legi. non tant Ant. Abb. Barba. & alij in c. literas. de iuram. calumniæ. Beroi. in d. rub. de iudi. n. 51. Couar. & Menoch. in locis proximè citatis. Quod verũ est, cum principaliter de titulo disputatur: si vero incidenter de titulo tractandum sit in hoc iudicio possessorio, tunc iudex sæcularis cõtra laicum cõpetens iudex erit, quia quotiescumque tractatur de quæst. facti incidenter in causa spirituali, iudex sæcularis cognoscere potest, vt notant Bar. Roma. Alex. & alij in l. Titia. ff. solut. matri. Bald. in l. 2. C. de Carboniano edict. & in auth. qui iurat. n. 26. C. de bon. author. iudi. poss. Guid. Pap. decis. 1. & 85. Deci. in c. 2. n. 22. de iudi. vbi hanc testatur com. opin. Nauar. qui ait quoque communem in c. cum contingat. remedio 1. de rescript. cum alijs supra in dictis limitationibus allegatis, & in hac specie tenent Craue. cons. 258. n. 4. & Menoch. loco citato n. 329. cum seq.

198 Septimo limita, vt locum non habeat d. principalis conclusio generaliter in alijs quibuscumque causis spiritualibus de quibus iudex Ecclesiasticus cognoscit inter laicos. c. 2. vbi scribentes de iudi. c. tuã. c. de ordi. cogni. c. causam quæ. el. 2. qui filij sint legi. Marant. de ordine iudiciorum. 4. part. princip. distinct. 1. n. 8. d. l. 56 tit. 6. part. 1. vbi alios casus spirituales ponit, & in fine generaliter extendit ad alios similes casus, ibi: *E todas estas cosas sobredichas, e las otras semejantes dellas pertenecen a oficio de santa Yglesia, e los Perlados las deuen juzgar.* Vbi Grego. Lop. in glos. verbo. *semejantes*, hoc notat. Quod etiã generaliter intellige non procedere, vbi sola quæstio facti versatur, vt in præcedentibus limitationibus diximus, tradit etiam Aufr. in d. clem. 1. de offi. ordi. reg. 4. fall. 8. Feli. in c. causam. n. 15. de præscript. Marant. d. dist. 11. n. 8.

199 Octauo limita, vt non procedat etiam in incidenti spirituali, nã quotiescumque coram iudice Ecclesiastico aliquod incidens spirituale est deductum, potest is iudex inhibere iudici sæculari, ne procedat in principali causa, quousque super illo incidenti iudex Ecclesiasticus pronuntiet. vt quando in causa successionis quę vertitur coram iudice sæculari, opponitur exceptio illegitimitatis, nam pendente causa legitimitatis, supersedendum est in causa successionis, donec causa legitimitatis sit terminata, etiamsi prius mota sit causa successionis. cap. tuam. vbi Abbas & communiter scribentes de ordine cogni. dicentes generaliter supersedendum esse per iudicem sæcularem in causa temporali & sæculari, cum opponitur exceptio peremptoria, de qua ipse non potest cognoscere ex dict. cap. quanto. de iudi. Idem tenent Doctores in cap. lator. qui filij sint legitimi. Lapus allegatione sexagesima tertia. Maranta. de ordi. iudicio. 4. part. distin. 11. n. 20. Beroius cons. 117. num. nono. libro tertio. Prosperus Pasethius consilio 66. num. 1. & cons. 157. n. 2.

200 Quod ab eo procedit, vt iudex sæcularis non possit statuere terminum opponenti exceptionem, quæ agi-

d.ca.inquisitionis. §. prohibemus.de hæreti. in 6. vbi Doctores notant & tenent & testantur communem Doctorum opin. Cagnol.in l. cum quædam puella.n.33. ff. de iurisdi. omni. iudi. Beroi. in c. at si clerici. n.79. & seq. de iudi. Bosii. in tit. de hæreti. n. 35. Mench. de succes. creatio. §. 6. n. 3. & 16. Simanc. d. tit. 36. n. 3. Iul. Clar. alios referens, qui testantur de communi in §. fi. q. 96 n. 7. Redin. de magest. princip. verbo non armis solum decoratam. 2. part. nu. 149. cum alijs per nos adductis supra in vltima limitatione ad primam principalem comclusionem.

206 Decimo limita, vt non procedit in crimine simoniæ, quod etiã merè Ecclesiasticũ est, & de eo iudex sęcularis inter laicos cognoscere nõ potest, vt notant glo. & scribentes in c. cum sit generale. de foro cõp. quod exprèsse probat l. 58. tit. 6. part. 1. vbi Greg. Lop. in glo. verb. de simonia. Sed hoc intellige quoad quæstionẽ iuris, secus quoad quæst. facti: tunc namque iudex sæcularis inter laicos cognoscere potest, & sententia â iudice Ecclesiastico contra simoniacum lata poterit eum iudex sæcularis punire. vt tenent Ant. n. 14. Imol. n. 8. & Feli. n. 4. in d. c. cum sit generale. de foro compe. Anan. in rub. de simonia. Aufre. in d. clem. 1. de offi. ordi. reg. 4. fal. 17. Ale. in add. ad Bar. in l. 1. ff. de publ. iudi. Gre. Lop. in d. l. 58. in glo. verb. de simonia. in fin. & generaliter. vbi de quęst. Ecclesiastica versatur sola quęst. facti, iudex sæcularis inter laicos cognoscere potest, vt tradunt Bart. Roma. Alex. & alij in l. Titia. ff. soluto matri Aufre. post alios in d. reg. 4. fal. 8. Feli. in c. causam. n. 15. de pręscri. cum pluribus alijs supra per nos adductis in d. limitationib. quorum opin. vera mihi visa est: licet contrariam teneant Abb. Barba. & Marianus Socin. in d. cap. cum sit generale. de foro compet.

207 Vndecimo limita dictam principalem conclus. non procedere in causa vsurarum quarum crimen est merè Eccles. & eius cognitio pertinet iudici Eccles. & non sæculari, vt notat gl. in c. cum sit generale. de foro compe. & in c. 1. de offi. ordi. & in c. ex literis. de iureiu. & in Summa 11. q. 1. gl. etiam in cle. dispendiosam. de iudi. & in clem. 1. de vsur. Albericus in rub. de vsuris. num. 3. Bald. cons. 192. col. penul. lib. 2. & cons. 449. in fin. lib. 3. & cons. 245. col. 1. lib. 5. & in l. 1. in fin. C. de vsuris. & in l. in contractib. §. in omnibus. & in l. quoties. C. de iudi. & in l. omni nouatione. C. de sacrosanct. Eccles. idem Bald. & Salic. in l. improbum. C. ex quib. caus. infam. irroge. Castr. cons. 71. col. 2. Fulgos. cons. 134. & cons. 149. Lapus alleg. 56 & alle. 70. Alex. cons. 59. col. 2. lib. 1. & cons. 39. lib. 4 & cons. 18. col. 3. lib. 6. Abb. in rub. de vsur. in fin. Ias. cõs. 153. 2. dub. col. penul. & fin. lib. 4. Corn. cõs. 159. col. penul. t lib. 3. & cons. 227. lib. 4. Anan. in c. perniciosam. de vsu. Grat. cons. 39. col. 2. li. 2. Rodulph. in tract. de vsur. qu. 114. Rubeus Alex. cons. 65. in fine. Archiepiscop. Florent. in tract. de vsur. §. 7. Ambr. de Vignate in eod. tract. n. 125. Deci. cons. 18. col. 2. & cons. 170. Bertrand. cons. 215. col. 1. lib. 2. Ripa. in ca. decernimus. col. 3. de iudi. Beroi. cons. 207. nu. 19. lib. 3. Soci. Iun. cons. 83. nu. 12. lib. 2. Craue. cons. 6. n. 101. Natta cons. 198. n. 25. Couarr. in epito. de sponsalib. 2. part. cap. 6. in princip. num. 19. vbi testatur de communi. & in cap. 8. §. 12. num. 5. vbi fatetur etiam hãc esse communem opinionem. Bossius in titulo de princip. Rolandus cons. 75. num. 16 & sequen. lib. 2. & cons. 96. num. 47. lib. 3. & cons. 95. num. 4. lib. 4. Mazoll. cons. 78. num. 1. cum alijs sequen quorum opinionem videtur approbari l. 58. titul. 6. part. 1. vbi ait causam hæresis, simoniæ, vsura-

rum, adulterij ad separationem tori, diuortij, & sacrilegij pertinere ad iurisdictionem Ecclesiæ, & sic enumerat & ponit causam vsurarum inter mere Ecclesiasticas.

208 Sed fere omnes præcitati Doctores hoc intelligunt, quando disputatur an contractus sit vsurarius, vel non, & sic quando est quæstio iuris, secus si sit quæstio facti: nam tunc sæcularis iudex potest etiam cognoscere. Quod vltra allegatos tenent in hac specie Bar. Imol. & Roma. in l. Titia. ff. solu. matrim. idem Bar. in il. 2. ff. de iurisdictio. omni. iudi. & in l. omni nouatione. C. de sacrosanct. Eccles. Bald. cons. 17. n. 1. lib. 1. & in c. 1. §. similiter. de contro. inuest. Ioan. And. Ant. & Abb. in c. tuam. de ordi. cogni. Imo. Card. & Paul. de Deleaz in clem. 1. de vsur. Anto. Cardi. Abb. Barba. Soci. & Feli. in c. cum sit generale. de foro compet. Domi. in c. 1. de vsur. in 6. idem Imol. in clem. 2. de iudi. Federi. cons. 96. Alex. cons. 9, lib. 4. Fran. in c. 1. n. 2. de vsur. in 6. Aufre. in clem. 1. de offi. ordi. reg. 4. fall. 7. Afflict. in const. regni. de vsuris puniend. §. statuimus. n. 1. Chassa. cons. 53. n. 18. testantur communem. Beroi. cons. 211. n. 6. & 8. lib. 3. Alciat. in c. 1. n. 53. de offi. ordi. Natta cons. 369. n. 8. & 12. Marquar. de Iudæis c. 1. n. 10. Couar. lib. 3. variar. resoluti. c. 3. nu. 1. Grego. Lop. in d. l. 58. tit. 6. part. 1. in glos. verbo de vsuris. Iuli. Clar. in §. fin. q. 37. n. 2. Cacher. decis. 137. nu. 11. Aluarez in suo speculo c. 67. de vsur. n. 7. Bursat cons. 90. n. 27. lib. 1. & sequntur hanc distinctionem dicentes cómunem plures alij, quos sciens prætereo.

209 Quam distinctionem intellige procedere quãdo principaliter quæstio vsurarum in iudicio deducitur, secus si incidenter per modum exceptionis opponeretur contractum esse vsurarium: nam tunc iudex sæcularis cognoscere posset etiam super quæstione iuris, & contractum ipsum tanquam vsurarium annullare, & rescindere, vt notat Baldus in dict. cap. 1. §. similiter. de controuers. inuesti. & consilio 17. libro 1. Imol. in ca. innotuit. de arbitris. idem Imol. Alexand. & Ias. in l. Titia. ff. soluto matrimonio. Guido Papa qui hanc testatur cómunem opinionem, cons. 180. num. 2. Beroi. consilio 211. num. 7. & 8. lib. 3. Iulius Clarus d. quæst. 37. num. 2. in fine. Caphal. cons. 402. num. 16. libr. 4. Hippolit. Riminald. cons. 399. num. 21. libr. 4. qui ait hanc esse communem opinionem tam Legistarum, quàm Canonistarum, quod in hoc regno praxis obseruat, & absque vlla difficultate procedit, cum per legem 4. & 5. & per totum titu. 6. lib. 8. recomp. vsuræ sint prohibitæ & contractus vsurarius sit nullus, & per legem 1. & 2. titul. 21. libro 4. eiusdem recomp. exceptio vsuræ sit legitima & potens ad annullandam executionem virtute contractus vsurarij factam, quod nota ad earum legum declarationem.

210 Sed quamuis dicta distinctio inter quæstionem iuris & facti, communis sit, vt ex doctoribus superius citatis apparet verius, tamen videtur, quod hoc crimen vsurarium sit in distincte mixti fori, siue quæstio sit facti, siue iuris. nam non solum vsuræ iure diuino & naturali & canonico sunt prohibitæ, vt satis notum est, & tradunt Doctores supra citati præsertim Cacheranus dict. decis. 137. num. 6. 7. & 8. sed etiam iure ciuili, & quòd iure ciuili vsuræ sint prohibitæ, probatur in athentic. de Ecclesiasticis titulis in princ. collectione 9. vbi Imperator mandat disposita in quatuor Concilijs vicem legis obtinere. & sicut leges obseruari, sed in Concilio Niceno vsuræ prohibentur, capite quoniam. 47. distinctione. ergo & à iure ciuili authenticorum prohitæ censentur, & hanc opinio

opinionem tenet glos. in authen. ad hæc. C. de vsur. & glos. in cap. quid dicam. 14. qu. 14. & glos. in c. quia in omnibus. de vsur. Et huius opinionis esse omnes legum glossatores tradit Imol. in clem. 1. nu. 8. de vsuris. hanc etiam opinionē tenent Bart. & Aug. in d. authen. de Ecclesiast. titul. Alberi. in l. si pecuniam. nu. 3. ff. si cert. petat. & in l. 1. n. 15. C. de sum. Trin. & fide Cathol. vbi testatur de communi, Bald. Salicet. Castrens. & alij post veteres in l. improbum. C. ex quibus caus. infam. irroget. idem Salic. in l. eos. n. 8. C. de vsur. & in d. authen. ad hæc. num. 3. & 5. C. de vsur. idem Imol. in l. 1. col. 4. vers. & aduerte. ff. de solutio. qui eam dicit cōmunem Legistarum & Canonistarum. Cardi. in c. in ciuitate. nu. 6. de vsur. Anania in d. c. quia in omnibus. nu. 16. de vsur. vbi etiam Abb. post glos. n. 7. idem Abb. in c. cum sit. nu. 18. de foro competen. vbi hanc dicit communem opinionem Guid. in tractat. de vsur. in princ. Alex. cons. 49. n. 1. lib. 4. & cons. 141. col. 1. lib. 5. Ias. in §. omnes. n. 14. insti. de actio. & in d. l. 1. n. 47. C. de sum. Trinit. & fide Cathol. Ruyn cons. 145. nu. 9. lib. 4. Soc. cons. 2. col. 2. lib. 1. Manquardus in tract. de Iudæis. c. 11. n. 1. & 2. Ambrosius de Vignate de vsur. c. saluhriter. n. 28. 30. & 33. & seq. Beroius in rub. de vsur. num. 80. Fortu. Garcia de vltimo fine. illatione 5. colu. 24. Summa Angelica verbo vsura. §. 2. nu. 1. Cotta in memoriali incip. vsuræ trientes. col. fin. vers. quamuis contrarium. & columna 4. vers. pro confirmatione, Parisi. cons. 54. num. 60. lib. 1. Crot. cons. 86. nu. 1. Couar. lib. 3. variarum resolutionum. cap. 3. num. 2. Roland. sibi contrarius cons. 35. num. 26. lib. 1. Iuli. Clar. §. vsura. nu. 4. vbi hanc testatur communem opinionem laté Gachera. plures allegans d. decis. 137. n. 9 Hippolit. Rimi. cons. 218. n. 73. Ioan. Baptist. Lup. in tract. de vsur. & comercijs illicitis. coment. 1. §. 3. n. 20. & 35. cum pluribus seq. vsque ad finem illius §. vbi probat non solum iure authenticorum vsuras esse prohibitas, sed etiam Iurisconsultorum responsis, dicens leges vsuras permittentes non loqui de lucratoria vsura, sed de morosa & punitoria, quæ in proprie lata significatione sumpta, vsura appellatur.

211 Hinc est iudicem sæcularem posse super causa vsuraria cognoscere, & vsurarium punire, vt post alios tenent Alciat. in c. 1. n. 54. de offi. ordi. dicens hanc esse communem opinionem. Couar. in epito. de sponsa lib. 2. part. c. 9. in prin. n. 19. & c. 8. §. 12. n. 5. & lib. 3. va. iar. resolut. c. 3. nu. 1. & 2. Natta cons. 369. n. 8. Roland. d. cons. 35. in fine lib. 1. Iuli. Clar. in d. §. vsura. vers. ex hoc infertur. alios allegans quos sequitur plures alios antiquos citans. Cacher. d. decis. 137. nu. 11. vers. 4 vbi per totam decisionem laté hoc probat.

212 Si igitur vsura de iure ciuili est prohibita, & secundùm præfatam cōmunem opinionem iudex sæcularis potest de ea cognoscere, & vsurarium punire, sequitur crimen vsurarium non esse meré Ecclesiasticum, sed mixti fori, etiā quando est quæstio iuris, maximè quia ius Canonicum non prohibet iudicem laicum de eo cognoscere: Et quòd non sit merè Ecclesiasticum, sed mixti fori, etiam quando est quæstio iuris, tenent Ioan. And. Domi. & Archidia. in cap. 1. de vsuris. in 6 dicentes vsurarium punitum de tali crimine in forò Ecclesiastico, posse etiam puniri in foro ciuili. Archidiaconus in cap. quid dicam. 14. quæst. 4. Salice. in l. eos. in fine. C. de vsur. Ioan. Monach. in cap. 1 de vsuris. Calderi. inter consilia Anchara. cons. 227. Anania in c. post miserabilem. de vsuris. Christoph. de Castell. cons. 36. Ioan. Andr.

215 Nec in hoc casu poterit iudex Ecclesiasticus iudici sæculari inhibere, quia cognitio super his quæ dependent à legibus Principis sæcularis, & statutis laicorum non pertinet ipsi iudici Ecclesiastico, cui in hoc dictæ leges Regiæ, quæ de vsuris puniendis, & nullitate contractus vsurarij loquuntur, nullam iurisdictionem videntur tribuere, vt explicat Castren. d. conf. 210. lib. 2. Iaf in d. l. quoties. n. 8. C. de iudi. Ant. Natta d. cōs. 169. n. 12. Hip. Rim. d. conf. 218. n. 72. & 73. lib. 2. & conf. 399. n. 19. li. 4.

216 Vnde vsurarius punitus per iudicem Ecclesiasticum poterit etiam puniri per iudicem sæcularem in excessu pœnę a supradictis legibus regni impositæ, vt notant Archi. Domi. & Ioan. Andr. in d. c. 1. de vsur. in 6 Imol. in c. cum sit generale. de foro compet. Anchara. conf. 236. Corn. conf. 19. col. 3. lib. 3. Hippolit. Rimin. d. conf. 218. n. 72. lib. 2. Quod non solum in hoc vsurarum crimine procedit, sed etiā in alijs criminibus mixtis, vt tradit Boerius decis. 289. Ant. Gomez in c. 1. delictorum. n. 40. Alciat. in c. 1. n. 228. de offi. ordi. qui tęstatur hanc esse communem opinionem. Couar. lib. 2. variar. resolutio. c. 10. n. 6. Iul. Clar. §. fin. q. 57. n. 14. qui ait communem. Redin. de maiestat. princip. in verbo. non armis solum decoratam. in 2. part. n. 157.

217 Ex his etiam infertur, quod cum ex l. 1. & 2. tit. 21. lib. 4. recomp. iudex sæcularis possit cognoscere de exceptione vsuræ, quæ impedit contractus executionem, si executio instrumenti publici apud iudicem sæcularem contra laicum sit petita, nō erit suspendenda per inhibitionem iudicis Ecclesiastici, coram quo à debitore petitum est cōtractum illum vsurarium pronuntiari, sed iudex sæcularis procedere potest in ea executione vsque ad debiti solutionē, nisi exceptio vsuræ probata fuerit intra decē dies, iuxta dictarum leg. regni dispositionem, vt post Rode. Suarez & plures alios tradit Cou. in epit. de spons. 2. par. c. 8. §. 12. n. 5. & lib. 3. var. resoluti. c. 3. n. 1. in fi. maxim è quia in hoc casu non principaliter quæstio vsurarū in iudicio deducitur, sed incidenter per modum exceptionis, in quo casu locum nō habet distinctio inter quæstionem iuris & facti, & si alias vera esset, quæ non est, vt superius diximus ex communi.

218 Duodecimò, limita dictā principalem conclusionē non procedere in materia iuramenti quando agitur, an valeat iuramentū, uel cōpetat absolutio, quia tunc cognitio cōpetit iudici Ecclesiastico, & non sæculari. c. venerabilē. vbi scrib. de elect. c. nouit. vbi etiam Doct. de iudi. glo. in c. cum sit generale.. vbi Abb. & alij de foro compe. gl. in c. prędicandū. 22. q. 1. Host. in c. tuā. de ordi. cog. Abb. in c. significante. dę pign. Bero. conf. 211. n. 2. li. 3. Greg. Lop. in l. 58. tit. 6. part. 1. in glos. verb. periurio.

219 Hinc est, legē ciuilem ex defectu potestatis & iurisdictionis nō posse aliquid statuere de viribus iuramenti. d. c. venerabilem. de elect. c. nouit. de iud. c. tua. el. 1. de deci. c. bene quidē. 96. distin. tenent plures per nos citati supra in 3. extens. ad hanc secundam principalem conclusionem.

220 Si vero agatur de obseruantia iuramenti, est mixti fori, & iudex sæcularis poterit cognoscere, & laicū compellere vt iuramentum licitum obseruet. c. licet mulieres. de iureiu. in 6. tradit Aufre. in d. clem 1. de offi. ordi. reg. 4. fall. 4. Abb. in d. c. cum sit generale. col. 9. de foro compet. Grego. Lop. in d. l. 58. tit. 6. part. 1. in glos. verb. periurio. Sicut iudex Ecclesiasticus potest etiam de iuramenti obseruantia cognoscere, c. fi. de fo. com. in 6. in quo erit locus pręuentioni, vt tradit Imo. in c. cum cōtingat. de iureiu. Aufr. in d. regula. 4. fall. 4.

221 Et sicut iudex sæcularis, potest cogere laicum ad obseruantiam iuramenti liciti, ita potest compellere creditorem laicum, vt remittat iuramentum turpiter receptum à debitore, vt scripserunt Federi. de Senis, cōs. 271. Roma. sing. 492. Guid. Pap. cons. 209. in fine, Afflict. decis. 263. Aufre. in d. reg. 4. fall. 4. Felin. in c. 1. n. 22. de iure iur. Maranta, de ordine iudi. 4. par. distin. 11. n. 40. Couarru. lib. 1. variar. resolutio. c. 4. nu. 5. vers. verum vtres ista.

222 Et similiter quando agitur ad pœnam periurij est mixti fori, & potest iudex sæcularis laicum periurum punire, d. c. nouit, de iudicijs, c. rex debet, 26. q. 5. notant Roma. sing. 420. Aufre. d. reg. 4. fall. 4. Couarru. in c. quamuis pactum, 1. par. §. 3. nu. 11. de pact. in 6. & de iure regio probatur, in l. 1. cum alijs seq. tit. 17. lib. 8. recop.

223 Potest quoque iudex sæcularis cognoscere de nullitate & iniustitia relaxationis à iuramento, vt tenent Ancha. cons. 382. col. 3 Feli. in c. cum sit generale, vers. limita quinto, de foro compet. & in c. 1. col. 7. vers. possset etiam sæcularis, de iure iur. Beronensis, caut. 102. in fine, Afflict. decis. 220. n. 9. vbi ait ita pluries fuisse practicatum in consilio Neapolitano, Marsil. sing. 367. Craue. cons. 7. col. penul. Soci. cons. 83. col. 2. Paris. cons. 43. n. 21. lib. 1. Marant. de ordine iudicior. 4. par. distin. 11. nu. 42. Roland. cons. 34. n. 10. lib. 1. & cons. 2. n. 15. lib. 2. Hippolyt. Rimi. cons. 188. n. 3. lib. 2. & cons. 234. n. 274. & 275. lib. 3. & ratio vltra alias esse potest, quia nullitas absolutionis incidenter proponitur coram iudice sæculari, coram quo causa instrumenti pendet, cuius naturam sumit, vt ab eodem iudice dignoscatur, vt notat Hippoly. Rimin. loco proxime citato, & diximus late supra in 2. & 3. & alijs limitationibus ad hanc secundam principalem conclusionem in causis spiritualibus, & in præcedenti limitatione, quando exceptio vsuræ opponitur contra executionem.

224 Est tamen hoc in loco notandum, quod adhoc vt valida sit absolutio à iuramento ad effectum agendi petenda est ante terminum solutioni præfixum, & sic antequam debitor sit in mora, & incidat in periurium, vt determinant Federi. de Senis, cōs. 301. in fine, Ancha. cons. 198. col. fin. Roma. cons. 326. Alex. cons. 222. col. 3. lib. 2. & cons. 118. col. vlti. lib. 7. & cons. 17. lib. 3. vbi testatur hanc esse magis communem opinionem Roland. cons. 34. n. 2. lib. 1. Hippoly. Rimi. cons. 188. n. 8. lib. 2. qui omnes dicunt nullam esse relaxationem, si lapsus termini solutionis non fuit expressus. Et in hoc casu, quando lapsus est terminus, est necessaria citatio, secūdum Federi. Ancha. & Hippolyt. Rimi. n. 9. in locis proxime citatis, licet alias in absolutione a iuramento ad effectum agendi, non sit necessaria citatio, vt statim dicemus. Et facta etiam mentione de lapsu termini, nō valet relaxatio iuramenti, concessa a Vicario Episcopi, vt voluit Anch. in d. cons. 198. in fine, Feli. in c. 1. vers. Septimo quæro, de iure iur. Ruyn. cons. 66. lib. 4. vbi ait hanc esse communem opinionem quos sequitur Roland. d. cons. 34. num. 4. lib. 1. Et si quis iurauit non contrauenire, nec petere absolutionem à iuramento, & impetrata non vti, vt quotidie fit, tenetur de hoc mentionem facere, & ab hoc iuramento prius absolutionē petere alias si simplicem absolutionem petat, licet concessa sit nihil valet, vt traddit Feli. in c. constitutus, n. 13. & 14. de rescript. Roland. d. cōs. 34. n. 6. lib. 1. nam tot sunt necessarie relaxationes, quod sunt iuramenta, vt post Bald. Roma. Soci. Felin. & alios traddit Rolan. loco proxime citato, num. 6. cum tribus sequentibus, tan-

tandem absolutio ab à iuraméto per obrreptionem & subreptionem obtenta est nulla, l. & si legibus, C. si contra ius, vel vtilit. public. c. super literis, de rescript. vbi Scribentes notant.

225 Sed est sciendum, prout superius passim tetigimus, quod absolutio ab iuramento solum ad effectum agendi impetrata, valet absque partis citatione, cum de eius præiudicio non tractetur, sed tantum impetretur ad tollendum obstaculum periurij, vt volunt Oldral. conf. 120. Ancha. cós. 18. Imol. in c. debitores de iure iur. Ruy. conf. 170. n. 30 lib. 1. & conf. 62. lib. 3. Deci. in c. qua fronte, de appellatio. Afflict. decis. 120. qui ait hanc esse communem opinionem dicunt etiam communem Alciat. in c. cum contingat, nu. 125. de iure iur. & Gome. in tract. bre ium, n. 46. idem tenent Guilliel. Benedict. in c. Raynutius, verbo, duas habens filias. col. vltimi, de testam. Ioan. Roseliaus, lib. 1. forensium insti. c. 33. Couarrub. lib. 1. variar. resolutio c 4. nu. 5. vers. tota igitur, Rolád. d. cós. 34. n. 1. lib.. qui testatur de communi, quod indistincte verum est, siue absolutio ad hunc effectum agendi impetretur à summo Pontifice, vel eius Nuntio, siue ab Episcopo, vt citati Doctores tenent & praxis admittit.

226 Sed postquam absolutio à iuramẽto concessa est ad effectum agendi, si ea etiam peta ur ad tollendam obligationem ex iuramento ortam, vel si absolutio petatur simul vt tollatur periurium, & obligatio ex iuramento contracta, tunc necessaria est citatio cum tractetur de præiudicio alterius partis, & de iustitia & veritate contractus, & eius rescisione, vt tenent plures citati per Couarru. in d. c. 4. n. 5. in prin. lib. 1 variar resolutio. & alij plures adducti in hoc casu, per Menoch. conf. 24. nu. 11. 12. & 13. lib. 1. & per Rimi. conf. 188. n. 11. lib. 2.

227 Ad nostrum tamen propositum redeundo aduerte, quod quamuis is qui aliquem contractum iurauit, impetret ab eo iuramento relaxationẽ ad effectum agendi, tunc iudex Ecclesiasticus, qui absolutionem concessit, non potest iudici sæculari, ad quẽ cognitio causæ principalis pertinet, inhibere sed de ea debet iudex sæcularis cognoscere cum iudex Ecclesiasticus per dictam relaxationem non dicatur, quoad causam principalem iudicem sæcularem præuenisse, vt notant Oldral. conf. 120 Ancha. cós. 18. Imol in c. debitores, de iu e iur. Butroi. in rub. de iudi. n. 18. & sentiunt hoc omnes Doctores supra citati dicentes: iudicem sæcularem cognoscere posse de nullitate absolutionis à iuramento.

228 Aliter vero videtur dicendum si simul cum relaxatione à iuramento quis peteret coram iudice Ecclesiastico ea obtenta, rescisionem contractus iurati, & ab eius obligatione liberationem, quia tunc iudex Ecclesiasticus, qui de præparatorio necessario cognouit potest, etiam cognoscere de causa principali contractus, & iudici sæculari inhibere, primo ex text. in c. fin. de foro compet. in 6. vbi iudex Ecclesiasticus est iudex cõpetens inter laicos, circa obseruantiã iuramenti in contractu appositi. Secundo, quia iudex causæ præparantis debet etiam esse iudex causæ præparatæ, l. ordinarij, vbi Scribentes, C. de rei vendicatio. glo. in c. parochianos, vbi etiam Doctores, de sent. excommunicatio. ex quibus duobus fundamentis hanc conclusionem tenent Bal. in d. l. ordinarij, 2 notab. C. de rei vendi. Castren. in l 2. nu. 3. C. vbi, & apud quem Alex. conf. 58. n. 7. lib. 1. & conf. 197. circa finem, lib. 2. & conf. 63. col 1. lib. 3. & in l. quoties, C. de iudi. & in l. nulli, C. eod. tit. Ias. in l. nam & postea, §. si minor, n. 15. ff. de iure iur. & in d. l. quoties, C.

de iudi. Seuerin. in repeti. l.omnes populi.col.14. vers.hæc videtur vera.ff.de iusti.& iure. Feli.in c.1. nu. 27.vers.sexto quęro.de iureiur.& in c.2.n.24. vers.& per illam. conclusionem de sponsal. vbi hanc testatur communem opinionem,& in c. cum sit generale.n.4.de foro compet. Gerard. sing. 88. Hyppolit. sing. 654. Thom. Ferratius in tract. cautelarũ. caut.11.nu.2.Cotta in memorab.iur. dictione iudex.Deci.in rub. de iudi. nu. 2, vbi ait hanc esse communem opinionem, & ab ea non facile esse recedendum,& ibi etiam Ripa.Cur. Iunior cons.152.n.9.& in rub. C.de edendo.n.14.Beroi.cons.179.n.9.lib. 1.Marant.de ordi.iudicior.4.part.11. distin.n.14.Dicit etiam communem Viuius in suis commu. conclu.in verbo,iudex si aditus fuerit. & nouissime hanc sequitur opinionem Suarez de Paz,quem longè post hęc scripta vidi, in sua praxi 2.tom. 2.præludio. n:39.qui in eius confirmationem allegat l.11.& 12.titu.1.lib, 4.recomp. quibus legibus prohibetur tabellionibus apponere iuramentum in contractibus de se validis,celebratis inter laicos, ex eo, quia ratione iuramenti ipsi laici efficiuntur de iurisdictione Ecclesiastica.

229 Contrariam tamen opinionem nẽpe iudicem Ecclesiasticum ratione iuramenti, & eius relaxationis non posse cognoscere de rescisione contractus iurati in casu,quo absque iuramento cognoscere non poterat, sed cognitionem hanc esse iudici sæculari cui competit remittendam, tenent Castrens. sibi contrarius in d. l.ordinarij.n.4.C.de rei vendi.Deci. in rub.de iudi.nu.2. Couar lib.1.variar. resolutio.c.4.n.8. Octauia.Cacher.decis.pedem.78 nu.7.cum alijs seq. & per totam. Ioann.Gutierrez in tract. de iuramento confirmatorio.3 part.cap.12.n.6.quorum opinio probatur primo ex text.in cap.lator. iuncto.cap.causamque. el.2.qui filij sint legitimi.vbi iudex qui cognouit de causa illegitimitatis,quæ causam matrimonialem habet annexam, remittit litigantes super principali causa hæreditatis ad suum iudicem sæcularem. Secundo probatur ex text. in ca.tuam. de ordi.cogni.in vltimis verbis,quæ ad Carolum Regẽ Franciæ referuntur, vbi quamuis iudex Ecclesiasticus de causa spirituali pręparatoria cognoscere cœpit,& interim supersedendum sit super causa principali hæreditatis,posteà tamen non est agendum de ea causa principali coram iudice Ecclesiastico, qui de præparatoria causa cognouit,sed coram iudice sæculari cui cognitio illius causæ competebat. Tertio probatur ex l.1. C. ad exhibendum. vbi exhibita re apud vnum iudicem,posteà causa principalis reivendicationis coram alio iudice tractatur,& tamen actio ad exhibendum est præparatoria ad reivendicationem,vt notant ibi Bart. Bald. Salic. & Castren. & glos.in d.l.ordinarij. verbo exhibitis C.de rei vendi.l.16.tit.2.part.3. Quartò probatur ex his quæ notat glos.in cap.cæterum.de iudicijs. vbi causa possessoria feudi potest cognosci per iudicem ordinarium,& tamẽ quæstio proprietatis feudi nõ cognoscitur nisi per dominum proprietatis feudi,quod ad hoc notat Cacher. in d.decis.78.n.9. Quintò facit quòd delegatus in causa possessoria, non censetur delegatus in causa petitoria,vt tradunt Bald. & alij in §. præterea. el.2.de prohibita feud.alienatio.per Fede.& in l.penul.C.si a non compet.iudi.& in ca.1.de sequestratio.possessio.& fruct.Cacher. d. decis.78.num.10.vbi in n.11.post Ioan. Monach.Bald. Gemi.& Afflict.etiã tradit, quod iudex qui de possessorio dognoscit,de petitorio cognoscere non potest,si alterius iurisdictioni pręiudicatur,ita in hoc casu iudex Eccle

Ecclesiasticus in præiudicium iurisdictionis temporalis regis, non poterit de rescisione contractus cognoscere, vt probatur in d. l. 11. tit. 1. lib. 4. recomp. ibi. *Y la nuestra iurisdiction Real a causa dello recibe detrimento.*

230 Nec obstat text. in d. c. vltimo de foro compet. in 6. qui locum habet, quando agitur ad obseruantiam iuramenti super contractu interpositi, non verò quando agitur ad distractum contra iuramentum, & sic ad rescisionem contractus, quia tunc actor tenetur sequi forum rei, & ita respondet Dec. in d. rub. de iudi. col. 3. quem sequitur Couarru. in d. c. 4. n. 8. & Cacher. in d. decis. 78. n. 14. etsi replicetur iudicem Ecclesiasticum esse etiam competentem iudicem, vbi agitur de inobseruancia contractus iurati. c. 1. de iureiur. Ad hoc respondetur, illud procedere quando iuramentum esset interpositum super contractu euidenter illicito propter vitiũ vsuræ, simoniæ, vel aliud simile vicium, cuius cognitio pertinet ad iudicem Ecclesiasticum, vt Couarru. & Cacher. in locis citatis respondent præterea, quia dispositio d. c. fin. de foro compet. in 6. inducta est in fauorem eius cui præstatur iuramentum ad maiorem firmitatem contractus, & non debet in eius odiũ retorqueri. l. nulla. ff. de legi. l. quod fauore. C. eod. tit. c. quod ob gratiam de reg. iur. in 6. & satis in eius odium retorquetur, cum non conueniatur coram suo iudice sæculari, & inuitus trahatur coram iudice Ecclesiastico, nam laici fatigantur laboribus & expensis litis in causis quæ tractantur in curia Ecclesiastica, cum sint penè immortales, quibus non est præfixa aliqua instantia, vt notant glos. & scribentes in c. a. venerabilis. de iudi. glos. Bart. & alij in l. properandum. in prin. C. eod. tit. Similiter in ea curia Ecclesiastica ab omni interlocutoria, & ab omni grauamine appellatur, vt in c. vt debitus. c. causam. de appellatio. c. cordi. eod. tit. in 6. Item lata sententia in foro Ecclesiastico appellatur ad sedem Apostolicam, & appellans impetrat iudicem delegatum sibi propriũ, qui fortè amicitiæ causa differt causæ expeditionẽ, & is qui cõtractũ iurauit, vsus hac materia fugere procurat iudicem sæcularem, & litigare cupit coram iudice Ecclesiastico, prout sæpè contingit.

231 Minimè obstat secundum fundamentum Bal. ex l. ordinarij C. de rei vẽd. quia ex ea l. iudex non acquirit iurisdictionẽ ex eo solo, quod cognouit super causa præparatoria, sed ex eo quod habebat iurisdictionẽ super causa principali; cũ litigantes illius iurisdictioni subessẽt, ideo ibi iudex præparatorij dicitur iudex præparati, quod secus est in nostro casu, quia quamuis iudex Ecclesiasticus sit iudex competens super absolutione à iuramento, non tamen super rescisione contractus, & sic super re merè profana inter laicos, qui non sunt subiecti eius iurisdictioni, vt Castrens. Deci. Couarru. & Cachera. in locis supra citatis respondent.

232 Vltimò, non obstat l. 11. & 12. tit. 1. lib. 4. recomp. nam loquũtur quando ex communi consensu contrahentium debitor se submittit expresse cum iuramento iurisdictioni Ecclesiasticæ, vt in l. si ex consensu. vbi Doctores C. de Episcop. audi. notat Bar. in l. 1. §. & post operis. vers. vnde dic. ff. de noui oper. nuntiatio. vbi Ias. nu. 11. idem Bar. in l. 1. & 2. ff. de iudi. scribentes in c. significasti de foro compet. quam submissionem dictæ leges regni prohibent, etiam in casibus vbi ad firmitatem contractus requiritur iuramẽtum, quamuis ipsum iuramentum permittatur ad eorum firmitatem, non tamen ad prorogandam iurisdictionem Ecclesiasticam, quod principaliter prohibent dictæ leges, vt probatur in l. 11. ibi. *Pordo se sometan*

sometan a la iurisdiction Eclesiastica, ni hagan iuramento por la tal obligacion junta, ni apartadamente ni el acreedor lego la reciba, &c. Et in fine tantum excipit contractus qui fiunt in fauorem Ecclesiarum, & clericorum pro eorum reditibus & fructibus, & d. l. 12. tantum permittit iuramentum, vbi de iure requiritur ad validitatē contractus nulla facta mentione submissionis, ex quibus legibus non obscurè colligitur eas principaliter tollere submissionem cum iuramento, & tantum permittere iuramentum absque submissione, vbi id iuramentum requiritur ad firmitatem contractus, quia dicta submissio semper est prohibita, non solum absque iuramento, vt in l. 10. præcedenti illius tituli, ibi: *ni hazer otorgar obligacion sobre si, en que se someta a la iurisdiction Eclesiastica sobre deudas o cosas profanas a la Yglesia no pertenecientes*: sed etiam cum iuramento, vt in d. l. 11. & 12. apertè probatur, & ita satis apparet vltimam opinionem Castrens. Deci. Couar. Cacher. & Ioan. Gutierrez veriorem esse, & primam Bald & aliorum solùm procedere, quando contractus esset rescindendus propter vitium vsuræ, simoniæ, vel aliud simile vitium, cuius cognitio ad Ecclesiasticum iudicem pertineret, vt supra dictum est, quod ita praxis obseruat: etsi doctor Suarez de Paz dicat semel & iterum se practicari fecisse in audientia Episcopali Salmantina: ego quidem quamuis quatuor annis in illa celeberrima ac nobilissima ciuitate Salmantina functus sum officio Prætoris authoritate Philippi II. Regis Catholici, ac prudentissimi, numquam vidi, nec intellexi iudicem Ecclesiasticum cognoscere inter laicos de rescisione contractus ratione iuramenti, nisi fortè in casibus supra exceptis, & si talis cognitio in meam venerat notitiam totis viribus eam ordinario Regis auxilio, & quibuscūque alijs iuris remedijs con radixissem, & resisterem, prout feci in plurimis negocijs & causis à iudice Ecclesiastico & Scholastico in præiudicium iurisdictionis Regiæ ibi intentatis.

223 Decimo tertio limita dictam principalem conclusionem non procedere in crimine sacrilegij, quod est mixti fori, & locus est præuentioni, ideo si iudex Ecclesiasticus præueniat iudicem sæcularem, potest de hoc crimine contra laicū sacrilegum cognoscere. ca. cum sit generale. de foro compet. vbi glos. & scribentes notant. Ioan. Igneus in l. necessarios. §. non alias. n. 35. ff. ad Sillanian. Mātua. cons. 266. nu. 80. qui testatur de communi. Roland. cons. 24. num. 14. lib. 2. Cacher. decis. 103. nu. 7. Quod intellige quoad satisfactionem Ecclesiæ, vel restitutonem rei subtractæ: nam tunc vterque iudex cognoscere potest. c. cum sit generale. cap. conquestus. & ibi scribentes. c. si clericus laicum. de foro competen. cum alijs statim in sequenti limitatione citatis, secus verò quoad punitionē delicti, quia tunc iudex sæcularis solus cognoscere potest, & sacrilegium punire. l. si quis in hoc genus. C. de Episcop. & cleric. tradunt Sicul. Hosti. & alij in d. ca. cum sit generale. de foro compe. Aufre. in dict. clem 1. de offi. ordi. regula 4. fallentia 5. & ita seruatur de consuetudine in hoc regno.

234 Decimoquartò limita, vt non procedat, quando Ecclesia agit aduersus laicos malefactores, raptores, expoliatores, & cum violentia inuasores rerum Ecclesiasticarum: nam tunc tanquam sacrilegi conueniri possunt coram iudice Ecclesiastico vel sæculari. c. de viro. 12 q. 2. c. cum sit generale. c. conquestus. de foro compet. vbi scribentes. ca. si clericus laicum. eod. tit. tradunt Aufre. in d. clem. 1. de offi. ordi. reg. 4. fallent. 5. Marant. de or-

de ordine iudi. 4.part. distinctio.11. n.u.6. Couar.pract. quęstio. c.7.n.3. Anto.Gabriel plures allegans lib.5. recept.conclu.in tit.de resti.spoliat. concl.5.n.103. Menoch.late hoc explicans de recuperanda posse.remedio 15 nu.205.cum seq. & de retin. possess.remedio 3.n.361. cum plurib. seq.quod probat l.3. tit.8. part.1. & l.58.tit.6.ead.part. & in vtroque loco notat Greg.Lop. in bonis autem clericorum cessante violentia in persona clerici cessat hoc priuilegium, vt aperte colligitur ex d.l.3. tit.18. part. 1. & ita solus iudex sæcularis de eis contra laicos cognoscere potest ex d.l.57.titu.6.part.1. Nam ad hoc vt laicus in hoc casu posit conueniri coram iudice Ecclesiastico, violentia inferenda est in rebus Ecclesiæ,& in clerico in eius persona, vt latius diximus supra in 5.extensio ne ad dictam hanc secundam conclusionem.

235 Decimo quinto limita, eam non procedere in iniuria clerico a laico illata, nam tunc si iudex Ecclesiasticus iudicem sæcularem præueniat, potest de ea contra laicum cognoscere, vt notat glos.in authenti. item nulla communitas. verbo ab Ecclesia.C.de Episco.& cleri.Guid.Pap. quæst.562.n.3. Aufre.in d.clem.1.de offi.ordi.reg.4.fall.26.idem in effectu tenet glos.in c. parrochianos.de sent.excommu. dicens iudicem Ecclesiasticum posse cognoscere aduersus laicum de iniuria clerico illata, si coram eo petatur absolutio ab excommunicatione canonis, quã sequuntur Couarru. & alij per eum citati lib.1.variarum resolution.c.4. n.8.quam glo.intelligo,si absolutio petatur, antequam iudex sæcularis præueniat; si verò per iudicem sæcularem præuenta sit cognitio causę, tunc is index sæcularis contra laicum procedere, & eum punire debet, l si quis in hoc genus.vbi Bart. Bald.& alij notant. C. de Episcop. & cleri.Guid. Pap.& Aufre.in locis proxime citatis. Rolandns conf.24. num.2.lib.2. Sed verius est vt vterque iudex procedere possit, Ecclesiasticus imponendo pœnam spiritualem à iure Canonico impositam, vt in ca.si quis sua dente diabolo.17. q.4.& sęcularis imponendo pœnam fisco applicandam vel corporalem, cum vterque iudex videatur offensus,vt post Amad.de find.n.171.tenet I.Cla. in §.fin.q.36.n.47.quia pœna spiritualis non tollit temporalem, nec e contra temporalis tollit spiritualem,vt in limitatione ad primam principalem conclusionem diximus, & quamuis sacrilegium sit, sicut iudex laicus non potest de pœna spirituali cognoscere,ita iudex Ecclesiasticus de pœna temporali.

236 Decimo sexto limita, vt locum habeat in Ecclesia læsa in contractu cum laico celebrato: nam poterit petere restitutionem in integrum aduersus eum laicum coram iudice Ecclesiastico,vt notat Innoc.in cap. cum sit generale. de foro compet. quem ibi sequuntur Abb. nu.10.col. 2.& Soci. n.13.idem Abb.in cap.1.n. 18.por illum text. de in integrum resti.& in c.penul.ex illo text.de reb. Eccles. Aufre.in dict.clem.1.de offi. ordi. in tract. de potestate Ecclesiæ. n.48. Marant.de ordine iudi. 4.par. distinct.11.n.16. Couarr. licet dubius lib.1.variar. resolutio. c.4.nu.2. vbi aliter constanter affirmat in clerico minore læso in patrimonialibus,qui restitutionem in integrum tenetur petere coram iudice sæculari,cuius opinio vera est ex his quæ supra diximus in 4.extensio.ad hanc 2. principalem conclusionem ex quibus idem videtur quoque dicendum in hoc casu in Ecclesia, vt sentit Couarruuias loco citato, qui iuribus in contrarium adductis satisfacit,quem vide.

Deci-

236 Decimoseptimo limita, vt non procedat in terminis l. diffamari. C. de in genu. & manu. nam si clericus à laico fuerit diffamatus, poterit is clericus laicum diffamantem trahere, cum in hoc casu clericus diffamatus dicatur reus, qui coram suo iudice est conueniendus, vt notant Bar. Salic. Alex. Imol. & Cagnol. in d. l. diffamari. C. de in genu. & manu. Abb. Felin. & alij in c. si quis. contra clericum. de foro compet. Boerius decis. 255. Capi. decis. 18. n. 1. cum seq. Couarru. lib. 1. varia. resolutio. c. 18. n. 5. Paris. cons. 80. in fine. lib. 4. Natta cons. 656. n. 2. lib. 3. Cacheran. decis. 151. per totam. qui plures citat dicentes hanc esse communem opin. Bursat. alios etiam referens cons. 16. nu. 58. lib. 1. cum alijs per nos adductis in actione l. diffamari. lib. 3. Ex qua ratione idem erit dicendum, quando laicus à laico diffamatur in casibus mere Ecclesiasticis, vel concernentibus spiritualitatem, quia diffamatus conueniendus erit coram iudice Ecclesiastico rei diffamati, vt notant Innoc. Abb. Felin. & alij in c. conquerente. de offi. ordi. Aufre. in tract. de potesta. Eccles. super laicis. vers. 117. In casibus verò mixtis poterit diffamatus conueniri in foro Ecclesiastico vel sæculari ipsius diffamati, ex his quæ tradunt Doctores in cap. cum sit generale. de foro compet. & quæ dicta sunt in criminibus mixtis: nam quando diffamatus plures habet iudices, diffamans eligere potest ex his quem maluerit, vt tradit Soci. cons. 94. n. 6. lib. 3. Petrus. de Benitend. vt decis. 66. n. 2. Couarru. lib. 1. variar. resolutio. c. 18. numero 6. Mazoll. consilio 14. numero 4.

238 Decimo octauo limita dictam conclusionem non procedere, quando laicus simul cum clerico obligatur pro re indiuidua & communi: nam tunc tota causa erit tractanda coram iudice Ecclesiastico propter priuilegium clerici, vt ex l. si communem fundum. ff. quemadmodum seruit. amitt. notant Bart. & Bald. in l. præcipimus. §. ea obseruando. C. de appellatio. idem Bart. post Dyn. in l. iurisperitos. ff. de excusat. tut. Areti. cons. 25. col. 2. Socin cons. 12. nu. 22. lib. 1. & cons. 82. lib. 3. vers. noua conclusio. Marant. de ordine iudicio. 4. par. dist. 11. n. 21. & 24. Couar. pract. quæst. c. 34. n. 2. Cache. decis. 103. n. 2. in fi. & seq. Quod secus esset, si causa esset diuidua, quia tunc conueniendus est clericus coram iudice Ecclesiastico, & laicus coram iudice sæculari. vt dicti doctores intelligunt, & Deci. in l. si emancipati. n. 5. C. de collatio. & in authen. cassa & irrita. n. 9. C. de sacrosanct. Eccles. Roma. cons. 195. Ias. cons. 238. in fine. lib. 2. Ang. in d. l. si communem fundum. ff. quemadmodum seruit. amitt. Feli. in cap. 1. col. 5. de præscriptio. Mexia in l. taxæ panis. conclus. 5. n. 75. Cachera. decis. 103. n. 9. Ex quo infertur, quod si clericus & laicus simul deliquerint, cum quoad cognitionem & punitionem res sit diuidua, quod clericus erit puniendus à iudice Ecclesiastico, & laicus à iudice sæculari, vt tenent post alios Craue. cons. 232. Anto. Gomez in tract. de dict. ca. 10. n. 6. in fin. Couarruui. pract. quæstio. cap. 34. n. 1. vers. nos vero. Iuli. Clar. in §. fin. q. 36. n. 46. Mexia in d. conclus. 5. n. 74. & 75. Cachera. d. decis. 103. n. 10. Hippolit. Riminald. cons. 261. n. 44. lib. 3. & pro hac opinione est text in l. si quis vxori. in princ. ff. de furt. vbi in delictis socius criminis non gaudet priuilegio socij, & hanc opinionem seruari in praxi, testantur Boeri. in consuet. Bituricensibus. in tit. de iurisdictio. omni. iudi. §. 9. Ioan. Ign. in l. 1. §. si quis in villa. nu. 27. ff. ad Sillamian. Rebuf. in authen. habita priuilegio 106. & in proœm. Regiar. constitutionum. glo. 5. n. 117. & alij

& alij citati per Couarr. loco superius allegato, & eam in hoc regno praxis obseruat, & de iure veriorem existimo, quamuis contrariam sequatur plures citati supra in extensione ad primam principalem conclusion.

239 Decimonono limita quando iurisdictio Ecclesiæ prorogatur à laicis: nam iure valet talis prorogatio, & eius virtute potest laicus coram iudice Ecclesiastico conueniri. l. si quis ex consensu. vbi Bald. & Doctores C. de Episcop. audi. Bart. in l. 1. §. & post operis. vers. vnde dic. ff. de noui. oper. nuntiatio. vbi latè Ias. n. 11. idem Bart. in l. 1. & 2. ff. de iudi. Abb. Felin. & alij in c. significasti. de foro compet. Aufre. in clem. 1. de offi. ordi. in tract. de potest. Eccles. super lai. casu 31. Sed de iure huius regni laicus non potest se submittere iurisdictioni Ecclesiasticæ super rebus prophanis Ecclesiæ non pertinentibus, vt disponit l. 10. tit. 1. lib. 4. recop. ibi. *ni hazer, ni otorgar obligacion sobre si, en que se someta a la iurisdiction Eclesiastica sobre deudas o cosas profanas, a la Yglesia no pertenecientes*, &c. Nec potest tali submissioni iuramentum apponere per l. 11. eiusdem tituli, nisi in contractibus qui fiunt in fauorem Ecclesiarum. vel clericorum ex suis redditibus: nam tunc conueniri possunt coram iudice Ecclesiastico ratione submissionis & iuramenti, vt disponit d. l. 11. tit. 1. lib. 4. recop. in fine. in cæteris autem casibus generaliter & indistinctè laicus non potest se submittere iurisdictioni Ecclesiasticæ, nec iuramentum apponere submissioni per dictas leges 10. & 11. quæ optimo iure conditæ fuerunt, cum talis prorogatio & submissio fiat in præiudicium Regis, quod fieri non potest, vt tradit Bal. in l. 2. circa finem. de operis liber. & in c. accusatus. vbi etiam Ioan. Monach de hæreti. in 6. Marti. Laud. in tractat. de confœd. pace & conuen. princ. n. 8. Cachera. post alios in d. decis. 78. nu. 17. Sicut clericus tacite, nec expresse non potest prorogare iurisdictionem sæcularem, etiam cum iuramento in præiudicium ordinis clericalis, vt diximus supra in 4. & 5. extensione ad primam principalem conclusionem. Et potuit etiam Rex disponere, nè iuramentum in tali submissione interponatur, vt late diximus supra in 3. extensione ad hanc secundam principalem conclusionem.

240 Vigesimo limita dictam conclusionem non procedere in iudice Ecclesiastico, qui habet dominium & iurisdictionem temporalem: nam tunc in temporalibus potest cognoscere inter laicos. c. venientes. de iureiur. C. fin. ne clerici vel monachi. in 6. glos. & Doctores in c. 2. de exceptio. in 6. Aufre. in clem. 1. de offi. ordi. in tract. de potest. Ecclesiæ super laicis. casu 46. Quod intellige quando iure proprio habet iurisdictionem temporalem, & non recognoscit aliquo modo in ea iurisdictione temporali laicum superiorem, vt tradit Aufre. in d. tract. casu 19. secus si recognosceret, vt in hoc regno recognoscũt Ecclesiæ, & personæ habentes iurisdictionem temporalem, tenentur creare iudices & officiales laicos ad exercendum eam iurisdictionem temporalem in prima & secunda instantia, & ab eorum sententijs appellatur ad curiam Regiam, vel ad alios Regios iudices ad quos appellatum iure Regio fuerit, vt disponit l. 8. tit. 3. lib. 1. recop. cuius verba sunt: *Otrosi mandamos, que los Perlados e otras personas Eclesiasticas destos Reynos en los casos que tuuieren iurisdicion temporal, ansi en primera instancia, como en grado de apellacion, ayan de poner, y pongan personas legas que la exerciten, y administren, y no pongan personas Eclesiasticas*, &c. Et ibi: *Mandamos que en toda*

todas las causas temporales que dellos o de qualquier dellos fuere apelado, otorguen las apelaciones para las nuestras Chancillerias, o para otros qualesquier nuestros juezes a quien pertenezca el conocimiento de las tales apelaciones, ayan lugar en que ante los dichos juezes legos pongan Escriuanos legos publicos, y reales ante que passen los autos habiles y examinados, y no pongan Notarios Apostolicos &c.

241 Vigesimoprimo limita, vt non procedat in executione vltimarum voluntatum, nam iudex Ecclesiasticus potest compellere executores laicos testamentorum, vt voluntates testatorum exequantur c.3. vbi Doctores maxime Couarru.n.5.c.si hæredes. vbi etiam Couarru.nu.1. cum seq. c.tua. destam.c.a nobis.el.2. vbi Abb.de sent. excómunicatio. Cardi. Abb.& alij in c.fin.de sepultu. Anania in c.ex literis.de rapt. Salic.in l.1.C.ne ex delicto defunctor. in dict. tract.de potest. Ecclesiæ super laicis casu 28. circa quod videndum est sãctum Concilium Trid. sessione 22. de reformatione. c. 8. Et cum hæc vltimarum voluntatum executio sit mixti forj, iudex sæcularis potest etiam compellere executores ad voluntates defunctorum exequendas, vt probatur in authen.de Ecclesiast. tit.§. si quis ædificationem. collat.9. tradit post alios Couarr. in d. cap.si hæredes num.1.de testa. dicemus latius suo loco.

242 Vigesimosecundo limita, vt locum non habeat in his quæ tendunt ad salutem animæ, in quibus Episcopus per suas constitutiones potest ligare laicum in criminibus Ecclesiasticis, adiuuando ius commune, vel apponendo pœnam præter ius commune, licet non possit condere constitutionem contra ius commune canonicum c.vt animarum. de constitutio. in 6. vbi Domini. ca.nouit. de iudi vbi Doctores glos. in clem.ne Romani. verb. tolli. de electio. & c.2. de consti. in 6. vbi Archid. Innoc. inc. fin. de offi. Archid. Bal. in l.nulli. per text. ibi C.de sent. & interlocutio. omni. iudi. & in l. eos. C. de vsu. Andr. Barba. inter consilia criminalia. Zileti cons. 92.n.4. & 12. lib. 1.

243 Vigesimo tertio limita dictam conclusionem non procedere in denuntiatione Euangelica, quando laicus detinet debitum vel rem alienam cum peccaco, & nulla de iure ciuili datur actio contra eum: nam tunc ratione peccati potest iudex Ecclesiasticus per viam denuntiationis Euangelicæ compellere eum laicum detentorem ad pœnitentiam, & per consequens ad restitutionem cum pœnitentiam agere non possit, nisi restituat, vt notat glos.3. & Doctores in c.cum sit generale. de foro compet. tradit Bart. in extrauaganti. ad reprimendum. vers. per denuntiationem. Bald. in authen. ad hæc. col. 2. C.de vsur. Abb. Felin. & alij in c. nouit. de iudi. vbi Nauarr. notab. 6. Maranta de ordi. iud.. 4. par. distin. 11.n.12. dixi latius in c.1. in 4. remed. supra isto lib.

244 Vigesimo quarto limita eam non procedere in cognitione immunitatis Ecclesiæ: nam si laicus delinquẽs sit per iudicem sæcularem ab Ecclesia extractus an gaudere debeat vel non immunitate Ecclesiæ, & restituendus sit Ecclesiæ, iudex Ecclesiasticus cognoscere debet, vt tradit Abb. in c inter alia. nu.26. de immunit. Eccle. Ang. in Sũma verb. immunitas. ver. quæro. Siluest. in Sũmaeo. vers. immunitas 3.. in q.7. Remig. in tract. de immunit. Eccles. q.2. & vlti.

245 Vigesimo quinto limita eam non procedere in miserabilibus personis quæ possunt reos laicos coram iudice Ecclesiastico super rebus prophanis conuenire, vbi iudex sæcularis negligens fuerit in administranda eis iustitia. c. significantibus. vbi glo. de offi.

de offi. deleg. c. ex tenore. de foro compet. vbi scribentes, Aufre in d. tract. de potest. Eccles. super laicis. casu 56. Ioan. Lup. in c. per vestras. 2. notab. n. 5. de donatio. inter vir. & vxo. Couar. pract. quest. c. 6. n. 1. Sed hanc limitatio. praxis non admittit.

246 Vigesimo sexto limita, vt non procedat in causa dotis, quæ etiã principaliter tractari potest coram iudice Ecclesiastico, cum sit mixti fori, vt tenent Bal. Imol. Castren. & alij in l. 1. ff. soluto matri. vbi Ripa n. 48. testatur esse communem opinionem Innoc. Hostien. Ioan. Andr. Abb. & alij in c. prudentia. de donatio. inter vir. & vxor. Roma in l. Titia. col. 5. ff. solut. matri. Ancha. cons. 21. in fin. & hanc testatur communem opinionem plures allegans Aufre in d. tractat. de potest. Eccl. super laicis. cas. 37. & Feli. in c. licet. n. 1. de foro compet. Deci. in authen. quod locum. n. 5. de collatio. Gome. in c. fin. in prin. n. 22. de iudi. Didac. Perez in l. 2. tit. 1 lib. 3. ordi. col. 775. vers. dubitatur insuper. Contrariam tamen opinionem, nempe, quod causa dotis principaliter mota tractanda sit coram iudice seculari tantum, & non corã iudice Ecclesiastico tenet glos. penult. in d. c. de prudentia. quam ibi sequitur Anto. & glos. in c. ex tenore. de foro comp. Bal. in l. ex contractib. §. fin. de non numerata pecunia. Ang. in d. l. 1. ff. solu. matri. Ias. in d. authen. quod locum. n. 10. C. de collat. Feli. in c. Ecclesia. n. 58. de consti. vbi hanc testatur communem opin. quam tam quam veriorem praxis in hoc regno obseruat. Et prima opinio locum habere poterit, quando dos peteretur à vidua, vt sentit Castren. in d. l. 1. ff. soluto matri. & expresse hoc firmat Bald. nouel. in tract. de dote. part. 9. priuilegio 16. quem refert & sequitur Aufre. in d. casu 37. Ioan. Lup. in c. per vestras. n. 2. n. 13. & 24. & ratio est quia viduæ dicuntur miserabiles personæ l. 1. C. quãdo imperator inter pupil. & vidu. quod ego intelligerem data negligentia iudicis sæcularis, prout in præcedenti limitationem diximus.

247 Vigesimo septimo limita quando iudex laicus non reperitur in eo loco: nam tunc iudex Ecclesiasticus cognoscere poterit de temporali iurisdictione, vt notat Bald. in c bone. el. 2. de postulatio. prælator col. penult. vers. scias. Ias. in l. testamenta omnia. col. 2. C. de testam. quos refert & sequitur Marc. Salon de Pace in l. 3. Tauri. nu. 1052. Maranta de ordi. iudici. 4. part. distinct. 11. nu. 11. quod probatur ex l. vt perfectius. C. de annali exceptio & ex l. vlti. tit. 29 parr. 3. ibi: *O delante del Obisbo no pud endo auer el juez.* quod intelligo instante necessitate, donec iudex sæcularis reperiatur.

248 Vigesimo octauo limita, vt non procedat quãdo laici officiales Episcopi delinquunt in officio: quia tunc Episcopus ratione officij potest cognoscere de delictis per eos commissis in officio, vt post plures tradit Aufr. in d. tract. de potest. Eccles. super laicis. casu. 25.

249 Vigesimo nono limita eam non procedere in famulis Episcoporum, qui in causis criminalibus puniri debent à iudice Ecclesiastico, etiam mere laici sint. & non à iudice sæculari, vt in c. fin. de offi. Archid. tradit Abb. in c. 2 n 6 de foro compet. vbi testatur hanc esse communem opinionem Capici decis. 12. num. 1. & 2. qui ait etiam communem opinionem Capel. Thol. decis. 378. Bossi. in tit. de foro compe. n. 127. Iul. Clar. in § fin. q. 35. n. 18. Anto. Cucchus institi. maior. tit. 9. n. 16. & in famulis clericorum idem tenet glo. in c. eos. 23. distinct. & in c. iudicatum. 89. distin. & in c. clericum. el. 1. 11. qu. 1. & in c. Ecclesiarum seruos. 12. q. 2. Bald. in l. 2. C. de Episc. & cleri. quas glossas

cum Bald. refert & sequitur Maranta de ordi. iudiciorum. 4. part. 11. distinct. nu. 4. idem consuluit Calcan. cons. 71. vbi in nu. 3. testatur de communi. Sed contraria opinio communior & receptior est, vt testatur Capi. d. decis. 12. n. 2. in fin. & Iuli Clar. d. q. 35. n. 18. quam etiam fatetur communem Anto. Cucchus d. tit. 9. num. 16. eam tenet Abb. in d. c. 2. nu. 6. de foro compet. & praxis etiam in hoc regno obseruat.

250 Trigesimo limita non procedere in familiaribus Inquisitorum hæreticę prauitatis, qui in causis criminalibus puniri debent ab ipsis Inquisitoribus, & non à iudice sæculari, nisi in aliquibus criminibus, vt in crimine lęsæ magestatis, in crimine nefando Sodomiæ, in crimine rebellionis vel seditionis publicæ, vel quando contra litteras securitatis à Principe concessas deliquerint, vel quando rebelles & contumaces aduersus mandata Regia fuerint, vel si fuerint proditores vel raptores mulierum, vel publici latrones, vel effractores Ecclesiarum, monasteriorum, vel aliarum ædium, vel incendiarij, vel si alia crimina his maiora vel atrociora commiserint, vel si Regios iudices pertinaciter contempserint, vel eis resisterint, vel si in officio sæculari quod exercent, deliquerint, in his namque criminibus à iudicibus sæcularibus puniri debēt, vt cauetur in cōstitutione Regia datā Tolet. die 10. & confirmata die 19. Martij, anno Domini 1553. Si vero controuersia sit inter Inquisitores & iudices sæculares super cognitione criminis à familiari commissi, tunc causa cum probatione delicti mittēda est ad curiam Regiam, vbi simpliciter videnda est per duos Consiliarios Regios, & alios duos Consilij sanctæ Inquisitionis, & remittenda ad iudicem cui eius cognitio pertinet, & si discordes hi iudices supremi sint, consulendus est Rex, & interim supersedendum est in causa, & familiaris custodiendus est à iudice à quo captus est, vt latius hoc cauetur in dicta Regia constitutione, quam refert Simanc. de Cathol. institutio. c. 41. n. 19. & seq.

251 Trigesimo primo limita, dictam conclusionem locum non habere in vxoribus clericorum cōiugatorum: nam quemadmodum mariti gaudent priuilegio fori Ecclesiastici, ita eorum vxores, vt notat glos. in ca. eos. 32. distin. Ang. in Summa verbo, excommunicatio. 7. §. 8. Imol. & Domi. in c. vnico. de cleri. coniugat. in 6. Aufre. in clem. 1. de offi. ordi. reg. 2. extensione 2. quod probatur ex eo quod mulier sequitur forum & domicilium mariti, & proprium per matrimonium mutat, l. cum quædā puella. ff. de iurisdictio. omni. iudi. l. fin. §. item rescripserunt. ff. ad munici pal. l. exigere dotem. de iudi. cum pluribus alijs infra in tertia conclusione principali allegatis, item quia vxor ex honore & dignitate viri honoratur, l. mulieres. C de dignit. lib. 12. l. vlti. C. de incol. lib. 10. l. fin. C. de nupt. cum alijs.

252 Trigesimo secundo eā limita non procedere, quando laicus testis productus in causa quæ vertitur coram iudice Ecclesiastico, falsum deposuit testimonium: tunc namque is iudex Ecclesiasticus poterit eum lai cum punire, si præueniat iudicem sęcularem, quia in hoc casu locus erit præuentioni, vt tradit Afflict. decis. 219. vbi ait ita fuisse decisum per Consilium Neapolitanum quem refert & sequitur Iuli. Clar. in §. fin. quæst. 38. num. 15.

253 Trigesimo tertio limita non procedere in crimine adulterij, quando agitur ad pœnitentiam vel separationem tori: nam tunc solus iudex Ecclesiasticus cognoscit inter laicos, vt notant glossa, & com-

& communiter scribentes in c. cum sit generale. de foro compet. Abb. & Doctores communiter in c. 1. de offi. ordi. Aufre in d. clem. 1. eod. tit. reg. 4 fall. 11. testatur communem Deci. cons. 12. n 2. Couar. in epit. de sponsalib. 2. part. c. 7. §. 6. nu. 8. Iuli. Clar. in d. §. fin. q 37. n. 3. vers. scias tamen. quod expressè probat l. 58. tit. 6. par. 1. Et cum crimen hoc sit communis fori, potest etiam iudex Ecclesiasticus alijs pœnis citra sanguinis effusionem adulteros laicos punire, quia per adulterium peccatur in matrimonium, quod est vnum de septem sacramẽtis Ecclesiæ. c. 1. de offi. ordi. & ibi Doctores, vbi Alciat. n. 18. testatur hanc esse communem opinionem c. de Benedicto, 32. q. 1. Abb. & Felin. in d. cum sit generale. de foro compet. Aufre. in d. reg. 4. fal. 11. Bernard. Diaz in practica criminali. c. 79. Iul. Clar. d. q. 37. n. 3. Contrariam tamen opinionem tenet Ioan. Andre. in d. c. cum sit generale. de foro compet. & in c. cum. c. laicus. eod. tit. in 6 quam videtur approbare d. l. 58. tit. 6. part. 1. restringendo cognitionem iudicis Ecclesiastici in hoc crimine quoad separationem tori, vt probatur ibi: *Assi como acusando la muger al marido, o el a ella para partirse vno de otro, que no morassen en vno.* Et ita sequutus opiniõ Ioan. Andr. intelligit dictam l. ibi Grego. Lop. in glos. verb. adulterio. Quod tamen intelligo, nisi crimen adulterij committeretur in concubinatu, quia tunc iudex Ecclesiasticus ratione concubinatus poterit adulteros punire pœnis statutis contra cõcubinarios iuxta dispositionem sacri Concilij Tridentini sessione 24. de reformatione matrimonij, capite octauo.

254 Trigesimoquarto limita non procedere in concubinatu, qui est mixti fori, cum sit etiam de iure ciuili prohibitus, in cuius cognitione est locus præuentioni, ideo iudex Ecclesiasticus, etiam contra laicos de eo cognoscit, si iudicem sæcularem præueniat, vt tenet Hostiens. in cap. lator. qui filij sint legitimi. Anton. de Butrio. in dict. cap. cum sit generale. de foro compet. Euerard. cons. 202. nume. 10. Iulius Clarus in dict. quæst. 37. num. 4. Si verò iudex sæcularis præueniat iudicem Ecclesiasticum, præfertur in cognitione huius criminis secundum prædictos Doctores: quod indubitanter procedit in hoc regno, cum per l. 1. & 2. & per totum tit. 19. lib. 8. recop. hoc crimen sit prohibitum, & pœnæ concubinariis sint etiam impositæ. Quod intellige quando concubinatus est publicus, vel quando mulier concubina non est nupta, vel si nupta sit, maritus in hoc crimine consentiat: nam tunc iudex sæcularis cognoscere potest. Si tamen concubinatus sit occultus, vel concubina sit nupta, cognoscere non potest, vt disponitur in dict. l. 1. & 2. cum sequentib. & per totum titul. 19. lib. 8. recop. Sed solus iudex Ecclesiasticus, vt Euerardus, & Iulius Clarus post alios tradunt in locis superius citatis, circa quod videnda sunt disposita per sacrum Cõcilium Trid. sessione 24. de reformatione matrimonij c. 8.

255 Trigesimoquinto limita non procedere in laico qui crimen coitus cum moniali commisit: nam de eo crimine per iudicem Ecclesiasticum, puniendus est, & non per iudicem sæcularem ex glos. 1. in cap. eos 32. distinct. quam ad hoc notat & sequitur Federi. de Senis cons. 167. vbi ait quod mulier quæ est fornicata cum presbytero debet puniri per iudicem Ecclesiasticum, & non per sæcularem iudicem, quia crimen fornicationis videtur inductum de iure Canonico. cap. nemo, 32. quæstio. 4. & propter illicitum coitum cum

sacerdote mulier effecta est de foro Ecclesiæ.c.quidam clerici.81.dist.in. cum magis dignum attrahat ad se minus dignum.c quod in dubijs. vbi glos. & Doctores de consecratione Eccles. vel altaris. & ita tenent Anto de Butrio.in d.c. cum sit generale.n.20.& ibi Abb. n.25.de foro cõpet.August.de Arimini.in addition. ad Ang de maleficijs.in verbo. *che hait adulterato la mia donna.* nu.36. quos refert Octauian. Cachera. decis.103.num.2.Quod probatur ex eo quod si clericus & laicus simul delinquant,laicus ratione connexitatis puniendus est per iudicem Ecclesiasticum, vt post plures tenent Ias. in l.imperium.n.3. ff.de iurisdictio.om ni.iudi. Hippolyt.sing.180.n.2 Neuiz.in sua silua lib.6. n.38. vers.hinc infertur. vbi plures refert Gomez, qui hanc testatur communem opinionem in c.1.n.47.in fine de rescriptio.in 6. Crot. in l.1.n.5.ff de verb. oblig. Paris. cons. 154.in prin.lib.4. Bossius in tit.de foro compet. n.116. in fine cum alijs per nos adductis in extensione ad primam principalem conclusionem.Sed verior opinio est vt iudex sæcularis possit etiam punire laicum cohærentem cum moniali , cum committens hoc crimen dicatur tria delicta committere , videlicet incestũ,adulterium,& sacrilegium, vt notat glos.in c. virginib. 27.q.1.Alberi.& alij in l.si quis non dicam rapere.n.2. C.de Episcop. & cleri. Abb in c. monasterium. de vita & honest. cleri. Deci. cons. 338. num.1. Marsil. in repeti.l.vnicæ.nu. 37.C.de rapt.virgin. Paul.Grillam. in tract. de pen. omni.fa. coitus. q.1. num.22.& seq. quos refert & sequitur Cacher.decis.103.num.5.qui addit aliud quartum delictum stuprij quod etiam committit habens accessum cum moniali.arg.l.inter liberas. § stuprum.& l stuprum.ff.ad l.Iuli. de adult. cã. si qua monacharum.27. quæst.1.quæ delicta puniuntur à iure ciuili l.si adulterium cum incestu in prin.& in §.1.ad l.Iuli.de adult.l. quamuis. §.sacrilegos. C. eod. tit.§. item lex Iulia.insti. de publi. iudi.l. si quis non dicam rapere. & l.si quis in hoc genus.C.de Episcop. & cler. authen.de sanct.Episcop.§.penul.& fin.quæ est canonizata in cap si quis rapuerit 27. quæst.1.l. sacrilegij. ff. ad l.Iul. pecul quibus iuribus cauetur laicum cum moniali fornicantem pœna capitali puniri. tradunt Ias.in authen.quas actiones num.10. C.de sacrosanct.Eccles.Marsil in d. l.vnica.n.41. C.de rapt. virgi. Boss. in tit.de coitu illicito.n.8 & seq Iuli.Clar.§.fornicatio.n.17.Cacher.loco citato. & hanc vltimam opinionem,quod laicus fornicans cum moniali vti sacrilegus possit à iudice sęculari puniri,& sit locus præuentioni.tenent Abbas col.1.Marian.n.47. & Felin. n.12.in c. cum sit generale. de foro compet. Bossi. late in tit. de coitu damnato & punibili. n.13.cum seq. latissime Cachera. d. decis.103. num.5.cum plurib.seq. vbi satisfacit fundamentis pro prima opinione adductis,nec vera est opinio quę supra adducta fuit , de laico qui simul cum clerico delinquit, vt ratione conexitatis puniendus sit per iudicem Ecclesiasticum, nam cõtraria verior est,vt Boeri. Igne. Rebu f. Craue. Anto. Gome. Couar. Mexia aiunt, quos supra citauimus in 8. limit. ad hanc secundã principalem conclusionem.

256 Trigesimo sexto limita non procedere, quando laicus testis productus in causa quæ vertitur coram iudice Ecclesiastico falsum deposuit testimonium:nam tunc is iudex Ecclesiasticus poterit eum punire si præueniat iudicem sæcularem:quia in hoc casu locus erit præuentioni, vt tradit Afflict. decis.219. vbi ait ita fuisse decisum per Consilium Neapolitanum , quem refert & sequi-

sequitur Iulius Clarus in dict. §. fin. quæst. 38. num. 15.

257 Trigesimo septimo limita non procedere in crimine nefando Sodomiæ, de quo iudex Ecclesiasticus potest cognoscere contra laicos, & iudex sæcularis in quo est locus præuentioni, cum sit mixti fori. c. clerici. vbi Doctores de excessib. Prælator. Abb. Anania, & alij in c. in Archiepiscopatu. de rapt. Ancha. cons. 268. Calderi. cons. 3. de foro compet. Aufre. in clem 1. de offi. ordi. reg. 4. fall. 15. & hanc testatur communem opinionem Bernard. in tract. de concubin. f. 128. n. 43. quem refert & sequitur Iul. Clar. in d. §. fin. q. 37. n. 5.

258 Trigesimo octauo limita non procedere in crimine blasphemiæ, de quo etiam cognoscit iudex Ecclesiasticus contra laicos, & iudex sæcularis, cum sit mixti fori, in qua cognitione locus est præuentioni, vt notant Doctores in c. 2. de maledi. Aufre. in dict. clem. 1. de offi. ordi. reg. 4. fall. 14. Marant. de ordi. iudi. 4. part. 11. dist. nu. 10. Auend. de exequend. manda. Reg. 1. part. 5. n. 3. Auil. in c. pręt. c. 25. n. 9. Simanc. de insti. Cath. tit. 8. n. 4. Iuli. Clar. lib. 5. sent. §. blasphemia. n. 4. in fine.

259 Trigesimo nono limita non procedere in crimine sacrilegij, quod est etiam mixti fori, & iudex Ecclesiasticus si præueniat iudicem sæcularem, de eo contra laicos cognoscere potest, vt tenet Abb. in c. 1. n. 3. & 4. de sortilegijs. & in c. cum sit generale. de foro compet. Aufre. in d. clem. 1. de offi. ord. reg. 4. fall. 13. Iul. Clar. post Auend. d. lib. 5. §. hęresis. n. 25. qui testatur hanc esse communem opinionem.

260 Quadragesimo limita non procedere in crimine falsi in literis Apostolicis, quod est mixti fori, & de eo iudex Ecclesiasticus & sæcularis culàris possunt cognoscere, inter quos est locus pręuentioni, vt notant Abb. Soci. Feli. in d. c. cum sit generale. de foro compet. Aufr. in d. clem. 1. de offi. ordi. reg. 4. fal. 12. & probat. l. 3. tit. 17 lib. 8. recop.

261 Quadragesimo primo limita, quotiescumque est dubium, an iurisdictio spectet ad iudicem sæcularem, seu Ecclesiasticum: nam tunc iudex Ecclesiasticus, vti maior præfertur, vt notat Butri. post Innoc. in c. cæterum. de iudil Ias. in l. 2. n. 19. ff. si quis in ius voc. non ierit. vbi ait hanc esse communem opinionem Felin. in c. pastoralis. nu. 4 de rescript. quos sequitur Cacher. decis. 103. n. 4.

262 Quadragesimo secundo limita nó procedere, quando iudex sæcularis, & iudex Ecclesiasticus concurrunt in cognitione alicuius causæ mixtæ, de qua vterque cognoscere potest: nam tunc si præuentioni locus esse non possit propter concursum in vno eodemque tempore iudex Ecclesiasticus, vti dignior, præfertur in cognitione, vt notat Ias. in l. 2. col. 5. vers. item ad istam regulam. ff. si quis in ius voc. non ierit, quem refert & sequitur Cacher. decis. 103. n. 2. vers. pro hac opinione. quamuis alias, quando duo iudices contendunt caius sit iurisdictio, ambo concurrunt, vt in c. cum contingat. & in c. pastoralis. in prin. de rescript. Cacher. loco proxime citato.

263 Quadragesimo tertio limita non procedere in criminibus mixtis, de quibus laici sunt puniti pœnis temporalibus per iudicem sæcularem, vel ab eo absoluti: nam quamuis in his locus sit præuentioni inter iudicem sæcularem, & Ecclesiasticum, non obstante tali cóndonatione, vel absolutione, poterit iudex Ecclesiasticus contra eos ad excommunicationem, & alias pœnas spirituales procedere, vt condignam pœnitentiam recipiant: nam pœna temporalis non tollit spiritualem, nec è contra vt tenent

Bald. in l. placet. C. de sacrosanct. Eccles. & in l. si quis in hoc genus. C. de Episc. & cleri. Anchar. in reg. iur. ea quæ. q. 9. de reg. iur. in 6. Aufre. in clem. 1. de offi. ord. in tract. de potest. Eccle. super laicis. casu 120. Doctores in c. cum sit generale. de foro cōpet. Cacher. post Alcia. in decis. 103. nu. 10. in fine. In pœnis autem temporalibes punitus semel per iudicem sæculraem, non potest iterum puniri per iudicem Ecclesiasticum, vt notat Anto. Gome. in c. delictorum. n. 40. prope finem, qui ait ita colligi ex mente omniumq; Doctorum, quem refert & sequitur Iuli. Clar. in §. fin. quæst. 57. n. 14. hoc intelligens dummodo pœna corporalis, vel pecuniaria imposita à iudice sæculari, non sit minor illa, quam pro crimine posset imponere iudex Ecclesiasticus.

264 Et è contra si aliquis fuerit de aliquo crimine mixto accusatus coram iudice Ecclesiastico, & ab eo sit absolutus, poterit iterum coram iudice sęculari accusari & puniri, vt tenent Bald. cons. 260. lib. 3. Anchar. in d. reg. iuris ea quæ. quæst. 9. de reg. iur. in 6. Couarru. lib. 2. variarum resolutionum. c. 10. num. 6. qui ait hanc conclusionem communiter receptā esse. Antonius Gome. in dicto capite primo delictorum. numer. quadragesimo prope finem. Iulius Clain dicta quæstione 57. numero decimo quarto.

265 Et similiter si per iudicem Ecclesiasticum quis fuerit de aliquo crimine mixto, punitus poterit iterum per iudicem sæcularem grauius puniri secundum iuris ciuilis & Regij, dispositionem. cap. fœlicis. §. per hoc. de pœnis. in sexto. vbi Ioannes Andreas, Domi. & alij notant. Notat etiam Baldus in dicta lege placet. C. de sacrosanct. Ecclesi. Abbas, Aretinus, Felinus, & alij in capite de his. de accusation. idem Abbas in cap. tuæ. de procurator. Antonius Burg. in cap. vt mensuræ. numero 9. de emptio. & venditio. late Boerius post alios decisione 289. latissime Fran. in dict. cap. fœlicis. §. per hoc. de pœnis. in sexto. vbi ponit regulam cum octo limitationibus. & Alciatus in cap. 1. de offi. ordi. numero 80. cum plu ribus sequentibus vsque in finem. Gomez late hoc probans, & plures allegans in dict. cap. 1. delictorum. numi. 40. Couarrūuias in dict. ca. 10. num. 6. libr. 2. variarum resolutionum Iulius Clarus in dict. quęstio. 57. numer. 14. vbi testatur hanc esse communem opinionem. Redin. de magestate Princip. verb. non armis solum decoratam. 2. numero 157. Cacheranus dicta decision e 103. numero 8.

266 Sed hoc intellige, quando à iudice Ecclesiastico laicus de crimine mixto non est sufficienter pœna culpæ condigna punitus: nam tunc iterum per iudicem sæcularem puniri de eo delicto in excessu pœnæ poterit, secus si pœna condigna delicto sit ei ab eo iudice Ecclesiastico imposita: quia tunc non est per iudicem sæcularem iterum puniendus, vt notant Abbas in dicto cap. tuę. de procurator. Aretinus in dict. cap. de his. de accusaiio. Alciatus in dict. cap. 1. numero 134. de offi. ordi. Couarruuias in dict. cap. 10. num 6. lib. 2. variarum resolutionum. Simanc. de instit. Cathol. tit. 8. num. 3. Auend. de exequend. mandat. Reg. 2. part. c. 5. n. 18. Didac. Perez in l. 1. tit. 8. lib. 8. ordi.

267 Quod intelligo, nisi de iure ciuili, aut Regio maior pœna esset statuta quam à iudice Ecclesiastico fuerit imposita: tunc nāque, quāuis secundum dispositione iuris Canonici sit à iudice Ecclesiastico pœna culpæ condigna punitus, poterit in excessu pœnæ iterū à iudice Ecclesi. puniri secun-

secundum dispositionem iuris ciuilis, aut Regij ex ratione supra in principio huius limitationis adducta.

268 Quadragesimoquarto limita non procedere quando iudex Ecclesiasticus procedit contra laicum reum ad punitionem pro criminibus de quibus cognoscere potest, tūc namque poterit propria authoritate eum capere, & in carcerem mittere, vt probatur in c.2. de adul. c. attendendum. 17. q.4. c. contra idolorum. 26. q.5. vbi glos. notat, & tenent Domini. in c. cum Episcopus. de offi. ordi. in 6. Anania in d.c. 2. de adult. & in rub. de sortileg. & in c. qualiter. el. 2. §. ad corrigendos. de accusation. Andr. Barbat. inter consilia criminalia Zileti cons. 93. n.17. lib.1. Roma. sing. 660. Aufre. in clem. 1. de offi. ordi. q.5. Feli. in c. cum sit generale. nu. 20. de foro compet. Couarr. practi. quæstio. c. 10. n.2.

269 Contrariam tamen opinionem, nempe quod iudex Ecclesiasticus nō possit laicum propria authoritate capere, & in carcerem mittere, etiam si iudicio criminali procedat ad punitionem culpæ, sed quod tenetur per censuras Ecclesiasticas procedere, & ad hoc auxilium brachij sæcularis inuocare tenent. Oldradus cons. 86. Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in rub. de offi. ordi. vbi testatur hanc esse communem opin. Ancha. in reg. iur. ea quæ. col. 48. de reg. iur. in 6. & in c. cum Episcop. de offi. ordi. in 6. in vers. personas Ecclesiasticas. & hanc testatur communē opin. Aufre. in d. clem. 1. de offi. ord. in tracta. de potest. Eccles. super laicis. casu 1. & hanc vltimam tenet, & late probat ac defendit Ioan. Lup. in c. per vestras. §. sed est pulchra dubitatio. n.18. cum plurib. seq. vbi satisfacit fundamentis pro contraria opinione adductis, quam etiam sequitur Iuli. Clar. in §. fin. q.37. nu.8. vbi post Foller. Menchac. & alios hanc dicit communem opinionem, & apud suos in praxi obseruari, & ab ea non esse recedendum, & ita iudicatum fuisse in facti contingentia per parlamentum Parisiense. Auil. in c. 20 prætorum. in glos. verb. vsurpan. n.14. & probat d.l.14. & 15. tit.1. lib. 4. recop. quæ generaliter prohibent iudicibus Ecclesiasticis capturam laicorum nulla facta distinctione. Quam opinionem limita nisi legitima præscriptione; hæc capiendi, & carcerandi facultas sit per iudicem Ecclesiasticum acquisita, quia in hoc casu omnes pro vtraque opinione citati conueniunt. Nec ad hoc obstat d.l.15. tit.1 lib.4. recop. in finalibus verbis, quę tollit contrariam consuetudinem; nam tantum tollit præteritam, & non futuram, vt colligitur ex d.l. in finalibus verbis, ibi; *Y mandamos que lo susodicho aya lugar sin embargo de qualquier costumbre que se alegue, sila ha auido, porque alla ha sido sin nuestra sciencia, y paciencia.* Et semper lex derogans cōsuetudini non censetur derogare futuræ, vt notat glossa in clem. statutum. verb. consuetudine. de electi. quam ibi sequitur Imol. & Doctores in cap. sicut consuetudo. de probatio. vbi lata Beroi. n.56. cum seq. qui testatur hanc esse communem opinionem, & tenent plures alij citati per Couar. lib.3. variat. resoluti. c.13. n.4. & 5. vbi late hoc per quatuor conclusiones declarat. Immò si consuetudo pręterita esset centenaria, vel tanti temporis, cuius initij memoria hominum non extat, non censetur exclusa, nisi specialiter de ea mentio facta sit, vt post plures tradit Hippolytus Riminaldus consilio 34. numero 4. cum alijs sequentibus libro primo. Tiberius Decianus in responso 24. numero 114. libro primo explicat. Couarruuias in dict. cap. 13. numer. 5. lib.3. variarum resolutionum.

170 Et eadem ratione, immo fortiori quamuis iudex Ecclesiasticus possit imponere pœnam pecuniariam laico sibi temporaliter non subiecto in casibus, in quibus contra eum procedere potest. c. statuimus. 16. qu. 1. ca. quisquis 17. q. 4. tradit Abb. in c. 3. de præbend. & Andr. Barbat. in d. conf. 93. n. 27. inter consilia criminalia Zileti lib. 1. & tenent alij plures superius citati, tamen non poterit pro executione ipsius pœnæ capere bona & personam laici, sed tenetur aduersus eum procedere per censuras Ecclesiasticas, & deinde auxilium brachij sęcularis inuocare, vt tenent omnes pro vltima opinione supra citati, & testatur hanc esse communem opinionem Feli. in c. significasti. n. 4. de foro compet. & ita absque vlla distinctione supradicta communis opinio procedit, non solum quando iudex Ecclesiasticus procedit aduersus laicos in causis ciuilibus vel criminalibus ciuiliter intentatis, sed etiam quando iudicio criminali procedit ad punitionem culpę, vt tenent expresse omnes pro dicta vltima opinione adducti, & probant d. l. 14. & 15. titu. 1. lib. 4. recop. quę generaliter loquuntur, & generaliter sunt intelligendæ l. 1. § 1. ff. de leg. præst. l. de pretio. ff. de publiciana. l. 3. in fin. ff. de offi. præsidis. cũ alijs. iurisdictiones enim spiritualis & temporalis distinctæ sunt, & non debet vna ab alia impediri nec perturbari, sed adiuuari & faueri c. nouit. vbi scribentes de iudi. c. cleros. c. in nouo. 21. distinct. c. duo sunt. c. imperator. 96. distin. l. 4. & 5. tit. 3. lib. 1. recop. l. 3. & 4. tit. 1. lib. 4. recop. Ideo iudex Ecclesiasticus in casibus in quibus de iure contra laicos cognoscere potest, debet prius contra eos per censuras Ecclesiasticas procedere, & remedijs Ecclesiasticis deficientibus auxilium brachij sæcularis implorare, quod iudex sæcularis tenetur impertiri, aliàs potest excommunicari, vt latè supra in vltima limitatione ad primam principalem conclusionem diximus, vbi abunde notauimus omnia quæ in concessione auxilij brachij sæcularis necessaria sunt.

171 TERTIA SIT PRINCIPALIS CONCLVSIO quôd regulariter actor tenetur sequi forum rei. l. iuris ordinem. l. in criminali. C. de iurisdictio. omni. iudi. l. 1. C. vbi & apud quem. c. si clericus laicum. c. cum sit generale. de foro cõp. l. 32. tit. 2. par. 3. l. 4. tit. 3. ea. part. l. 8. & 9. tit. 3. lib. 4. recop. Sciendum tamen est quem sortiri forum pluribus modis, vt notant glos. & scribentes in l. si hęres absens. §. proinde. ff. de iudi. & d. l. 32. tit. 2. part. 3. quos hic pro perfecta huius conclusionis intelligẽtia declarare decreui.

Primò sortitur quis forum ratione domicilij d. l. si hæres absens. §. proinde. l. incola. in 1. ff. ad municipal. cap. dilecti. c. postulasti. de foro compet. d. l. 32. tit. 2. part. 3. Pro cuius declaratione præmittendum est triplex esse domicilium, videlicet naturale, accidentale & commune: naturale domicilium est locus proprię originis vel paternæ, l 1. l. assumptio. §. 1. ff. ad municipal. vbi notat Bart. l. si quis. eod. titul. l. filios. C. de municipi. & ori. lib. 10. d. l. 32. ibi: *Si el demandado es, o fuere natural de aquella tierra*, &c. Et dicitur domicilium naturale, quia ex natura venit, cum quis nascitur in aliquo loco: nam ibi naturale domicilium habere dicitur l. penult. ff. de senato. glos. in cap. cum nullus. de tempor. ordi. lib. 6. & in c. accidens. in 2. vt lite non contest. Et hoc naturale domicilium est immutabile. l. omnes. vbi Bald. C. de Episcop. & cleri. §. sed naturalia. insti. de iure naturali genti. & ciuile Felin. alios referens in c. postulasti. n. 2. de foro compet.

Vnde

Vnde originarius quodammodo dicitur hipothecatus patriæ. glos. in l. in adoptionem. vbi Bald. C. de adoptio. & in l. penul. ff. de senat. faciũt. l. ius agnationis. ff. de pact. & l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. quod etiam probatur ex l. 5. titul. 24. part. 4. ibi: *Porque esta es como debda de natura, no se puede desatar sinon por alguna derecha razon.*

272 Amittitur tamen hæc naturalitas quam quis cũ patria habet quatuor modis, quos congerit d. l. 5. titul. 24. part. 4. Primò proditione subditi contra dominum, vel patriam. Secundò, si dominus fuerit vitæ vassalli insidiatus, seu ad mortem eius laborauerit contra ius & rationem. Tertiò, si dominus cum vxore vassalli concubuerit. Quartò, si iniustè dominus vassallum exheredauerit, & noluerit ei iustitiam facere, quibus Grego. Lop. ibi, in glos. verbo: *Son quatro.* Addit alium, quãdo quis propriam originem derelinquit, & in alium locum nõ subiectum eidem præsidi se transtulit secundùm glo. in l. in adoptionem. C. de adoptio. & Bald in authent. sed omnino. col. 5. C. ne vxor pro marito. Quod intelligo, si habuit animum mutandi propriam originem: nam in dubio non est præsumendum, cum naturalis origo sit immutabilis ex his quæ proxime dicta sunt, & posit quis duo domicilia habere, vnum ratione originis, & aliud ratione domicilij, l. Celsus. §. eius. ff. ad municipal. l. assumptio. §. fin. eod. tit. c. ex parte. 6. vbi Imol. n. 1. & alij de foro compe. c. omnes. de maiorit. & obedi. c. dilectus. in 2. de rescript. Bald. consil. 234. col. 2. Soci. Iunior cons. 7. nu. 9. lib. 2. Ioseph. Ludouic. decis. 85. n. 5. Et sicut ad contrahendum nouum domicilium requiritur animus d. l. eius. §. Celsus. ff. ad municipal. Abb. Marian. & alij in c. fin. de foro compet. ità etiam & à fortiori ad relinquendum domicilium originis, quia magis attenditur locus originis, quã domicilij. l. 1. ff. ad municipal. Grat. respons. 30. n. 50. lib. 1. Afflict. decis. 384. Ioseph. Ludouic. d. decis. 85. nu. 4. & fortius sit domicilium originis, cum sit naturale, & difficiliùs mutari posit, quâm accidentale ex iuribus supra allegatis.

273 Quod limita nisi cum rebus àc familia ad alium locum originarius se transtulerit, quia tunc originis locum deseruisse censetur, l. 2. C. de incol. lib. 10. Bart. in l. prædia. §. 1. ff. de fundo instru. & in d. l. assumptio. §. viris prudentibus. & in l. domicilium. ff. ad muicipal. Marian. Soci. in d. c. fin. nu. 54. de foro compet. quos sequitur Cephal. cons. 246. num. 4. lib. 2. quod etiam tenet Greg. Lop. in d. l. 32. tit. 2. part. 3. in glos. verbo, *diez años.*

274 Secundo limita, nisi per decennium continuum quis habitauerit in loco, in quo relicta propria origine se transtulit, quia tunc præsumitur habere animum mutandi domicilium originis, quemadmodum præsumitur eum habere non recedendi à nouo domicilio l. 2. C. vbi senato. vel clari. l. amissione. §. qui deficiunt ff. de cap. dimi. glos. in d. l. hæres absens. §. proinde. ff. de iudi. cũ alijs inf. a allegatis in domicilio accidentali. & probatur in d. l. 32. tit. 2. part. 3. ibi: *Si ouiesse seido morador en aquella tierra diez años.* & in l. 2. in fine. tit. 24. part. 4. quæ ponit decem differentias naturalitatis, & in vltima dicit, quod per decennium contrahitur naturalitas, ibi: *La dezena por morança de diez años que faga en la tierra, maguer sea natural de otra.* Ex qua l. probatur, quod qui in aliquo populo fuerit vicinus decem annis, sit habendus pro naturali, & debeat gaudere priuilegio naturalium, quã l. vltra Greg. Lop. ibi declarat Burg. à Pace in l. 3. tauri. nu. 372. cum seq.

notans eam ad officia & beneficia obtinenda in hoc regnô, quas leges par. & supradictam conclusionem intellige, & sublimita procedere, quando decennium est continuum, & non interpellatum, vt probatur ex l.libertus. §. sola. vbi Bart. ff. ad municipal. l.2. vbi Senato. vel cleri. l.3.& 4.C.de incol. lib.10. tenent in acquisitione & electione noui domicilij. Ang. in l.lex Cornelia. §. domum.& in l.hæres absens. ff.de iud. Beroi.cons.60.n.25.lib.2. Rolandus cons.79.n.52.& seq.lib.3. Menochi. lib.2.de arbitra.iudi.cent.1.casu 86. n.11.cum seq. Ioseph.Ludoui.decis. 76.num.12.

275 Aduertendum tamen est, quod licet decennium debeat esse continuum, sufficit, quod pro maiori parte anni incola seu vicinus in eo loco habitauerit: nam habitare quis dicitur, si animo reuertendi aliqua iusta causa pro minore parte anni â loco habitationis recederet, puta causa officij, vel negotiationis, vel recollectus fructuum, vel causa recreatio in comitatu habitet, vel alia simili causa l. eius qui. la. 2. §.1. ff.ad municipal. ibi, quam vbi colendi ruris causa versatur, notat Bart. in l. cum delanionis. §. Sabinus. ff.de fundo instru. vbi Alex. in apostil. idem Bart. in l.3. § prætor. n.9. ff. de damno infecto. Soci. in l. si quis ita legauerit. n.5. ff. de conditio. & demonstratio. Afflict. alios allegans decis. 384.n.11. vbi latè probat, pro ciue, vt gaudere debeat ipsa ciuilitate, Feli. in c.quoniam.n.2.de offi. ordi. quos sequitur Simon de Pret. cons.119.n. 8.11. & 12. quod nota ad declarationem d.l.32.tit.2.part.3.& l.2.in fine. tit.24.part.4.

276 Et nota, quod habitare dicitur quis in aliquo loco, etiam in domo conducta. l.1.§.penult. ff. de his qui deiect. vbi Bart. l.ciues. C.de incolis. lib.10. declarat Bald. cons.196. nu.3. lib.2. Roma.cons.264. Feli. qui plures refert in d.c.quoniam. nu.2.ff. de offi.ordi. Simon de Pret. d.cons.119. num.7. Tandem si quis non amiserit vel mutauerit locum originis, poterit ibi conueniri, etiamsi ibi non habitet ex iuribus supra allegâtis: quod intellige, si illic inueniatur ex d.l.si hæres absens. in principio. vbi Castren.& alij notant ff.de iudi.l.relegatorum.§.dubitatum. ff. de interdi. & relegatio. vbi Bar.col.vlti.c.Romana.§.contrahentes. de foro compet.in 6. Alberi. in d.l.assumptio. §. 1.n.6 ff.ad municipal. idem Castren. in l.fin.C.vbi in rem. actio. Afflict. decis. 384. in 6. Maria. Soci. in rubr. de foro compet.n.15. Ruy.cons.200. n.14.lib.2. Gozad.cons.35.n.2. Imol. in c.licet ratione.n.10. de foro compet. vbi testatur de communi.

277 Domicilium accidentale est locus quem quis habitandi gratia sibi constituit, vt ibi perpetuo habitet. d. l.assumptio. in princi. iûcto. §.alias. vers. viris prudentibus. ff. ad municipal. quod contrahitur primo, quando aliquis alio se contulit, & bona emit, vel domum conduxit declarans se velle ibi domicilium habere d. l. eius. §.Celsus. ff.ad municipal. Abb. Marian. Soci. & alij in c.vlti. de foro compet. Menoch. lib.2. de arbitr. iudi.cent.1.casu 86.n.2.

278 Secundo contrahitur domicilium ex transfatione maioris partis bonorum: nam si quis maiorem partem suorum bonorum transtulerit, etiam si numquam declarauerit se velle perpetuo ibi esse, acquirit domiciliû l.ciues. l.sed & si susceperit. §.1. & seq. ff.de iudi. l.2. secundum veram lecturam cum alternatiua quam in meo codice habeo. C. vbi senato. vel clari. l.ciues. C. de incol. lib. 10. notat Bart. in l.de iure. n.2. ff.ad municipal. Ang.cons.27. Ruy.cons. 61.n.22.lib.5. Felin in c. dilectus filius.el.2.n.12. de rescript. Tiraquel. plures

plures referens de retract. sangui. §. 36. glos. 3. n. 7. Imol. in c. ex parte 6. n. 4. de foro compet. Marian. Socin. & Menoch. n. 18. in locis supra citatis, qui plures quoque allegant, quod de iure Regio probatur in d. l. 32. tit. 2. par. 3. ibi: *La octaua es, quando ouiesse en aquella tierra la mayor parte de sus bienes, maguer non ouiesse, y morado diez años.* Et in l. 15. versiculo: *Otrosi dezimos.* Tit. 1. part. 7. ibi: *Delante del Iuzgador del lugar do fiziere el su morada, o delante de aquel do ouiesse la mayor parte de sus bienes.*

279 Tertiò contrahitur domicilium in dubio ex continua habitatione decem annorum, tunc namque ex ea præsumitur quis habuisse animum non recedendi ab loco habitationis, & domicilium ibi contrahendi, d. l. 2. C. vbi senato. vel clari. glos. in d. l. hæres absens. §. proinde. ff. de iudi. glos. in l. 2. C. de incol. lib. 10. Ang. in l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iudi. Beroi. cons. 60. n. 25. lib. 2 Alciat. respons 719. Paris. cons. 53. nu. 46. lib. 3. & cons. 13. n. 13. & 20. eod. lib. Roland cons 79. n. 52. & seq. lib. 3. Menochi. d. 2. lib. de arbitra. iudi. cent. 1. casu 85. n. 11. cum seq. Ioseph. Ludoui. decis. 76. num. 12. d. l. 32. tit. 2. part. 3. ibi: *La setena es, si ouiesse seido morador en aquella tierra diez años.* vbi Greg. Lop. notat in glos. verb. *Diez años.* Quod etiam procedit in mercatore, vt post Areti. Felin. & alios scripserunt Beroi. d. cons. 60. n. 23 lib. 2. Roland. d. cons. 79 nu. 52. lib. 3. Cephal. cons. 246. n. 25 lib. 2. & Ioseph. Ludoui. in d. decis. 76. n. 14. Et intellige prout supra diximus in mutatione domicilij originis, quando decenniũ fuit continuum, & non interpellatũ, d. l. libertus. §. sola. vbi Bart. ff. ad municipal. l. 3. & 4. de incol. lib. 10. & tenent Ang. Beroi. Roland. Menochi. & Ioseph. Ludoui. in locis proxime citatis: & sufficit habitare pro maiori parte anni, vt supra etiam diximus.

280 Si vero quis declarat se ibi nolle habitare non contrahit domicilium. etiamsi per mille annos habitet, l. domiciliũ. vbi glos. ff. ad municipal. Bald. cons. 313. lib. 4. & in l. est verũ. C. de incol. lib. 10. Abb. in c. fin. in fine. de parroch. Thom. Gram. cons. ciuili. 159. n. 9. Alciat. in l. pupillus. §. incola. de verb. signif. & respons. 55. n. 9 Boerius in l. consentaneum. nu. 107. C. quomodo & quando iudex. Roland. d. cons. 79. n. 51. lib. 3. Menochi. d. casu 86. n. 5. cum seq. Ioseph. Ludoui. d. decis. 76. nu. 12. Simon de Pret. cons. 119. n. 9. in cuius sententię fauorem adducitur l. quæsitum. in prin. ff. de leg. 3. & l. nihil. ff. de capt. & post Limini. reuers. & l. ex facto. la. 2. §. rerum ff. de hæredib. insti. & ratio est, quia animus incolæ requiritur d. l. eius. §. Celsus. ff. ad municipal. Abb. Marian. & alij in c. fin. de foro compe. & in his quæ ab animo alicuius dependent, eius declarationi statur, vt notat glos. in §. sed iste. vbi Ias. n. 54. insti. de actio. late Ripa in l. admonendi. n. 122. ff. de iureiu. Marsil. sing. 635. Paris. cons. 20 n. 65. lib. 1. & cons. 51. nu. 5. lib. 4. Alex. cons. 221. nu. 4. lib. 2. Tiraquel. de retract. consanguini. §. 4. glos. 1. nu 5. Simon de Pret. d. cons. 119. n. 10. Menochi. loco citato n. 6.

281 Quod procedit etiam, si incola maiorem partem suorum bonorum in hoc habitationis loco attulisset: nam sua declaratio animi præualet facto, cum in his quæ ab animo dependent, statur potius declarationi expressæ quam contrario facto, vt notat Bart. in l. non solum. §. morte. n. 17. vbi etiam Ias. n. 14. & Rube. n. 216. ff. de nouit. ope. nuntia. Ripa late in c. cum in Ferrariensis. nu. 83. de constitutio. quos refert & sequitur Menochi. lib. 2. de arbitra. iudi. cent. 1. casu 86. n. 9.

282 Ex quo limitatur d. l. 32. tit. 2. part. 3. vt intelligatur, quando incola non declara-

declarauerit animum suum:nam tūc ex continua habitatione per decennium, præsumitur habuisse animum non recedendi, secus si declarauerit se non velle ibi habitare, nec domicilium contrahere, quia etiam per mille annos non contraheret domicilium ex supra proximè dictis. Et eam etiam limita, vt non sit necessarium decennium, quando aliquis in aliquo loco domum conduxit, & declarauit se ibi velle domicilium habere, quia tunc statim contrahitur domicilium, nec est necessarium decennium ex d.l.eius. §.Celsus. ff.ad municipal.Abb.Marian.& alij in d. c.fin.de foro compet. Greg. Lop.in d.l.32.in glos.verb. *Diez años*.

283 Quarto contrahitur domicilium in loco in quo aliquis nupsit, quando ab vxore ducitur animo ibi perpetuo permanendi.l penult.ff.de iurisdictione omni. iudi. notat Bald. in l. ab eo.col.4. C.quomodo & quando iudex. & in l. fin. col. 2. C. si à non compet. iudi. quem sequuntur Ias. Dec.& Cagnolus in l.cum quædam puella. ff. de iurisdictio. omni.iudi. Imol.& Feli. n.26.in c.1.de sponsalib. Tiraquell in legib.connubialib. in l.14.q.2.vbi testatur hanc esse cōmunem opinionem Curt. Iuni.in l. exigere dotem.n.10.ff.de iudi. Hippolit.de Marsil.sing.267.& in l.fin. n.66. ff. de iurisdictione omni. iudi. Purpurat in l.1. n.120. C.de summa Trinit. & fide Catho. Guiller. Benedict.in cap. Raynuntius.verbo.& vxorem nomine Adelasiam. nu.785. de testam. Ioan.Lup. in rub. de donatio inter vir.& vxo.§.55. num.12. Roderi. Suarez in l.1.tit.3. lib.3.fori limit.6. Couarru. in epit. de spons. 2.part.c.7.in prin.n.8. Greg. Lopez in l. 24. tit. 11. part.4. in glos. verb. *El casamiento*. & verb. *Ganancias*. Iacob. Septim.de insti.Cathol. c.9. n.97.& 98.Ioan.a Matienzo. in l.2. tit.9.lib.5.recomp.in glos.1.num.71. cum seq. & in casu huius limitationis procedit l. 24. tit.11.part.4. secundum Doctores Hispanos citatos. Quod intellige, si constat de animo permanendi in domicilio vxoris, vt allegati Doctores intelligunt, quia si de animo non constat, tunc decennium erit necessarium, vt supra dictum est.

284 Sed si vxor non duceret maritum ad domum suam eo animo, vt ibi perpetuò habitaret, tunc mulier etiā per matrimonium mutat proprium suum domicilium, & efficitur domicilij & fori mariti.l.cum quædam puella.ff de iurisdictio.omni.iudi.l. fin.§.item rescripserunt.ff.ad municipal.l.mulieres.C.de dignit. lib.12. l.exigere dotē.ff.de iudi.l.vlt.C.de incol.lib.10 l.1. C. de mulierib.& in quo loco.eodem lib.c.1.de sponsali. Doctores in l.1.C.de summa Trinit. & fide Cathol.& in d.l. cum quædā puella.Alex.cons.100.n.8.lib.3. Tiraquel.in l.1.in 1.part. nu.28.in legibus connubialib. Couarru. in epito. de sponsalib,2.part.c.7.n.6.l.32.tit. 2.part.3.Et ratio est,quia maritus est caput vxoris,& in eam habet potestatem maritalem, & per matrimonium efficitur vna domus, & vnum corpus.l.1.§.si vir. ff ad Silianian. & vxor vnitur viro tanquam digniori, & eadem est conditio vnitorum, vt in ca. quod in dubijs. de consecrat. Eccles.vel altar.& notatur in c.1.ne sede vacante.

285 Quod primò extende, locum etiā habere in vxore nondum ducta ad domum viri.l.ea quæ.la.2.ff.ad municipal.vbi glos.& Doctores notant idem tenet glos.3. in d.l. cum quædam puella. ff. de iurisdictio. omni. iudi.vbi Bald.Alex.Curti.Ias n.1.& Cagnol.n.3.notant.

286 Secundo extende, vt locum etiam habeat in sponsa de præsenti, seruata forma sancti Concilij Trident. licet non sit velata.d.l.ea quæ.la.2.à contrario

trario sensu, ff. ad municipal. vbi expresse tenet glos. verb. ante contractas. & Bart. in l. Imperatores. §. item rescripserunt. el. 2. n. 1. ff. eodem tit. Curti. Iunior. in d. l. exigere dotem. n. 6. ff. de iudi. competi. in tractat. de dote. 5. part. q. 15. n. 1. cum seq. Chassane. in consuet. Burg. rub. 4. §. 2. fol. 133. n. 16. Pelaez à Mieres in tract. maiorat. 1. part. q. 39. n. 3. quod probatur late ex his quæ diximus inc. 5. infra isto libr. cum pluribus sequentibus. Secus tamen est in sponsa de futuro d. l. ea quæ. la. 2. ff. ad municipal. & tenent Doctores communiter in l. non sine. C. de bonis quę liberis. & Carol. Ruyn. in rub. ff. soluto matrimo. n. 136. & in hoc casu debet intelligi opinio Bald. in authen. omnes peregrini. C. communia. de successio. quem sequitur Ias. in d. l 1. n. 61. C. de summa Trinit. & fide Cathol. & procedunt adducta per Tiraquel. post leges connub. glos. 2. num. 19. & 24.

287 Tertio extēde vt procedat etiam in vidua l. filij. §. vidua. ff. ad municipal. l. fin. C. de bon. mater. Doctores communiter in dict. l. cum quædam puella. ff. de iurisdictio. omni. iudi. quia mulier perseuerans in viduitate censetur stare in eodem matrimonio d. l. fin. C. de bon. mater. Bart. in d. l. filij. §. vidua. ff. ad municipal. Barbat. in ca. ex parte. 1. & 2. de foro compet. & in c. super eo. el. 2. de testib. Alex. consi. 101. per totum. lib. 3. Quod primo intellige, vt non procedat in vidua luxuriose viuente, vt tenent Ang. Alex. Ias. & Cagnol. qui hanc testatur communem opinionem, in d. l. cum quædam puella. ff. de iurisdictio. omni. iudi. Bald. & alij in l. his solis. ff. de reuoc. donati. Feli. in c. ex parte. col. 5. de foro cōpet. & in proœmio. Grego. col. fin. & in c. pastoralis col. 3. vbi Deci. col. fin. de iudi. Tiraquell. plures allegans in tract. de nobilit. c. 18. n. 14. Et ratio est, vt declarat Cagnol. in d. l. cum quædam puella. nu. 8. quia mulier luxuriose viuendo magis offendit virum & filios primi matrimonij, quàm ad secunda vota transeundo, d. l. his solis in fine. sed transeundo ad secunda vota amittit domicilium & forū primi mariti, vt ibi probatur, ergo multo magis luxuriose

288 viuendo. Secundo intellige nisi mulier recesserit à domo ipsius primi viri, & reuersa sit in patriam ad eius primum domicilium, quia tunc cessat causa acquisiti domicilij primi mariti, ne distraheretur ab obsequijs viri: imo esset in hoc casu magis dānosum mulieri, si cogeretur litigare in primo foro mariti, vbi non resider. & ita tenent Paul. Castren. Decius, Curti. & Cagnol. in d. l. cum quædam puella. Iacob. Mandel. Alban. consi. 24. n. 11.

289 Quarto extende, vt procedat etiā si vxor traduceret maritum ad domum suam: nam nihilominus sortitur forum mariti, vt notant Baldus Ias. Decius, Cagnolus, & alij in d. l. cum quædam puella. ff. de iurisdicti. omni. iudi. quod intellige, quando maritus iit ad domum vxoris non animo ibi permanendi, sed tamquam recessurus, & vxorem ad domū conducturus, vel quando sumus in dubio, & de tali animo non constat: nam quantum ad contractum attenditur forum & domicilium viri. d. l. exigere dotem. ff. de iudi. Doctores in d. l. cum quædam puella. vbi Cagnol. hoc declarat n. 31. Secus tamen est, quando maritus vadit ad domum vxoris animo ibi perpetuò permanendi, de quo constat: nam tunc attenditur domicilium vxoris, vt supra notauimus in versiculo quarto contrahitur.

290 Quinto extende, vt procedat etiā si vxor litiget cum viro se defendendo: nam adhuc tenetur sequi forum & domicilium viri. c. constitutis. el. 2. de

2. de testib. vbi glos. & Bald. in 1. notab. quem ibi sequuntur scribentes, tenent etiam Doctores in dict. l. cum quædam puella. ff. de iurisdict. omni. iudi. vbi Deci. & Cagnol. nu. 4. testantur hanc esse communem opinionem tradit Tiraquel. in d. l. 1. in 1. part. n. 33. in legib. connub.

291 Sexto extende vt mulier forum viri sequatur non solum quando maritus illum sortitur de iure communi verum etiam si sortiatur ratione artis aut priuilegij personalis: nam mulier gaudebit priuilegio mariti ex text. in l. penult. C. de fabricen. lib. 11. notat Soci. cons. 12. col. fin. lib. 1. quem sequitur Cagnolus in dict. l. cum quædam puella n. 10. ff. de iurisdictio. omni. iudi.

292 Septimo extende, vt mulier non solum sortiatur forum mariti, sed etiam efficiatur ciuis ciuitatis viri, & comprehendatur sub statuto loquente de ciuibus, vt notat glos. in l. ciues. vbi Bar. Ang. & Ioan de Platea in l. 1. C. de incol lib. 10. idem Bart. in d. l. fin. § item rescripserunt. versi quero. ff. ad municipal. Cagnol. in d. l. cum quędam puella. n. 11. ff. de iurisdictio. omni. iudi. Tiraquel. plures referens in d. l. 1. in 1. part. n. 29. in legib. connub.

293 Octauo extende vt mulier dicatur eiusdem originis mariti secundum glos. in l. 2. C. de municip. & origi. lib. 10. quam sequitur & limitat Bar. in d. l. fin. §. item rescripserunt. ff. ad municipal. & Bald. in rub. ff. soluto matrimonio. col. 2. & in l. penult. in pri in. col. 1. ff. de iurisdictio. omni. iuiudi. & Tiraquel. & alij per eum citati in d. l. 1. nu. 30. in legibus connubialibus. in 1. part.

294 Nono extende, quòd licet ratione contractus possit quis conueniri in loco contractus, nisi certo alio loco sit solutio destinata. l. hæres absens. §. 1. ff. de iudi. c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. in 6. tamen maritus non est conueniendus ad solutionem dotis receptæ in loco contractus, sed vbi domicilium habebat. d. l. exigere dotem. ff. de iudi. vbi notant Bartolus. & communiter Doctores, & tradit Alexand. cons. 100. n. 8. lib. 3. & Bald. nouell. in tract. de dote. 9. part. priuileg. 18. Felin. in c. 1. nu. 24. de sponsalib. quos sequitur Couarru. in epito. de sponsalib. 2. part. c. 7. n. 6. qui hanc testatur communem opinionem, idem tenent Iacob. Septim. de insti. Cathol. c. 9. n. 96. & Ioan. a Matienzo in l. 2. tit. 9. lib. 5. recopil. in glos. 1. num. 6. vbi testatur de communi.

295 Decimo extende, vt in tantum mulier sequitur forum & domicilium viri, quòd si contrariæ sint leges seu consuetudines vel diuersa statuta in loco vbi maritus domicilium habet ab his quæ sunt in domicilium vxoris, debeat attendi leges, statuta, seu consuetudines domicilij viri & non vxoris in restitutione, seu lucro dotis, vel diuisione aliarum rerum acquisitarum ratione matrimonij, vt notant Bart. Bald. Alberi. Ang. Curti. Iunior & alij in d. l. exigere dotem. ff. de iudi. Bart. n. 19. Fulgos. & Salic. n. 6. Ias. in repeti. n. 60. Purpurat. n. 97. in l. 1. C. de summa Trinit. & fide Cathol. Anto. Abb. & Feli. nu. 24. qui testatur de communi. in d. c. 1. de sponsalib. Deci. cons. 19. in prin. lib. 1. qui ait communem Socin. Iunio. qui hanc etiam testatur communē opinionem cons. 14. n. 3. lib. 1. Alex. Bald. nouell. Couarru. & Ioan. a Matienzo in locis in præcedenti extensione citatis. Et ratio est, quia licet maritus in domicilio vxoris celebret contractum dotis, censetur habere animum redeundi cum vxore ad suum domicilium. vt colligitur ex d. l. exigere dotem. de iudi. & cum vxor sequatur domicilium viri, vt non semel dictum est, censetur ei dedisse dotem secun-

secũdum leges, statuta, & consuetudines loci, vbi vir domicilium habet. & eis se submisisse arg. l. 1. C. de emancipatio. liber. & notant Socin. Iunior in d. conf. 14. n. 8. lib. 1. Lamberteng. & plures per eum citati in tract. de cõtract. glos. 2. n. 18. & Ioan. a Matienzo in d. l. 2. tit. 9. lib. 5. recop. in glo. 1. n. 70. & sic locus domicilij mariti dicitur locus contractus. l. quæro. ff. de solutio. l. contraxisse. ff. de actio. & obligatio. Feli. in d. c. c. 1. n. 24. de sponsalib.

296 Vndecimo extende, vt procedat, etiamsi maritus in instrumento dotali promisisset restituere dotem, non solum in loco suæ originis, sed etiam in loco vxoris, & vbicumque dos fuerit petita, quia licet hæc clausula, cum submissione, vt quotidie fit, operetur circa conuentionem, non tamen quoad obseruãtiam, vim, & effectum statuti seu consuetudinis domicilij mariti, vt notat & extendit Bald. in d. l. exigere dotem. ad finem. ff. de iudi. Alex. conf. 102. col. 2. lib. 3. Ias. in d. l. 1. in repeti. n. 61. C. de summa Trini. & fide Catho. de hoc tamen dubitat Curtius Iuni. in d. l. exigere dotem. n. 17.

297 Duodecimo extende, vt procedat etiamsi maritus mutasset domiciliũ, & mortuus esset in nouo domicilio: nam etiam in hoc casu attendi debet statutum originis mariti, & non statutum loci, in quo dissoluitur matrimonium. l. vxor. iuncta glos. vbi senti: Bart. ff. de iudi. facit. l. libertus. §. præscriptio. vers. vltimo. ff. ad municipal. tenent Anton. de Butrio Abb. & alij in dict. c. 1. de sponsalib. vbi lite Feli. n. 31. Alberi. & Ias. nu. 61. in d. l. 1. C. de summa Trinit. & fide Cathol. Curt. Iunior in d. l. exigere dotem. n. 19. ff. de iudi.

298 Sed si tempore contractus matrimonij non erat lex vel consuetudo diuersa in domicilio viri à domicilio vxoris, & posteà maritus mutasset domicilium, in quo diuersa est lex vel consuetudo, tunc distinguendum est: nam si maritus & vxor cõtraxerunt matrimonium in loco vxoris vel viri animo ibi commorandi, & postea mutato animo in aliud se transtulerunt domicilium, tunc inspicienda est lex vel consuetudo loci in quo contraxerunt matrimonium, & non loci in quem postea mutato animo diuerterunt, vt tenent Anto. & Abb. in d. c. 1. de sponsalib. Ioan. Lup. in rub. de donatio. inter vir. & vxo. §. 55. n. 12. Roderi. Suarez in l. 1. tit. 3. lib. 3. fori. limit. 6. Greg. Lop. in l. 24. tit. 11. parr. 4. in glos. verb. *Ganancias*. Ioan. a Matienzo in l 2. tit. 9. lib. 5. recopillatio. in glos. 1. nu. 70. quod probatur ex dict. l. 24. tit. 11. par. 4.

299 Si vero contraxerunt matrimonium in aliquo loco mariti aut vxoris non animo ibi permanendi, sed tamquam recessuri in alium locum diuersum, tunc post translationem attendi debet lex vel consuetudo illius loci, in quem transtulerunt, ex his quæ prædicti Doctores tradunt, quod intellige prout Gregor. Lop. & Ioan. a Matienzo in locis proxime citatis intelligunt.

300 Decimo tertio extende, vt procedat etiam in casu quo vxor ignorasset legem seu consuetudinem loci mariti: nam adhuc erit seruanda talis lex vel consuetudo: nam cum mulier sequatur domicilium mariti, & sciat virum alienigenam, tenetur eius domicilij legem & consuetudinem diligenter inquirere, vt notat Cum. conf. 26. & 72 Deci. conf. 119. col. 1. Soci. Iunior conf. 14. n. 8. lib. 1. Tiraquel. in legib. connub. in l. 14. q. 2. Purpurat. in d. l. 1. n. 187. C. de summa Trinit. & fide Cathol. Curt. Iunior in d. l. exigere dotem. n. 15. ff. de iudi. Couarru. in epito. de sponsalib. 2. par. c. 7. n. 8. Licet Bald. in cap. 1. §. fin. de inuest. de re alie. fact. in vsib. feudo-

feudorum cõtrarium teneant, quem. sequitur Præposit. & Felin. in d.c.1. de sponsalib. Alex. cons. 100. col. 2. lib. 3. & Ias. in d.l.1.n.64. C. de summa Trinit. & fide Cathol. quorum. opinio potest saluari, & locum habere quando mulier ignorasset patriam mariti, & errauerit, credens eum esse ex propria terra sua, vt Deci. Soci. Iunio. Tiraq. Purpurat. & Couarruuias in locis proximè citatis notant.

301 Limita tamen supradictam conclusionem non procedere, quando vxor duceret maritum ad domum suam eo animo vt ibi perpetuò habitaret: nam tunc si de eo animo constat, attenditur domicilium vxoris, & eius vel consuetudo, & non domicilij mariti, vt tenent plures supra in n.295. citati.

302 Secundo eam limita, non procedere in bonis existentibus extra domicilium mariti in alio loco, quia tunc lex seu consuetudo domicilij mariti non est consideranda quoad illa bona quæ coniuges alibi habẽt, sed lex seu consuetudo loci, vbi res sunt sitæ. arg. l. pupillo. ff. de tuto. & curatorib. dat. ab his. l. Titium. §. tutor. ff. de administratio. tuto. l. certa forma. C. de iure fisci. lib. 10. & expressè in hac specie tenent Anchar. cons. 163. Deci. cons. 283. col. 2. Curt. Senior cons. 43. in fin. Aymon. cons. 30. Rube. cons. 71. qui hanc testatur communem opinionem. Gozad. cõs. 49. qui quoque ait cõmunem, quos sequitur Couarr. in epito. de sponſ. 2. part. c. 7. nu. 9. tenet etiam Anton. Natta cons. 148. n. 2. lib. 1. Greg. Lop. in d. l. 24. tit. 11. part. 4. in glos. verbo, *Ganancias*. Ioan. a Matienzo in l. 2. tit. 9. lib. 5 recop. in glos. 1. num. 74. Quod etiam alia ratione probatur: nam sicut sortitur quis forum ratione rei sitæ, ita statuta loci rem ipsam concernentia eum ligant quantum ad ipsam rem. cap. significatum. de præben. l. 1. C. de auro coronario. lib. 10. vbi Bart. & alij notant Bald. in l. iubemus nullam. C. de sacrosanct. Eccles. Deci. cons. 694. col. 2. Curti. Iunio cons. 60. 61. 68. & 106. Cagnolus in l. fin. n. 15. ff. de iurisdictio. omni iudi. Statutum enim numquam trahitur ad res existentes extra territorium statuentium, vt notant Bar. & Doctores in dict. l. 1. C. de summa Trinit. & fide Cathol. scribentes cõmuniter in l. fin. ff. de iurisdiction. omni. iudi. maxime Deci. ibi in prin. Cagnol. n. 16. & 21. & Bolognet. nu. 40. plures allegans, qui hanc testantur communem opin.

303 Quod primo intellige, nisi statutum expressè disponat, quod comprehendantur etiam res existentes in alieno territorio, vt tenent Ang. col. fin. vers. hoc autem fallit. Paul. Castrens. col. 2. Deci. nu. 13. Cagnol. n. 16. & Bolognet. n. 40. in d. l. vltim. ff. de iurisdict. omni. iudi Alex. cons. 41. col. 2. lib. 5. Deci. cons. 457. col. 1. Brun. in tract. de statut. exclud. femi. art. 8. q. 25. Hinc est quod statutum potest imponere collectam pro bonis extra territoriũ sitis. l. rescripto. §. fin. l. munerum. §. patrimoniorum. C de mune. patri. lib. 10 glos. in rubr. eod. tit. Soci. cons. 36. nu. 4. lib. 1. Cephal. cons. 309. n. 31. lib. 3.

304 Secundo intellige nisi statutum fauorabile disponeret principaliter & directe circa personam sibi subiectam: nam tunc extenditur etiam ad bona alibi sita, tanquam accessoria ipsius personæ, etiamsi expresse statutum non disponat circa res extra territorium sitas. l. propter litem. §. licet ff. de excusatio. tuto. l. fin. ff. de decret. ab ordine faciend. nõtat Bar. in l. 1. n. 32. C. de summa Trinit. & fide Cathol. quem ibi sequuntur Bal. n. 18. & 19. Salic. n. 11. Areti col. penul. Purpurat. n. 130. idem Bart. in l. si duo in fine. ff de administratio tut. & in l. ex Castrensi. ff. de Castren. peculio.

peculio idē Bal.cōſ.131.n.4.& 5.libr. 2.Alex.cōſ.116.n.6.lib.6.& cōſil.141. n.15.& 16.qui hāc teſtatur cōmunem opinion. Soc.cōſ.103.n.19.lib.4.Dec. cōſ.276.col.2.vbi ait cōmunē,& in l. fin.num.3.& 13.& ibi Cagnol.n.21.ff. de iuriſdictio. omni. iudi. & in l. ſi quis,nec cauſam,num.3.ff.ſi cert.pet. Curtio.Iunior.conſil.9.per totum,& conſil.108.n.30 vbi dicit communem Tiraquel.poſt leges connub. gloſſ. 8.n 228.Crauet.conſil.271.nu.4.libr. 1.dicit etiam communem Brūn. in tract.de ſtat femi exclud.art. 8.q.25. n.119.cum ſeq.Rochus de Curt. qui teſtatur quoque de communi in ca. fin.ſectione 9.num.26.de conſuetud. Anton.Natt conſi.149.col.2. Pelaez Ameres,qui plures refert in tractat. maiorat.1.par.quæſt.58.num. 25.cum ſeq.Ioan.Cephal.conſil.309. nu. 24. & 38 lib.3.& tenent plures alij quos infrà citauimus in c.5.iſto lib.

305 Sed ſi ſtatutū principaliter,& directe diſponit circa bona ſubditi exiſtentia in alieno territorio tunc ſtatutū nō valet ex defectu iuriſdictionis,vt Bart.& citati Doctores notāt & in hoc caſu procedere poſſunt adducta per Ioan à Marienço.in d.l.2. tit.9.lib.5.recop.gl.1.n. 74. licet ipſe in diſtincte contrarium teneat.

306 Tertiò limita dictam concluſionē non procedere quando matrimonium eſt contractum in proprio loco originis mariti,licet non in loco habeat domiciliū ratione habitationis,quia tunc ſeruāda eſt lex,vel conſuetudo loci cōtractus,vt notat Bal.in l.heres abſens col.1.ff.de iudi Fel.poſt alios in d c.1.n.28 de ſponſ.Couar. in epit. de ſponſal.2.p.c.7.n.10.

307 Ex quo colligitur, quod ratione contractus præfertur ſtatutum, ſeu conſuetudo originis alias autē attēditur,& præfertur ſtatutū ſeu cōſuetudo domicilij habitationis viri etiā ſi in loco originis ſubeat munera.d.l. exigere dotē verſ.domiciliū habuit ff.de iudi.quia vbi fit mentio de domicilio intelligitur indubio de domicilio habitationis,& non de domicilio originis glo.in c.ſtatutum.§ cum vero de reſcript. in 6.verbo vnā dictam in fine,& notant Scribentes in c.fin.de foro compet.Bald.in l.fin.C. de edicto diui Adria. toll.& in conſ. 129.lib.1. Alex.in l.aſſumptio. § filius.ff.ad municipal.& in conſil.100. n.9.cum.ſeq.lib.3.Sali.col.3.& Ioan. Baptiſta de ſancto Seuerino charta 19.& Iaſ.n.60.in l.1.C.de ſum.Trin. & fide catholica idem Iaſ.in l.ſi arrogator num.46.ff.de adoptio. Feli. in d.c.1.num.32.de ſponſalib.Cur.Iun. in d.l. exigere.§.dotem.num.18.ff.de iudi.Afflict.deciſ.226. & 384.num.7 Marſil.in repet.l.fin.n 4.ff.de iuriſdictio.omni.iudi.Caro.Ruy.in rub.ff. ſolut.matri n.328. cum ſequent. vbi etiam pariſi.num 144.Ruger.de Mota in l.hæres abſens.§.ſi quis tutelam num.111.ff.de iudi.& probatur in d. l.exigere dotem iuncta gloſ.ſcilicet quia mulier erat itura ad domicilium mariti,quæ ratio ſolum reſpicit domiciliū habitationis ad quod mulier eſt itura,& non originis,& regulariter potius attenditur locus domicilij quā originis,vt notat gloſ.in d c.ſtatutū.§.cum vero de reſcript.lib.6.& alij Doctores proxime citati,niſi quādo obligatio ad operas,ſeu ad munera perſonalia ſubeunda prius fuit cōtracta apud locū originis.l libertus. § præſcriptio.ff.ad munici.l.ſtatutis §.Cornelio,ff.de iure fiſci,& ſic ille locus debet præferri locō domicilij poſt modū acquiſi.l.in operis ff.locati & ita notāt Bald in l.1.col.1.C.de municip & origi.lib.10.& Alex.cōſ. 101.quos refert & ſequitur Pariſi. in d rub ff.ſolu.matrim.n.144.Et ratio eſt,quia quodammodo quis naſcitur hypothecatus patriæ, l.poſt liminiū §.filius. ff. de capti.& poſt limini reuerſ.tradit Bal. in l.in adoptio. ff.de adoptio. & in hypotheca qui prior eſt tempore potior eſt iure cap. qui prior de reg.iur.in 6.

308 Quarto limita, vt non procedat dicta communis conclusio quotiescũque in contractu matrimonij esset appositũ pactũ,quod dos restitueretur secundum statuta, & consuetudines loci contractus,nam tunc tale pactum seruabitur. l. si quis in conscribendo vbi Doctores notant C.de pact.tenent Anto.& Feli.n.30. in d.c.1.de spós.Curt.Iu.in d.l.exigere doté n.16.ff.de iudi.quod expresse probat d.l.24.tit.11.par.4.

309 Quinto limita eam non procedere si pater,vel extraneus dotet,& stipuletur sibi doté reddi, nam in hoc casu non attenditur statutũ,vel consuetudo domicilij mariti cum extraneus illud non sequatur, sed attendi debet locus cótractus,ita notat Bar. in l.si post dotem in 2.q.ff.solut.matrimon.& in d. l. 1. col.2. C.de sum. Trinit.& fide cathol.vbi Ias.in repetitione n.63.Bald.in rub.C.de priui. dot.col.2.Feli.in d.c.1.n.27.de spós. Carol.Ruy.in d.rub.ff. soluto matrimon.n.336.Curt. Iun. in d.l.exigere dotem n.11.ff.de iudi.

310 Sexto limita, vt non procedat in dote putatiua, vt quando ratione legitimi impedimenti matrimoniũ soluitur,vt notant Bal.Ang. & Salicet. in l.1. C. de condictione ob causam idem Bald.in l.penult.C.quod falso tut.aut.& in c.iurauit,col.2. de probatio. Ang. in authen. de nupt.§.ascriptitio,collat. 4. Castren.&Alex. in l.si cum dotem.§.fin.ff.solut. matrim.Feli.in d.c.1.n.25.de sponsalib. Ruy.in d.rub.ff.soluto matri.n. 145. Curt.Iun.in d.l.exigere dotem.n.8. ff.de iud.Bal.Nouel.in tract.de dot. p.11.§.hac.n.23.&29.Hyp.Sing.129.

311 Septimo limita dictam conclusio né procedere quoad ea quæ concernunt beneficiũ mariti, tam respectu dotis,quã aliarũ rerũ,nó vero quoad alia, quæ non concernunt beneficiũ mariti,vt concludit Bart. in l. fin.§. ité rescripserũt col.2.ff.ad municip. quã opinioné sequitur,& dicit communiter approbatã Abb.in c.proposuisti col.1.de foro cópet.Alex. cósi. 100.col.1.lib.1.& cósil.20.in fin.lib. 2.idẽ Alex.Soci.& Dec.in d l. cum quędã puella in prin ff.de iurisdict. omni.iudi.Ias in l.si arrogator.n.45. ff de adopt.Alban.cons.24.n.10.

312 Octauo eam limita procedere apposita exceptione,nam si non apponatur exceptio,& mulier non declinaret iurisdictionem valeret iudicium factum in domicilio originis mulieris,vt post alios notant Deci. in princip.& Cagnol.n.20. in d.l.cũ quędam puella. ff. de iurisdictione omnium iudicum.

313 Nono limita vt nó procedat mortuo marito, nam soluto matrimonio cessat dictum priuilegium,& mulier & eius bona reguntur secundum statuta,& consuetudines proprie originis secundum Paul. Castrens. in d. l.cum quædam puella in princip. ff. de iurisdictio.omni.iudi.quem refert & sequitur Alban.in d.consil.24.nume.11. Quod intelligo si mortuo marito,mulier sit reuersa in proprium domiciliũ suæ originis,secus si permansisset in domicilio mariti, tunc namque durante viduitate vteretur priuilegio viri, sicut eo viuo, quia mulier cum non transeat ad secũdas nuptias videtur in coniugio primi viri per durare, & eius conditioné retinere.l.filij.§.vidua.ff.ad municipal.l.ingenius.C.de muri leg lib.11. tradit Tiraquel.in tract.de nobilitat. capit. 18. numer. 16. Ad quod facit quod vidua ignobilis quæ nupta fuit nobili durante viduitate debet gaudere nobilitate mariti mortui, sicut si viuus esset. l. cum te vbi Bald. notat. C.de nupt. dict. l. filij §. vidua.ff.ad municipal.Bar.Fulg. & alij in l. vltim.C.de verb.signifi. Guid. Pap. decis. 217. & 296. & 349. & 379. & 380.Deci & Alciat. in l.1.C.de inius voc. Ioann. Lup.in rub

rubric.de donation.inter vir &| vxor §.31.n.9. Tiraquel. in d.c. 18.nu.5.& in regul.cessante causa. 1.part.n.110. vbi hoc limitat in vidua quæ honeste viuit secus si in honeste quem sequitur Otalora de nobilitat. 4. part. c.8.num.1.& 2.& Pelaez Ameres in tract. maiorat.1.part.quæst.51.nu.34. quod probatur ex l.13.tit.21.par.2.& ex l.9.tit.11.lib.2.recop. Vxor enim ex honore & dignitate viri honoratur l.mulieres. C. de dignit.lib.12. l. fin.C.de in col.lib.10.l.vltim.C.de nupt.authent.de consulibus.§.si autem collection.4 cum alijs, & ratio est quia vxor vnitur viro tanquã digniori,& eadem est conditio vnitorũ vt in cap.quod in dubijs de consecratio Eccles vel altar. & notatur in c. 1.ne de sedeuante,& quia maritus,& vxor sunt vna,& eadem caro,c.Martinus de cognatio spiri.c.debitum de vigam.c.agathosa 27.q.2.l 3.tit.15.p. 2.l.7.tit. 2.p.4. diximus in c.5.huius li.1.in effectibus maritalis potestatis.

314 Decimo & vltimo limita dictam communem conclusionem non procedere quoad formam,& solemnitatem contractus,& instrumenti dotalis tunc nanque attenditur locus contractus.l.si fundus. ff. de euictio notant Bart.& alij in d.l.exigere dotẽ. ff.de iudi.vbi Curti. Iunior.nu. 5.& 20.idem Bart. quem ibi sequuntur Scribentes in l.1.C. de sum. Trinit. & fide cathol.Anton.de Butr. Ioan. Andr.& alij præcipue Feli.n.23.in d. c.1.de spõsalib.vbi additionatus eiusdem Feli.testatur hanc esse communem opinionem Alexand consi.100. num.15.lib.3.Borri.decis.32.per totã Couarru.in epit.de sponsalib.2.par. cap.7.num.10.Lamberteng. in tract. de contractib.glos.2.nu.27. qui plures citat, & de hac limitatione facit regulam cum pluribus ampliationibus,& limitationibus portius libr.5. conclusione 31.

315 Quinto contrahitur domiciliũ ratione manumissionis nam libertus efficitur de domicilio patroni.l. si quis pluribus.l.assumptio.§.si filius vers. libertini.ff.ad municipal.d.l.32.titul. 2.part.3.Pluribus alijs modis contrahitur domicilium videlicet lege,vel statuto,relegatione, ad eptione prelature,monachatu,dignitatis, aut officij adeptione beneficio,iuris professione,vt tradit Rebuf.3.tom.super cõstitutiones Regias in tract.de domicilij electione in præfatione n 9.cũ seq.vbi in n.20.& alijs seq.tradit etiã domicilij effectus quorum vnus est, vt quis possit conueniri in loco domicilij apud illius iudicem.dict. l. hæres absens.§.proinde ff.de iudic. l.incola, la 1. ff. ad municipal.c.dilecti c.postulasti de foro cõpet. cum alijs supra citatis.

316 Domicilium commune est locus communis patriæ,vt fuit olim Roma l.Roma.ff.ad municipal. licet non ratione conuentionis,sed alia quam explicat Alcia.lib.2.disput.c. 21.quem refert & sequitur Couarru.practicar. quæstio.c. 5. in princ. & etiam curia principis secularis,vbi quilibet dum in ea est potest cõueniri etiam si ibi non contraxerit tanquam in communi fore, vt natant Doctores in l.2. §. legatis.ff.de iudi.Henri.Abb. & alij in c.fin. de foro competen. vbi Maria.Soci. num.63. & probat expresse l.4. & 5.tit.3.p.3, nisi in aliquibus casibus in d.l.4. exceptis quos late declarat Couarru.in d. c. 5. per totum. Ex his itaque sic expositis non obscure intelliges quem primo modo fortiri forum ratione domicilij naturalis,accidentalis & communis.

317 Secundo modo fortitur quis forum ratione rei site de qua agitur.l. fin.C. vbi in rem actio.l.sed & si susceperit.§.vltim.ff.de iudi.l si prediũ ff.de prædijs minor.c. fane.& c.vlti. vbi scribentes de foro compet.d.l.32 ti.2 p.r.3. versi. *La quinta es por razon de heredamiento que ouiesse en*

aquella tierra sobre que quierē hazer la demanda.

318 Quod intellige nisi petantur plures res simul diuersi fori vna eadem quæ causa,& actione, vt si vendite sint plures res vno contractu & pretio, vel subiectæ sint restitutioni ex vno maioratu, fideicommisso, vel alia dispositione, quia tunc attenditur locus, vbi maior pars sita est.l.fideicommissum in princ.& in §.1. ff. de iudi.l.qui ita.§. vltimo.ff.ad Trebellian.l.1 in 1.responso.C.vbi de hęredit. agi oport.gloss. in l.cum res, verbo peritur.ff.de leg.1.cum alijs adductis der Tiraquell. de retractat. Linagier.§.36.gloss.3. numer. sexto cum sequentib.& alijs antecedentib. vbi hoc declarat quem refert & sequitur in materia maioratus Ludoui. de Molina de Hispanor.primogenijs lib.3. cap.13. num. 73. cum sequent. Et quod dictum est quod ratione rei site sortitur quis forum intellige & extende procedere non solum quando agitur de re immobili, sed etiam de mobili, vt probatur in dict l.32. titul.2.part.3. vers. *La dozena es quando demandassen algun sieruo, o bestia o otra cosa mueble por suyo, ca aquel a quien la demandassen alli deue responder do fuere fallado con ella, maguer el sea de otra tierra, &c.*

Secūdo extende non solum quando res petitur reivendicatione, sed etiam quando petitur petitione hæreditatis:nam tunc iudex loci vbi res est sita est competens iudex l.1. C. vbi de hęredit agi oportet, vbi Bal. Salyc.Castr. & alij notant, nam petitio hæreditatis quamuis personales habeat præstationes: tamen re ipsa est actio realis,& inter reales connumeratur.l. sed & si lega. §. petitio. ff.de petitio hæredit.l. hæreditas,vbi notatur eod.titul.C.gloss. & doctores, præcipuè Castrens.& Ias. in rubri.C.de inofficio.testam.& in rubr. de petitione hæredit.

Tertio extende etiam in datione curæ,nam iudex sub cuius iurisdictione bona minoris sunt sita potest dare curatorem adulto, etiam sibi non subdito. l.1. Ver. vbi enim sunt facultates.C. vbi tut. vel curator. pet. vbi Bal. Bart. in l. pupillo. ff. de tuto. & curat.da. ab his. l. iurisperitos §.cum Oriundus de excusatio.tutor. & ratio est quia curator datur rebus. l.in copulandis. C. de nupt. ideo attenditur locus, vbi res site sunt declarat Alexand. consi. 44 numero 17. lib.5.

319 Tertio ratione contractus potest quis conueniri apud iudicem loci, vbi cōtraxit d.l.hæres absens.§. proinde, vbi gloss.& scribentes.ff.de iudi.c.dilecti,vbi etiam Doctores de foro compet. dict.l. 32.titul. 2. part. 3. vers. *La sexta es*, vbi Gregor. Lop. in gloss.verbo, *En aquella tierra*, late hoc explicat. Quod primo intellige si in eodem loco contractus qui contraxit inueniatur alias non c.Romana. §. contrahentes de foro competent.in 6.notant gloss. & scribentes in d.l hæres absens.§.proinde. ff. de iudi. & Gregor. Lopez in dict. gloss.verbo, *En aquella tierra*. vers. Quarto limita Couarru.practi. quæstio.c.10.nu.3. Vbi ex hac limitatione ad plura infert circa intellectum.d.§. contrahentes, & tradit alia ad hanc materiam pertinentia. Secundo sub intellige nisi qui contraxit, renunciauerit proprio domicilij foro, & submiserit se foro loci contractus: quia tunc ibi conueniri potest,etiam si non inueniatur, & remissio facienda est ad iudicem illius loci contractus, vt notat glos. singularis in l.1. ff.si quis in ius vocat. non ierit,quam ibi omnes sequuntur, & plures alij quos citat Couarru.im d.c.10. nu.5. vbi hanc testatur communem opinionem, quod etiam disponit noua lex vigesima, titulo vigesimo primo, libro quarto recopilationis ibi:

Exce-

Excepto si el tal reo que assi se sometio o por razon del contracta que halli hizo, ó por razon de la paga que en tal lugar auia de hazer, ó por otra causa huuiesse surtido el fuero del tal juez a quiẽ assi se sometio, que en tal caso pueda proceder a la execucion, aunque no se halle la persona é bienes dentro de su jurisdiciõ, haziendose por requisitoria. Si vero non fuerit specialis sub missio foro loci contractus, sed generalis tunc si facta sit cum proprij fori renuntiatione, & quibuscumque clausulis non poterit qui contraxit conueniri, nec exequi in loco contractus si ibi non inueniatur ex iuribus supra allegatis & expresse ex d.l.20. proxime citata, ibi. *Y otrosi mandamos, que en virtud de las submissiones generales que se suelen hazer sometiendose a qualquier fuero iurisdiction, y juez ante quien fueren demandados aunque aya renunciacion de fuero, y qualesquier otras clausulas no se pueda proceder, sino tan solamente hallandose la persona ó bienes en la jurisdiction del juez ante quien se pidiere la tal execucion.* In sub missione autem speciali facta iurisdictioni curię regalis, & iudicibus illius quos, *Alcaldes de Corte*, dicimus disponit etiam. d.l.20. Tertio intellige quod quamuis qui contraxit possit in loco contractus conueniri si ibi inueniatur vel si cum proprij fori renuntiatione specialis fuerit facta sub missio foro illius licet non inueniatur, non tamen est ibi pręcisse conueniendus, sed erit in electione actoris eum conuenire in dicto loco contractus vel in loco domicilij in quo tempore conuentionis habitat. d.c. dilecti, vbi scribentes de foro compet. & notat Gregor. Lopez in d.l.32. in glos. verbo *En quella tierra*. Versi. tertio. Quod generaliter procedit quotiescumque debitor plures habet iudices nam actor eligere potest quem maluerit. l. vlti. vbi scribentes. C. de iurisdictione omni iudi. l. cum clericis vbi Bal. numer. 1. C. de episcop. & Cleri. glos. & Doctores in. l. fin. C. vbi in rem actio, & in d. c. dilecti de foro compet. & in c. statutum. §. cum autem verbo recusset de rescript. in. 6. Bar. in. l. si per errorem in fine. ff. de iurisdictio. omni iudi. idem Bal. in authen. habita. C. ne filius pro patre Abb. & alij in. c. cum sit generale de foro compet. Maranta in. l. si actor numer. 33. ff. de procurato, & in terminis. l. diffamari. C. de ingenu & manu tenent. Socin. cons. 94. num. 6. lib. 3. Petrus de Benitend. decis. 66. num. 2. Couarru. lib. 1. variarum resolutionum cap. 18. numer. 6. Gerard. Mazoll. consil. 14. numer. 4. quod probatur expresse ex d.l.32. tit. 2. pa. t. 3. ibi, *Que lo faran estar a derecho en vno destos tres logares. qual escogiere el demandador.* Vbi Gregor. Lop. notat in gloss. verbo, *Escogiere*.

Et idem dicendum est in pluribus
320 iudicibus ordinarijs vnius loci, vel territorij quorum quilibet in solidũ potest cognoscere, & iurisdictionem exercere nã actor potest eligere quẽ eorum maluerit, & locus erit præuentioni. l. vnica. ff. de offic. consult. glos. in c. prudentiam in prin. de offi. deleg. Bar. in l. Pomponius. ff. de re iudi. Couarru. qui hanc testatur communem opinionem practic. quæstio. c. 40. num. 1. versic. quasi secus sit. Et hæc est vna electio ex pluribus quas actor habet quarum decem congerit Maranta in d.l. si actor, num. 31. cum pluribus sequentibus, ff. de procuratoribus.

Idem quoque obseruandum videtur quando pluribus dominis iuris-
321 dictio competit in aliquo opido, & territorio cum in hoc casu omnibus iurisdictio in solidum competit, & locus sit præuentioni, vt notat glos. quam sequuntur Doctores in dict. capit. prudentiam de offic. delegat. maxime Abb. n. 12. Imol. col. 1. Feli.

ead.col.1. & Deci.n.10. Bart. in l. si vni.num.8.ff. de re iudi. quem ibi sequuntur Ang Cuma. Imol.Alex.& Vincen de Hercul.n.18.ex l.2.§. ex his.& §.& quidem ff.de verbo.obliga.& hanc testatur communem opinionem. Couarru. in dicto cap. 40. practi.action.nu.1. in principio.licet eam non sequatur,& ratio huius cõclusionis secundum Bart& cæteros, est, quia iurisdictio est ius incorporeum& indiuiduum.arg l.1.§.si vsusfructus.ff.ad l.Falcid. & l. viæ. ff.de seruitu. Contrariam tamen opinionem,nempe in hoc casu non esse iurisdictionem à quolibet domino in solidum exercẽdam, sed quod compellendi sunt omnes oppidi & territorij domini communiter, non in solidum iurisdictionem exercere, eligendo concordi electione vicarium & magistrum, qui eam eorum nomine exerceat, tenent plures citati per eundem Couarru.in d. cap. 40.nu.1.vers. ex contrario.quos ipse sequitur in vers. mihi vero. vbi latius hanc materiam prosequitur.

322 Si vero plures sint iudices delegati, omnes simul debent cognoscere,d.c.prudentiam.c.cum causa.cap. vno delegatorũ.de offi.deleg. l.duo ex tribus. Idẽ est in arbitris. l.si in tres. & l. sicut tribus. ff. de arbitris. quod est verum, nisi cuilibet delegato vel arbitro detur iurisdictio in solidum.c.cum plures.de officio delegati.in 6.

323 Quarto sortitur quis forum ratione destinatæ solutionis. nam si alio loco sit destinata solutio,non attenditur locus contractus,sed locus destinatę solutionis,vbi qui contraxit, est conueniendus,etiamsi ibi non inueniatur,cum ibi contraxisse videatur.l.contraxisse.ff.de actio.& obligat. l.Titium. ff.de administration. tutor.l.1. C.vbi conueniat. qui cert. glos. communiter recepta. in cap. Romana.§.nec etiam. de foro compet.in 6.Bart.Bald & alij in l.si conuenerit.ff.de iurisdictio. omni.iudi. cum alijs adductis per Couarru. in c.10.practic.quæstio.nu.5. vbi testatur de communi,quod etiam probatur ex d.l.32.tit.2.par.3.ibi:*O le ouiesse fecho,o prometido en otra parte, poniendo de lo cumplir alli, e maguer no fuesse morador de aquel lugar, tenido seria de responder ante el juzgador*,&c. vbi Gregor. Lop. notat in glos. verbo, *En aquella tierra.* vers. quinto. & in glos. sequenti verbo, *Poniendo de lo cumplir.*& clarius hoc disponit d.l.20 titul.21.lib.4 recop. ibi: *O por razon de la paga que en el tal lugar auia de hazer, o por otra causa huuiesse surtido el fuero del tal juez a quien assi se sometio, que en tal caso pueda proceder a la execucion aunque no se halle la persona y bienes dentro de su jurisdiction, haziendolo por requisitoria.* Ex qua l.duo sunt necessaria copulatiue, videlicet quod destinata sit solutio, & specialis fiat submissio: in quo casu intelligendum est,quod in præcedenti declaratione diximus,scilicet quod est in electione actoris conuenire debitorem in loco destinatæ solutionis,vel in loco domicilij ex iuribus superius allegatis,& in hac specie hoc notat Greg.Lop.in d.l 32.tit.2 par 3.in gl. verb. *Poniendo de lo cumplir.* Et quãdo statutũ vel consuetudo loci contractus vel loci vbi facienda est solutio debeat attendi, & ad quid teneatur debitor quando non facit solutionem loco & tempore in quo facienda est.dicemus in actione de eo quod certo loco.

324 Quinto ratione delicti sortitur quis forũ in loco vbi delictum fuit commissum: nam ibi delinquens puniendus est l. si cui. §. idem imperator.& l.vlt.ff.de accusat.l.præses.la. 2.ff.de off.præsid.l.solent. vbi gl.& scribentes ff.de custo reor.l 1.& authentic. qua in prouincia. C. vbi de crimi.

crimi agi oport. authen. vt nulli iudicum. §. si quis verò comprehensorum. authent. vt omnes obedi. iudi. §. hoc considerantes, d. l. 32. tit. 2. parte. 3. versiculo, *La decena es.* & l. 15. & 18 titul. 1. parte. 7. l. 4. titu. 14. eadem part. l. 1. 3. & 4. cum sequentibus. titulo 16. libro octauo recop. Et ratio est, quia interest reipublicæ vt delicta publice puniantur, in eo loco vbi fuerunt perpetrata propter exemplum. l. capitalium. §. *Famosos.* ff. de pœnis. clem. 1. de offi. ordi. c. ad liberandum. de iude. c. 2. de calumniato. cap. quapropter. 2. q. 7. & cum reipublicæ vbi delictum fuit commissum, fiat specialis iniuria, oportet vt ibi fiat criminis punitio, vt reipublicæ læsæ fiat satisfactio, vt tradit Couarru. practi. quæstio. c. 11. nu. 3. quod colligitur ex d. l. 3. tit. 16. lib. 8. recop. ibi: *Embien preso, y bien recaudado a los Alcaldes y juezes del lugar donde assi hizo el maleficio, porque alli donde cayo en la culpa, reciba la pena.* ex quibus iuribus delinquens est remittendus ad iudicem loci delicti. Quod procedit quoties à iudice illius loci fuerit petita remissio, vt probatur in d. auth. vt nulli iudi. §. si quis vero comprehensorum. notant Bart. Bal. & Sali. in d. l. 1 C. vbi de crimi. agi opor. cum alijs adductis per Couarr. in d. c. 11. nu. 15. vers. quarto erit animaduertendum vbi hanc testatur communem opinionem, adducens alia multa in praxi vtilia circa delinquentis remissionem ad locum delicti, cui in nu. 7. in quantum eam limitat, non procedere in criminibus leuibus, adde d. l. 3. tit. 16. lib. 8. recop. ibi: *Y tenemos por bien, que qualquiera que hiziere cosa porque merezca la muerte, o otra pena corporal.* ex qua l. probatur etiam proxima communis conclusio, & limitatio circa delinquentis remissionem à iudice loci delicti petitam.

325 Quam etiam remissionem petere potest iudex domicilij vel originis, si ibi delinquens sit accusatus, vt tradit Abb. in c. vlti. num. 41. de foro compet. vbi testatur de communi. & Iuli. Clar. lib 5. recept. sent. § fin. quæst. 39. numer. 3. & probatur ex dict. l. 15. & 18. tit. 1. part. 7. & ex l. 1. tit. 29. ead. part. quod notat Gregorius Lopez in dicta lege 18. in glos. verbo. *Maneras.* & ratio est, quia de crimine etiam agi potest in loco domicilij vel originis. l. 1. C. vbi de crimine agi oport. l. legatorum. §. sed eos. & §. si quis. ff. de inter. & rel. c. ex part. c. dilecti. c cum contingat. de foro compet. c. nullus. de tempo. ordin. in 6. testantur communem Salic. in d. l. 1. C. vbi de crimini. agi oport. Gram. consi. 27. n. 6. Afflict. 3. part. consti. regni. rub. 55. n. 18. quos refert & sequitur Iul. Clar. in d. §. fin. q. 39. n. 3. & de iure Regio probatur in d. l. 15. vers. *Otrosi dezimos.* tit. 1. part. 7. quæ etiam disponit, quod non solum delinquens potest accusari in loco habitationis, sed etiam vbi habet maiorem partem fortunarum suarum, ibi: *Delante del juzgador del lugar do fiziere el su morada, o delante de aquel do ouiesse la mayor parte de sus bienes, maguer el acusado ouiesse fecho el hierro en otra parte.* vbi Gregor Lopez in gloss. verbo, *De sus bienes.* hoc notat, & plura in confirmatione tradit, intelligens in hac specie, si in dicto loco maioris partis bonorum delinquens inueniatur, ex his quæ ipse Gregorius Lopez notauit in dict. l. 32. tit. 2. part. 3. & nos etiam latius supra adduximus. Alia etiam ratio est, quia ratione domicilij vel originis est proprie subditus. d. c ex part. c. dilecti. c. cum contingat. de foro compe. & vbi quis habitat, & onera sustinet, dicitur subiectus & subditus glos. in cle. vnic. verb. subditos. in fi. de foro compe. quā ibi sequuntur Doctores

Castrensf.consf.86.n.2.lib.2. Abb.& Marian.Soci.in c.1.de foro compet. Feli.in c.fin.n.48.eod.tit., qui alios refert.Rebuff.in 3.tom super consti. Regi.in tractat. de de domicilij electione.in præfatio. nu. 33. Ioan Cephal.consf.246.n.13.lib.2.Et sicut intereft iudicis loci delicti purgare prouinciam suam malis & flagitiosis hominibus. l. 3 l congruit. ff.de offi.præsid.ita intereft iudicis originis vel domicilij suos subditos flagitiosos & malos castigare, & prouinciam suam talibus hominibus purgare,licet alibi deliquerint. d. l. 3. & l. congruit.tradit Abb.consf. 24. nu. 2. lib.1.& cum dictæ leges generaliter loquantur,generaliter debent intelligi.l.de pretio. ff.de publi.L1. §.& generaliter.de leg. præst. Bald.in l. fin.n.3.ff de iurisdict.omni iudi.

326 Ex quibus infertur, quod poteft iudex domicilij vel originis, etiam per viam inquisitionis procedere contra subditum delinquentem extra territorium,vt tenent Bart.num. 47.Bald.n.25.& Salic. n.8. in l.1.C. de summa Trinita. & fide Catholi. idem Bart.in l.1. C.de enuch.& in l. 1.vbi etiam Castrensf.& Salic.C.vbi de crimi. agi oport. idem Bald.in l. mercatores. C. de commer. Ang. in tractat. maleficiorum. verbo. hæc eft quædam inquisitio.num.83. Fulgosf. consf.146.n.2. Abb.consf.24.n.1.& 2. lib.1.& in c,cum contingat.n.6.& in c.fin.n.38.vbi etiam Feli.n.11.de foro compet. Boeri. decisf. 270. per totum. Franc. Marc.decisf.989. qui testatur hanc esse communem opinionem. Marian.Socin.in c.qualiter & quando.a: t.5.q.11.n.58.& seq. de accusatio.Soci. Iunior consf.76.lib.3. Cagnol.in l.fin.n.53. ff.de iurisdicti. omni. iudi. qui hanc testatur communem opinionem, & vsu receptâ. Siluan.consf.103. nu.7. qui ait etiam communem. Beroi. consf. 162.col.1. lib.3. qui etiam testatur de communi.Bossi.in practica.tit.de foro compet.ad finem.nu.182. qui dicit quod vsus hanc opinionem approbauit. Alciat.in c.pernitiosam. n.48.de offi.ordi. Couarru. practic.quæstio c. 11.versf.ijs equidem. qui ait communem.Iuli.Clar. lib.5. recept. sent. §. fin.q.39.n.4.versf.sed certe. qui plures refert & testatur de communi latissime.Franc.Becci.consf.93.per totum.maxime n.16.& hoc etiam sentit Greg.Lop.in d.l.15.tit.1.part.7.in glosf..verb.*Su morada*.

327 Vagabundus vero si capi non possit in loco delicti vel domicilij,vbicumque repertus fuerit, accusari & puniri poteft,vt probatur ex l.1. iuncta glosf. C. vbi de crimi,agi oport. vbi eam sequuntur Doctores,tenent Ang.& Alberi. in l.hæres absens. §. proinde.nu.2.ff.de iudi. Guid.Pap. q. 202. testatur communem Bellame.consf.11. col.1.& Couarru.practi. quæstio c.11.n.7.Iuli.Clar.d.§.fin.q. 39.n.7.quod expresse probat d.l.32. tit.2.part.3.versf.*E la onzena es*.& l. 16.tit.1.par.7.versf.*E si aquel que fizo el hierro*.quod intelligunt citati Doctores,etiamsi remissio petita sit per iudicem loci delicti, quorum opinionem videtur approbare d. l. 15. dicens, quod si vagabundus reperiri & capi non possit in loco delicti, tunc vbicumque repertus fuerit,accusari & puniri poteft. Sed contrariam opinio. tenent Inno. & Cardi. in c.1.de raptori.Abb. Porti. Anto. in c.vlt.n 21.de foro compet.Maria. Socin.in c. postulasti.nu.15. eod.tit. quos refert & sequitur Couar. in d.c. 11 n.6. idem tenet Montaluus in d.l. 32.tit.2.par.3.in glo.verb *La onzena*.

328 Ego tamen pro concordia harum opinionum dicendum esse censeo,in electione accusatoris accusare reum vagabundum in loco delicti,vel vbi inuentus fuerit, & si vagabundus fuerit accusatus in loco delicti, tunc sit ad iudicem illius loci remittendus secun-

secundum vltimam opinionem. Si vero accusatus fuerit in loco vbi fuit inuentus, ibi puniatur, secundum primam opinionem. Quod probatur ex d.l.32. tit.2. part.3. in versiculo: *La onzena*. Ibi: *En vno destos lugares, qual escogiere el demandador*. ad quod facit quod supra diximus in electione quam actor habet conueniēdi reū in loco cōtractus, vel in loco domicilij. Sed si ex officio absque petitione partis procedatur contra vagabundum pro aliquo delicto pro quo venit imponenda pœna corporalis, tunc sit remittendus ad locum delicti, si petitum fuerit per iudicem illius loci, vt reipublicæ læsę, cui facta fuit iniuria, fiat satisfactio, vt probatur ex d.l.3. tit.16. lib.8. recop. ibi: *Embien preso, y a buen recaudo a los Alcaldes y juezes del lugar donde assi hizo al maleficio, porque alli donde cayó en la culpa, reciba la pena*.

329 Et prædictis adde, quod fur qui in aliquo loco furtim commisit, si postea cum re furtiua in alio loco diuerso repertus fuerit, poterit ratione contractationis ibi puniri, vt tenet Bart. in l. si dominium. nu.2. ff. de furt. & in l. si abducta. C. eod. tit. & in l. sed neque legatarius. ff. de condictio. furti. cuius opinionem sequuntur multi relati per Iuli. Clar. in d. §. fin. q.38. n.16. in prin. qui testatur hanc opinionem communiter in praxi obseruari, quamuis alios plures contrariam opinionem tenentes ibi citat, quos ipse sequitur. Sed iure Regio opinio Bart. approbatur expresse per l.2. tit. 13. part.7. in fine. ibi: *Puede ser fecha demanda del robo ante el juzgador del lugar do fue fecho, o entro lugar qualquier que fallassen el robador, o la cosa robada*. Et l.4. tit.14. ead. part. in principio. ibi: *Aquel home a quien es furtada la cosa, la puede demandar al ladron, o a su heredero ante el juzgador del lugar ado fuesse el furto, o de otro lugar qualquier en que fallassen el ladron*. Ex quibus Regijs legibus probatur aperte, quod non solum potest agi contra furem in alio loco, si ibi cum re furtiua reperiatur, sed etiam vbicumque fur solus repertus fuerit

330 absque ipsa re furtiua.

Vltimo loco est aduertendum quod illud quod de remissione delinquentis ad locum delicti supra dictum est, procedit inter iudices qui eiusdem principis subditi sunt, inter verò non subditos, non est facienda remissio, vt notant plures citati per Couarru. in d.c.11. n.10. & Iul. Clar. in d.q.38. nu.20. cum seq. qui testantur de communi, quod etiam probatur ex d.l.18. tit.1. part.7. ibi: *Mandamos que en qualquier lugar de nuestro señorio que fallaren*, &c. vbi Grego. Lop. eriā notat in glo. verb. *Señorio*.

331 Sexto sortitur quis forum ratione prorogatæ iurisdictionis: nam si iudex sit incōpetens, & aliās habeat iurisdictionem, possunt partes eius iurisdictionem prorogare. l.1. l. sed & si susceperit. ff. de iudi. l. est receptū. ff. de iurisdictio. omni. iudi. c. significasti. de foro compet. c. de iudi. l.32. tit.2. part.3. vers. *La nouena es*. Et hic prorogatio fit quatuor modis, videlicet de persona ad personam: vel de re ad rem: vel de tempore ad tempus: aut de loco ad locum, vt notant glos. Bart & alij in l.2. §. sed si iudex ff. de iudi. Bal. in l.1. vers. tertio quæro. C. de iurisdictio. omni. iudi. & in l. si qui ex consensu. C. de Episcop. audi. moderni in rub. de foro compet. Maranta de ordine iudiciorum. 4. part. 12. distinct. n.3. Sebastia. Vanti. de nullita. rub. vlti. n.75. vers. hæc igitur.

332 Fit igitur prorogatio primo modo de persona ad personam, quando iudex vnius territorij limitati de cōsensu partium assumitur pro alio de aliena iurisdictione, vt in l.1. & 2. §. conuenire. ff. de iudi. d.l.1. C. de iurisdi

risdictio.omni.iudi. l.si conuenerit. ff.eod.tit.c.significasti.de foro compet. scribentes in rub. de foro compet. Maranta & Vantius in locis proxime citatis.

333 Quae prorogatio non solum fit expresso partium consensu, vt in dictis iuribus proxime allegatis disponitur, sed etiam tacito, vt quando quis patitur se conueniri coram iudice incompetenti, & non declinat eius forum: nam tunc videtur in eum consentire, & suam iurisdictionem prorogare. d.l.sed etsi susceperit. ff. de iudi. notant glos. 2. Bart. Imol. Alex. & caeteri scribentes in l. quidam consulebat. ff. de re iudi. Abb. in c.significasti. n.18. de foro comp. & in c. ad petitionem. nu. 7. & 8. de accusatio. Cagnol. in l.1.nu.17. ff.de iurisdictio.omni.iudi. Marant. d.4. part.de ordine iudi.12.distinct. nu.5. & in 6.part.membro 9.n.1. Vanti.de nullit.in d.rub vlt.n.79. Asin.in praxi.§.13.c.8. Angusol.cons.40.n.2.lib. 3. Natta cons.413.n.4.cum seq.lib.2. Bursat.cons.74.n.97.lib.1.quod etiã disponit d.l.32.tit.2.part.3. & l.1.tit. 5.lib.4.recop.

334 Ideo si iudex sit incompetens ante alias exceptiones dilatorias opponendum est de illius incompetentia ex l.fin.C.de exceptio. alias si aliam exceptionem dilatoriam reus conuentus opponat, videtur per eam iudicem prouocare, vt super ea pronuntiet, & in eum consentire, non expectata litis contestatione, vt notant Bar. & Castrens.n.3.in l.si conuenerit.ff de iurisdictio. omni. iudi idem Castrens.in l.1.n.8.cum seq.de iudi. Cacciunc. cons.n.141. & cons. 17.n.26. Beroi.cons 9.n.28.cum seq. lib.3. Maranta d.distinct.11.n.5.& 6. & ante eos Specul.in tit.de compe. iudi.aditio.§.1. vers.porro si agatur. de iurisdictione.

335 Si vero alia exceptio declinatoria non opponatur, necessaria est litis contestatio, ad hoc vt reus videatur prorogare iurisdictionem, & in iudicem non suum consentire, vt tenẽt Bart.& alij in d.l.si conuenerit.ff.de iurisdictio. omni.iudi. & Maranta loco citato, qui intelligunt in hoc casu. glos.in d.l. si conuenerit. quae ait requiri litis contestationem ad hoc vt inducatur tacita prorogatio iurisdictionis.

336 Limita tamen supradictam prorogationem procedere, quando litigantes absque alterius consensu iurisdictionem iudicis non sui prorogare possunt, secus si essent alteri iudici, nedum ratione nudi exercitij iurisdictionis, verum etiam alterius superioritatis suppositi, prout sunt clerici ratione sui ordinarij, qui sine eius licencia non possunt prorogare iurisdictionem iudicis non sui, vt in c. significasti. vbi scribentes de foro compet. & in c.1.eod. tit.in 6. Roma.sing.738. Boeri decis. 257. Maranta d.distinct. 12. num.18. Vant.de nullit. in rubr. de nullit.ex defectu iurisdictio. n.62. & in rubr. vlti.nu.78. Et multo minus in iudicem laicum in quem clericus tacite, nec expresse consentire non potest, nec ei subijcere. c. nemo aliorum. c. cuncta.el.1. & 2.9.q.3.c.si Papa.40. distinct. vbi glos. & Cardi. glos. & scribentes in cap. si diligenti. de foro compet. & tenet plures citati a Fr. Iure pastore. in tractat. de potestat. Romani Pontifi. cap.1.& 7.& 26.& plures alij citati per Porti.in rub.de consti. & in cons.107. nu.5. vbi hanc testatur communem opinionem. Et ratio est, quia priuilegium fori clericorum introductum est in fauorem totius ordinis clericalis, ideo ei renuntiare clericus non potest, vt notat glos.in c. significasti. verbo, dignitatis vbi scribentes de foro compet. Doctores c.si diligenti. eod. tit. & in l.si quis in conscribendo. C.de pactis. cum pluribus alijs per nos adductis

ductis supra in 4. extensione ad primam principalem conclusionem.

337 Quod procedit etiam si Episcopus consentiat, vt clericus conueniatur coram iudice sæculari: nam eo consentiente non poterit clericus iurisdictionẽ iudicis laici prorogare secũdũ glo. in d. c. significasti, vbi scribẽtes de foro cõpe. Alex. cõs. 8. nu. 2. lib. 1. Soci. reg. 56. d. 4. par. distin. 11. n. 10. Rolãd. cõs. 4. nu. 10. lib. 1. Anto. Guoch. lib. 3. insti. maiori. ti. 9. nu. 10. Imo etiam si interueniat iuramentum in tali prorogatione esset nulla. c. si diligenti. d. c. significasti. de foro compet. Alex. d. conf. 8. n. 2. lib. 1. & conf. 149. lib. 6. Deci. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ. in præludijs. de consti. Socin. conf. 12. lib. 1. Siluan. conf. 49. n 44. Marant. d. distinct. 11. n. 12. Porti. conf. 107. nu. 4. Roland. conf. 23. nu. 15. lib. 2. cum alijs supra in 5. & 6. extensione ad primam principalem conclusionem adductis.

338 Et similiter laicus in preiudicium Regalis iurisdictionis non poterit prorogare iurisdictionem Ecclesiasticam nec ei se submittere, nec iuramentum submissioni apponere in rebus prophanis Ecclesiæ non pertinentibus, nisi in contractibus qui fiunt in fauorem Ecclesiarum & clericorum ex suis reditibus, vt disponunt l. 10. & 11. tit. 1. lib. 4. recop. licet de iure communi poterat laicus iurisdictionem Ecclesiasticam prorogare. l. si quis ex consensu. vbi Bald. & Doctores C. de Episcop. audi. Bart. in l. 1. §. & post operis. vers. vnde dic. ff. de noui. oper. nuntia. vbi late Ias. n. 11. Abb. Feli. & alij in c. significasti. de foro compet. cum alijs supra num. 19. limitatione ad secundam principalem conclusionem citatis.

339 Et potest quoque poni exemplum in vassallis subditis suis dominis ratione feudi, qui non possunt prorogare iurisdictionem alterius iudicis sine consensu dominorum, vt tradunt glos. & scribentes in c. imperialem. §. præterea. si inter duos. de prohibi. feud. alienatio. per Federi. Bart. & communiter Doctores in d. l. 1. §. & post operis. ff. de noui. oper. nuntia. Oldra. conf. 17. n. 2. Abb. post Innoc in c. verum. n. 3. & 17. de foro compet. & in c. iterum. n. 1. vbi etiam Feli. n. 1. & 2. de iudi. Marant. dict. 4. part. distin. 12. nu. 19. Vant. de nullit. rub. vlii. n. 78. Dominus enim habet ordinariam iurisdictionem à lege datam, respectu causæ concernentis feudum, vt prædicti Doctores notant. Quod procedit etiamsi vassallus sit clericus, qui nonobstante clericorum priuilegio conueniendus est coram feudi domino sæculari. c. ex transmissa. de foro compet. d. c. cæterum. de iudi. vbi scribentes, præcipue Feli. n. 3. qui testatur de communi, quod probatur ex l. 57. tit. 6. part. 1. vbi Gregor. Lop. notat glos. verb. *Que se la dio*. dicens hanc esse communem opinionem, etiam de iure communi, quod latius notauimus supra in 25. limitatione ad primam conclusionem principalem.

340 Secundo limita dictam prorogationem locum habere in eo qui aliquam habet iurisdictionem, quæ extendi & prorogari possit: nam nullius iurisdictionis ad aliquem impossibilis est prorogatio. l. 1. ff. de iudi. l. 1. ff. de iur. omnium iud. c. significasti, ibi qui iurisdictioni præhesset. §. dignoscitur. de foro compet. notat Bald. in d. l. si quis ex consensu. in fin. C. de Episcop. audi. & in l. testamenta omnia. vbi probat text. C. de testam. & in l. repetita. per illum text. C. de Episcop. & cleri. & in l. 2. §. sed etsi iudex. ff. de iudi. Abb. & Felin. in c. 1. de offi. deleg. Extensio enim fieri non potest, nisi ab eo quod est. arg. text. in l. sed etsi manente. ff. de precar. & in l. 4. ff. de damno infecto. nam prorogatio iuris-

risdictionis nihil aliud est, quam extensio iurisdictionis ordinariæ ad casum vel ad personam sub ea non expressam, vt colligitur ex d. l. 1. & 2. ff. de iudi. & ex c. p. & g. de offi. deleg. & cum quis nullam habeat iurisdictionem ex solo consensu tacito, vel expresso effici iudex non potest l. priuatorum consensus. c. de iurisdictio. omni. iudi. c. si diligenti. de foro compet.

341 Vnde in quacumque parte litis hæc exceptio declinatoria ex defectu iurisdictionis opponi potest, vt notat glos. in clem. vnica. verb. non obstante de sequest. posse. & fruct. Alex. in l. de pupillo. §. qui opus. nu. 9. ff. de noui. oper. nuntia. Deci. in l. hoc edictum. §. hæc autem verba. n. 5. ff. quod quisque iuris. Rodericus Suarez in l. post rem iudicatam in declaratione l. 2. titulo, *de los emplaçamientos*, lib. 2. fori. §. attende num. 47. Feli. in rub. de foro compet. num. 2. & 3. & in c. ex parte, el. 2. fal. 7. de offi. de leg. Couarru. practi. quæstio. c. 25. num. 4. Sebasti. Vanti. de nullit in rub. de nullit. ex defectu iurisdictionis in prin cum alijs supra in. 3. extensione ad primam conclusionem principalem adductis.

342 Tertio limita non procedere in iurisdictione limitata ad certam speciē causarum nam tunc causa vnius speciei non potest prorogari tacite nec expresse in iudicem alterius speciei, vt quando aliquis iudex ad causarum criminalium cognitionem est tantū deputatus, vel ad ciuilium dumtaxat causarum cognitionem, vel quando iudices sunt deputati ad certam speciem causarum puta bonorū defunctorum viduarum pupillorum mercantilium & similium, & ratio est, quia iudex vnius speciei non potest cognoscere de causa alterius speciei cum in camillam habeat iurisdictio nem ex quarttione hanc limitationem tenent gloss. Abb. Felin. & alij in cap. 1. de offic. deleg. Ias. in l. si per errorem, col. 1. ff. de iurisdictio. omni. iudic. idem Felin. in c. cæterū post prin. de iudi. Maria. Socin. in c. significasti, vbi dicit se ita consuluisse de foro compet. Capici. decis. 209. col. vltim. Afflict. in decisione incipienti quidam Medicus, numer. 41. Roma. consi. 132. num. 2. Ang. consi. 6. num. 42. Maranta in d. dist. in. 12. num. 12. in 4. part. Vanti in dict. rub. de nullit. ex defectu iurisdictio. numer. 51.

343 Quarto limita, vt locum non habeat dicta pro rogatio in iudice delegato cuius iurisdictio in hoc casu de persona ad personam prorogari non potest c. P. & G. vbi gloss & Scribentes notant de offic. deleg. Vant. de nullit. in rubr. vltim. numer. 78.

344 Quinto generaliter limita dictam prorogationem procedere in casibus in quibus iudex prorogatus capax est illius iurisdictionis, & cognitionis quæ prorogari intenditur secus in his in quibus non est capax, vt notauit Innoc. in cap. pastoralis de re iudi. Scribentes in c. fin. de iudi, Vant. in dict. rub. vltima. numer. 79.

345 Sexto limita nō procedere in prorogatione facta per errorem, nam si quis compareт per errorem coram iudice non suo alias habenti iurisdictionem non videtur illius iurisdictionem prorogasse ex defectu consensus cum errans non consentiat. l. si per errorem, vbi Bart. & Scribentes. ff. de iurisdictio omni. iud. Dienis, reg. 257. Gregor. Lop. in l. 15. titu. 22. part. 3. in gloss. verbo, *Las partes erraren*, qui tenent in hoc casu posse errantem exceptionē hanc declinatoriam post litem contestatam opponere quocumque tempore. Quod intelligit Bart. in repeti. l. ex quacumque, col. 4. ff. si quis in ius vocatus non ierit, non procedere quando

quando talis iudex alias competens de iure communi poterat aliquo priuilegio exemptionis declinari tunc namque valeret prorogatio per errorem facta quē refert & sequitur Maranta.d.4 part.distin.12.n.15 allegēs glos. in l.2.§. 1. verbo consensus,ff. de iudi.& Ias.idem tenentem in d. l si per errorem col.3.Quod ego sub intelligo quando talis exemptus poterat suo priuilegio exemptionis renuntiare alias secus, vt in priuilegio clericorum,& scholasticorum,& similium,quod in fauorem totius ordinis, & vniuersitatis concessum est.

Et est circa hanc limitationem
346 aduertendum, quod si litigator non fuerit peritus præsumitur in dubio per errorem coram iudice in competenti litigasse,vt voluit specul.in titul. de compet.iudit.aditio.§.1.vers. sed numquid præsumetur Bald. in l. eos in princ.col.vlt. C. de appellat. cum alijs adductis per Alexan.cons. 12.col.2.versic.tertio respōderi libr. 6.quos Vant.in d.rub.vlt.numer.80. Limitat etiam post alios Maranta alijs quatuor modis in d.4.part.dist. 12.in numer.8.limitat in causa criminali,& in numer.10.limitat in contumace,& in numer.13. limitat in executione sententia,& in nu.16.limitat in causa appellationis.

Secundo modo prorogatur iuris-
347 dictio de re ad rem non solum expresso partium consensu , sed etiam tacito , vt quando aliquis iudex non potest cognoscere nisi vsque ad certam quantitatem limitatam iuxta. l. fin.& l.si idem cum eodem,& l.cum quidam puella § quoties,ff.de iurisdicti.omni.iudi.& authent.de defensorib.ciuit. §. & iudicare, nam talis iudex poterit ex consensu partium cognoscere de causa maioris summe inter eos orta. l. de qua re.§. 1. ff.de iudi.vbi glos. & Scribentes notant, c.cum olim Abbas, & ibi Scribentes de officio deleg.declarat Bart.in l.2. §.sed si iudex.ff.de iudi.Bald.in l. si quis ex consensu col.4. C. de Episc. audi.& in l.1.C.si a non compet. iud. Abb.& alij in c.p.& g. de offic. deleg.Alex.cōsil.94.lib.7. Guid.Pap. q.285.Afflict. decis. 118.nu. 4. Paris de Puteo in tract. Synd.in verbo instrumentum in princ.Maranta. d.4. part.distin.12.n.3.Vant.de nullitatib. rub.vlt.n.77.

348 Tertiò modo prorogatur iurisdictio expresso,vel tacito partium cōsensu de tempore in aliud tempus, vt quando aliquis iudex habet iurisdictionem limitatam vsque ad certū tempus, & partes cōsentiunt, vt cognoscat,& iudicet de sua causa vltra illud tempus.d.l.2.§.sed si iudex vbi Bart.& alij notant.ff.de iudi.cap.de caesis,vbi Innoc. & cæteri de offic. deleg. Vant.in d.rub.vltim.num.76. Maran.in d.distin.12.num.3.vbi post Bald.in d.l.si quis ex consensu col.3. versic.secunda species. C. de Episc. audi. hoc limitat non procedere in iudice ordinario in tempus successoris.

349 Quartò & vltimo modo potest prorogari iurisdictio de loco ad locum ex partium consensu,vt quādo iudex est extra territoriem suum vbi ius dicere non potest quia habetur pro priuato.l.3.de offi. præsid. l. obseruare.§.ingressus. ff.de offi. pro consul.l.vltim.ff.de iurisdict. omni. iudi,partes possunt expresse consentire vt ibi cognoscat, & iudicet de sua causa dummodo iudex illius loci consentiat huic prorogationi, vt notat glos.in cap.vt litigantes de offic. ordin.in 6.Abb.in cap. non col. 2.& in excommunicatis col. vltima de offi.leg. & in c. p. & g. & in c.cum olim Abbas de offi. deleg. Angel.& Alex.in d.l.vltima.ff.de iurisdictione omni.iudi. declarat Vant. in dict. rub.vlt.n.79.& Marāt.in d.12.distin. num.3.

Septimò

350 Septimo sortitur quis forum ratione priuilegij personarum, vt quãdo actor est pupillus. vidua, pauper, aut miserabilis persona, qui habent priuilegium vocandi quencumque ad curiam Regis in prima instancia, vt in l.5. titul.3. part,3. qui habuit ortum â l. vnica. C. quando imperator inter pupul.& vidu.& â capit.1. & 2. 87. distin. & â cap. ex tenore de foro compet.& à cap. significantibus de offic.delegat. quos etiam casus enumerat. l.11.& 21. tit. 5. lib.2. recomp.& l 8. cum tribus sequentibus titul 3. libr.4. eiusdem Recop.& late declarat Couarrub. practic. quæstio. cap.6.& 7. Quod priuilegium habet etiam Ecclesia quæ potest in prima instantia vocare aduersarios ad curiam Regis, vt tradit idem Couarru. in d.c.7.n.3. pract. quæst. Imo si cum violentia laicus aliquam Ecclesiæ rẽ compauerit poterit ab ea conueniri coram iudice Ecclesiastico, vel seculari, vt late diximus supra in 14. extẽsione ad secundan principalem conclusionem, & prius in 5. eius extensione.

351 Vel potest etiam poni exemplum in personis illustribus de quibus in l. vlt.C. vbi senat. vel clari circa mediũ illius. l. vbi ille personę corã alio quã principe, vel eius speciali delegato conueniri nõ possunt, & in alijs similibus, vt tradit Afflict. decis. 41. Vant. in rub. de nullit. ex defectu iurisdictio. n.14.& Scribẽtes in l. vnic. §. vbi autẽ. C. de caduc. tellend. Vel in legatis, & alijs in aliena ciuitate publico munere fuugẽtes qui habẽt priuilegiũ iuris reuocãdi domũ ne ab officio suscepti muneris abducantur vt in l.2.§. legatis.& in l. si quis in legatione,& in l. nõ aliter in eos cũ 4. legibus sequent. ff. de iudi. & in authẽt. de sancti. Episc. §. si vero Episc. vbi gl. in verbo si vero,& in c. fin. de foro cõpet.& in c. proposint de dilatio. tradit Vant. in d. rub. de nullit. ex defectu iurisdictio. n.105.& Couarr. in d.c.6. pract. quæst. Est tamẽ aduertẽdũ quod taliter priuilegiati debent priuilegiũ suum allegare si illo vti volunt alias processus valeret vt in d.c. fin. ibi quã si tunc allegásset de foro cõpet.& in l si quis ex aliena ff. de iudi. l.2. ff. si quis cautio. tenet Vant. loco proxime citato.

352 Octauo ratione reconuentionis sortitur quis forum nam si reus connentus recõueniat actorem, actor quoad negotium reconuentionis efficitur de foro rei. cap.1. de mutuis petitio. vbi Scribentes notant capit. cuius in agendo. 3. quæst. 8. specul. in titulo de re conuentione. §.3. per totũ Soc. reg.332. l.32. tit 2. part.3. versic. *la trezena es, &c.* Quod procedit etiamsi re conuentus sit clericus,& re conueniatur coram iudice seculari in ciuilibus d. cap. cuius in agendo. 1. quæst. 8. gloss. in cap. deniq;. 96 distin. glos. in c. multi. 2. quæst. 1. glos. in summa 11. quæst. 1. glos.& Scribentes in c. at si clerici deuidi cum alijs supra adductis in prima limitatione ad primam conclusionem, quod secus est in criminalibus, vt diximus in 39. extensione â eamdem conclusionem. Et in quibus causis locus non sit reconuentioni tradit specul. in dict. titul. de reconuentione. §.3. per totum & Soci cpnsil.167. versic. circa septimam lib.2.& in dicta regul.332. Scribentes in d. cap.1. de mutuis petitio. In causis autem in quibus locus est reconuentioni debet fieri ante litis contestationem, vel incontinenti post litis contestationem ad hoc vt introducatur priuilegium causæ reconuentionis,& possit fieri ea reconuentio coram eodem iudice, vt tradit Fel. in d.c.1. de mutuis petitio gl. verbo exordio,& Lanfranc. de Oriano in Clem. Sæpe n.41. de verb. sign. Nã corã alio fieri potest ex interuallo, vt notat gl. in c. fin. verb. proprietatẽ de iudi. Cels. in additio ad Lãfrã. in

in loco proxime citato. Dicemus latius in suo proprio loco.

353 Nono sortitur quis forum ratione administratione bonorum, vt notant Bart. & alij in dict. l. hæres absens. §. proinde. ff. de iudi. domini & alij in c. Romana. §. contrahentes de foro compet in 6. Anton. Abb. & alij in cap. vltimo extra eod. tit. l. 1. & per totum. C. vbi de ratioci. agi oport. d. l. 32. tit. 2. part. 3. vers. *E la catorzena es, &c.*

Dezimo sortitur quis forum ratione causæ præparate: nam qui est iudex competens in causa præparante est etiam competens in causa præparata. l. ordinarij. vbi Bald. C. de rei vendic. Alexand in l. quoties. C. de iudi. Curti. & moderni in rub. C. de edendo declarant Veroi. in rubr. de iudi. numer. 11. & 12. cum sequent. & num. 18. & consil. 179. nume. 9. libr. 1. Gram. consil. 87. Couarru. lib. 1. variar. resolutio. c. 4. num. 8. Bolognet. cons. 32. n. 9. & Roland. cons. 34. n. 10. lib. 1. & Caccher. decis. 78.

354 Vndecimo sortitur quis forum ratione connexitatis. l. nulli. C. de iudi. d. l. ordinarij. C. de rei vendi. cum alijs. Pluribus alijs modis sortitur qui forum quorum 14. ponit d. l. 32. tit. 2. part. 3. & 13. congerit gloss. in d. l. hæres absens. §. proinde verbo debebit. ff. de iudic. quam sequuntur communiter Doctores ibi teste Curtio Iuniori numer. 11. qui post Bart. & alios addit alios tres vsque a 16.

EX CAPITE DECIMO summaria.

1 *IN exercitio actionis solemnis iudicij ordo seruandus est.*

2 *Iudicij ordo requiritur pro forma et si omitatur sententia redditur nulla.*

3 *Actus interuenientes in ipso ordine appellantur substancialia iudicij.*

4 *Duæ causæ considerantur in ordine vna formalis, altera vero substantialis.*

5 *Ordo iudicij duplex, alter de substantia, alter de iusticia.*

6 *Examinatio est formæ substantialis iudicij.*

7 *Causæ cognitio cum sit ordinis substantialis iudicij praeesse debet tam summario, quam ordinario iudicio.*

8 *Substantialis ordo iudicij nec cõsensu partium potest remitti.*

9 *Tacitus consensus plus operatur quam expressus in remissione ordinis substantialis.*

10 *Pars si petierit ordinẽ substantialẽ iudicij seruandum obseruari tunc debet alias processus erit nullus.*

11 *Ordo iudicij est seruandus apud iudices etiam delegatos.*

12 *Ordo iudicij requiritur non solum in iudicio petitorio, sed etiam possessorio.*

13 *Ordo iudicij seruandus etiam in notorijs.*

14 *In iudicio non solum seruandus est ordo substantialis datus a iure, sed etiam ordo datus a statuto*

CAPVT DECIMVM.

DE ORDINE IVDICII.

1 Decimo in exercitio actionis vt quis posit consequi in iudicio, quod sibi debetur requiritur, quod solitus iudicij ordo seruetur. l. 2. ibi more iudiciorum C. de probatio. l. si pacto quo pœnam C. de pact. vbi Alciat. n. 17. l. prolatam ibi contra solitum iudiciorum ordinem C. de sentent. & interlocutio omni. iudi. vbi notat glos. verb. solitū quam ibi sequuntur Bald. & Scribentes dicentes ordinem iudicij esse, vt offeratur libellus, & reus citetur iuretur de calumnia depositiones testium conscribantur, & publicentur, & causa conclusa sententia scribatur & à iudice proferatur.

2 Et adeo hic iudicij ordo est necessarius, quod requiritur pro forma, & si omittatur, vel præpostere fiat sententia redideretur nulla. d. l. prolatam, vbi Scribentes. C. de sentent. & in-

& interlocutio omni iudi.l. 1. C. de executio; rei iudi. l. ad petitionem §.fin.de accusatio. capit. veritatis de dolo,& contumantia specular. in titul. de sentent. §. nunc videndum in in princ. Panor. in cap.cum olim col. penult. versic. sed in contrarium de sentent.& re iudic. Vant. in rubri. de nullit.ex defectu processus, siue ordinis iudiciarij num.1.

3 Et hæc forma appellatur figura iudicij secundum Bald.in l. ne quicquam,§ de plano,col.2.ff.de offi.pro consul & in l.iubemus,C.de libera li causa tradit Maranta de ordine iudi.2.par.num.26. Et ipsi actus interuenientes in ipso ordine dicũtur substantialia iudicij dict.l.prolatam vbi Bart.& Scribentes Clem. dispendiosam de iudi.Abb.& alij in c. cum 1. de re iudi.

4 Et ita in hoc requisito considerantur duæ causæ vna formalis iudicij hoc est ordo, & solemnitas iudicij & alia substantialis hoc est dicti actus in ipso ordine interuenientes, ex quo intelliges, l. 10. tit.17. libr.4. recopil.ibi: *O que desfalleceu otras cosas que son de la solemnidad y substancia de al orden de los juyzios que los derechos mãdan,&c.*& ibi. *Que si las cosas que fueren de substancia del juyzio,y la parte pidiere,&c.*

5 Sed est sciendum, quod duplex est ordo iudiciorum vnus de substãcia, qui si ommittatur, vel per vertatur viciat, & sententia redditur nulla, vt superius dictum est, alius est ordo de iustitia, qui si ommitteretur, aut peruersus fuerit ipso facto non viciaret, nec sententia redditur nulla, sed per appellationem reformatur, vt notat gloss. in summa 2. quæst. 1. tradit Panormita. in capit. exhibita colum. penultim. versic. sed ad substinendum de iudi. Vant. in dict. rubric. de nullitat. ex defectu processus, seu ordinis iudiciarij num.15. Et qui sunt actus de substantiali ordine,& qui de ordine iustitiæ dicemus suo loco Deo volente.

6 Interim nunc prætermittendum non est causæ cognitionem, & examinationem esse ordinis substantialis iudicij, cum non solum ad ipsius iudicij solemnitatem, verum etiam ad naturalem iustitiam conseruandam ad inuenta sit: nam naturali rationi conuenit, vt iudex prius cognoscat id super quo iudicare debet, ideo sententia lata non præcedente causæ cognitione est ipso iure nulla,l. ex stipulatione, vbi Bart. & alij, C. de sentent. & interlocutio. omni. iudic. idem Bart. in l. prolatam, quem ibi cæteri sequuntur in versic. fin. eodem titulo Scribentes in l. quod iussit de re iudic. Alexand. in l. si is apud quem colum. 3. C. de edendo Franc. in cap.dilecto. quæst.55. de appellatio. Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, versic. 9. de constit.vbi hanc testatur cõmunem opinionem Vant. in dict. rubr. de nullitat.ex defectu processus seu ordinis num. 31. facit l. fin. & l. si iudex C. comminationes, vel epist. & cap.ponderet 50. distin. c. Deus omnipotens. 2. q. 1.c. quæro.6.q.1.c.summopere 11.q.3.cap. Henricus de pœnit. distin. 1. capit. cum ex literis de restit.in integrum cum alijs.

7 Quod procedit in causis quantumcunque summarijs in quibus necessario interuenire debet causæ cognitio cum partis citatione,vel eius præsencia, vt tradunt glos. verb.defensiones,& Scribentes in Clem. Sæpe de verb.sign.& in Clem. dispendiosam de iudi.Bart.in Extrauaganti ad reprimendum verbo figura Alexan. cons.42.num.4.lib.4. quod praxis in in hoc regno obseruat etiã in causis quæ celeritatẽ desiderãt in quibus iudices,licet breuiter procedant non

Z tamen

tamẽ absque causæ cognitione cum sit ordinis substantialis, & per consequens omitti non possit.

8 Et extende, quod in tantum substantialis ordo iudicij obseruandus sit, quod consensus partium in cõtrarium nihil operatur cum ab eis remitti, nec per iudicem tolli possit ex eo quod sit hoc introductum in fauorẽ publicum Clement. Sæpe vbi gloss. de verbor. signific. notant gloss. & Doctor. in cap. de causis de offic. delegat. Bald in authent. hoc Sacramẽtum in fine. C. de iuramento calumnię Alexand. colum. 3. Ias. numer. 42. Dec. n. 55. & Bologne. n. 85. in l. edita C. de edendo idem Alex. cõsil. 36. in fin. lib. 2. & cõs. 82. in prin lib. 3 & cõs. 182. n. 5. lib. 6. Cassador. decis. 9. num. 8. de appellatio. Guid. Pap. q. 216. Capici decis. 46. in fin. Ancharr. consil. 67. num. 6. Aymon. consil. 182. col. 3. Vant. in d. rub. de nullit. ex defectu processus siue ordinis iudiciarij, nu. 9. cum tribus sequentibus Scribẽtes in d. l. prolatam, C. de sentent. & interlocutio omni. iud. & facit. l. ius publicum, ff. de pact.

9 Quod intellige in consensu expresso, secus in tacito qui plus operatur, quam expressus, cap. 1. §. 1. de iuramento calumnie in 6. notant Iass. & alij in l. cum quid. ff. si cert. petat. & hoc probatur ex d. l. 10. tit. 17. lib. 4. recop. ibi. *Que si las cosas que fueren de sustancia del juyzio, y la parte pidiere declarandolas, que la otra parte las guarde, y no quisiere seyendole mãdado, &c.*

10 Sed si à parte partium fuerit, vt substantialia iudicij obseruentur tunc obseruari debent alias processus erit nullus, & iudex condenãdus in expensis per iura supe. ius citata, & probatur expresse ex d. l. 10. tit. 17. lib. 4. recop. ibi. *Que entonces sentenciando el juez sin se fazer lo susodicho, sea auido el pleyto por ninguno, y el juez condenado en costas.* Ex quibus colligitur, quando hodie instante etiam, dict. l. 10. huius regni iudex tenetur procedere iuris ordine seruato non reiectis substantialibus quãuis, d. l. permittat iudicibus indicare inspecta ex processu veritate, nam hoc est intelligendum prout ipsa l. disponit, quando à parte non est petitum, vt substantialia iudicij obseruentur, secus si petitum fuerit vt expresse ait d. l. 10.

11 Secundò extende supradictum requisitum non solum procedere in iudicibus ordinarijs, sed etiam in delegatis, quamuis sint delegati à principe, vt tradit Bald. in l. prescript. colum. 9. versic. quædam sunt exceptiones, C. si contra ius, vel vtilit. public. Dec. consil. 483. in princ. lib 4. Vant. in d. rub. de nullit. ex defectu processus, siue ordini iudiciarij, num. 3.

12 Tertiò extende procedere non solum in iudicio petitorio, sed etiam possessorio, vt tenet Bar. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirend. possessione, Abbas in capit. consultationibus colum. 2. versic. ideo extra gloss. vbi etiam Feli. colum. fin. de offic. delegat. idem Abb. in cap. bonæ memoriæ. n. 17. de appellat. Vant. loco proxime citato. n. 5.

13 Quarto extende procedere etiam in notoris quæ habent suum ordinem qui seruandus est, vt in cap. qualiter, & quando vbi Felin. in principio multa emulauit de accusatio Ancharr. in capit. 1. de offic. deleg. & in consil. 167. colum. 2. in fine, quos refert, & sequitur Vant. in dict. rubric. de nullit. ex defectu processus siue ordinis iudiciarij num. 6.

14 Quinto extende, vt non solum sit obseruandus ordo substantialis iudicij datus à iure, sed etiam ordo procedendi datus ab statuto, vel consuetudine loci iudicij qui cense-

tur substantialis, & processus esset ipso iure nullus si se. uatus non esset capit. cum dilecta de rescript. capit. cum venerabilis de offic. delegat. notat Bald. in dict. l. prolatam col. penultim. versic. nota, quod C. de sentent. & interlocutio omni. iudi. Felin. in cap. quoniam contra. col. 5. versic. si tamen statutum, vt lite non constet, & in dict. cap. cum dilecti de rescript. Dec. consil. 10. colum. 1. lib. 1. & consil. 429. num. 5. & consil. 435. in princip. & consil. 466. col. 4. versic. & ista conclusio lib. 4. & consil. 802. in princip. & consil. sequent. eodem libr. & consil. 612. colu. 1. lib. 5. Ancharr. consil. 6. numer. 4. & consil. 36. in princip. Aymon. consil. 182. col. 3. quos sequitur Vant. in dict. rubr. de nullit. ex defectu processus, seu ordinis, nu. 54. Scribentes in l. solet, ff. de iurisdictio. omni. iudic. & in l. si praetor. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdictio, & in rubr. extra de consuet.

34 Vigesimo quinto, hæc clausula apposita in legato facto vxori operatur, vt indubio censeatur ipsa vxor relicta proprietaria, vt in specie respondit Alciat responso 562. numero tertio versiculo fortiusdico ex doctrina Bal. in l. quoties. C. de hæredib. insti. Alexd. consilio 113. libro tertio, Corne. consilio 65. libro secundo Menochi. cons. 10. numer. 12. lib. 1.

35 Vigesimo sexto, hæc clausula operatur, vt ex ea intelligatur data facultas accipiendi possessionem fidei commissi propria autoritate, vt tradit Curti. Iunior. in l. fin. numer. 49. C. de ædicto diui Adria. Toll. Grat. consilio vltimo numero 51. & fin. libro primo Pafet. consilio 140. num. dezimo, Simon. de Pret. dict. libro secundo de interpret. vlti. volunt. solutione quarta, numer. 35. Hippolitus Riminald. in princ. instita. de donatio. numero 567. & in consi. 91. numero nono libro primo.

36 Vigesimo octauo, hæc clausula, omni meliori modo, &c. æquiparatur iuramento in multis, & pari passu ambulant l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. vbi Bar. & Imol. Bar. in l. siquis in prin. nu. 3. ff. de leg. 3. Alex. cons. 80. col. 2. lib. 3. Ruy. cōs. 172. nu. 2. lib. 1. & cons. 6. nu. 8. lib. 2. & cōs. 123. n. 9. lib. 3. Cephal. cōs. 42. n. 16. lib. 1. & cōs. 772. n. 11. lib. 5. Burs. alios allegans cons. 307. nu. 144. lib. 3. Frāc. Mant. de cōiect. vlt. volunt. tit.
37 .... Vigesimo nono, operatur hæc clausula, quod si in iudicis decreto interueniat omnia necessaria suppler, vt notat Rip in l. 1. §. siquis ita n. 25. ff. de ver. oblig. Ceph. d. cōs. 772. n. 11. li
38 bro quinto. Trigesimo hæc clausula in actu facto a principe operatur, vt

 præsu-

præsumatur vti. voluisse omnimoda plenitudine suæ potestatis, vt scripsit Feli. in cap. ex officij, numer.27. de præscriptio. Ruyn. consilio 154. in fine libr. primo, Menochi. consilio 250. numero 89. libro secundo, quod declarat, ibi nume-
39 ro 119. & 120. Trigesimo primo operatur hæc clausula, vt eius virtute donatio facta de omnibus bonis præsentibus, & futuris substineatur, quoad præsentia, vt respondit Grat. responso 70. numer. 21. libro primo, Ioseph. Ludouic. dict.
40 deci. 117. numero sexto. Trigesimo secundo operatur, quod si iudex ordinarius putans se delegatum processerit, vt ordinarius substinebitur processus virtute dictæ clausulæ Felin. in dict. cap. cum super col. penult. versic. quid autem importet de offici. deleg. Decius consilio 14. numero quarto, Thobias nonnius consilio 43. numero octauo, alios citans Ioseph. Ludouic.
41 dict. decisi. 117. numero 10. Trigesimotertio, non solum hæc clausula operatur in supra dictis casibus quando est expresse apposita, sed etiam sub intelligitur in aliquibus casibus, vt explicat Simon. de Pret. libro secundo de interpret. vlt. volunt. solutione quarta, nume-
42 ro nono cum seq. Vltimo loco sciendum est, quod hæc clausula omni meliori modo, &c. Non operatur in his in quibus ius resistit, vt notauit Felin. in dict. cap. cum super. num. octauo de offic. deleg. Ripa. in dict. l. 1. §. si quis ita, nu. 32. ff. de verb. oblig. Cephal consi. 23. num. 123. lib. 1.

43 Tertio libellus debet continere factum certum breuiter, & competenter narratum ex quo resultet clara specifica, & iuridica actio. cap. secundo, vbi scribentes de libelli oblatio. l. 40. titulo secundo, parte tertia, l. quarta, titulo segundo, libro quarto recomp. nam narratio, ac conclusio libelli ostendunt qualis actio, sit oroposita cap. dilecti cap. examinata, vbi Panor. in prin. de iudi Ias. & scribentes in. §. omnium insti. de
44 actio. Nec est necessarium nomen actionis in libello exprimere, sed satis est, quod ius agenti competens ex facti narratione appareat. dict. cap. dilecti, vbi Abb. Decius, & alij de iudi. glos. in authent. de exhibend. reis. §. primo, verbo libellum Bar. in l. prima. numero 18. vbi etiam Orosci. numer. 32. ff. de ædendo scribentes communiter in l. ædita. C. eod. titulo, vbi Ias. numer. tertio, & Bolognet. numer. 9. testantur hanc esse communem opinionem, ait etiam communem idem Ias. in §. omnium, num. 175. instit. de actio. & Soci. Iunior. consi. 41. num. 41. lib. quarto.

45 Et sit cautus actor in facti narratione, nam petens censetur fateri narrata in petitione. l. cum precum. C. de liberali causa. l. edicta, vbi Deci. C. de edendo. c. examinata, vbi Panor. num. 3. & 4. de iudi. Bar. in l. centum. §. si quis absente. ff. de confessis Alex. consi. 92. lib. 5. Deci. consi. 252. nu. 1. & 2. decis. 88. Genue. nu. 3. Vuësemb. consi. 13. num. 52.

In facti tamen narratione si rem immobilem actor petat, locum, terminos, & confinia, seu afrontationis rei exprimere debet siue agat iudicio possessorio siue petitorio, vt disponit l. 25. & 27. titul. secundo, parte tertia. l. forma de censib. l. si in rem in fine. ff. de rei vendi. Sed quã-
46 uis confinia in libello non ponantur possunt in prosecutione causæ probari, maxime si à principio protesta-
47 tio ab actore fiat. Et referẽda est ab actore in actione reali causa proxima dicendo rem quæ petit ad se pertinere iure dominij, vel quasi, nec

nec est necessarium exprimere titulum, & causam remotam ex qua dominium illud acquisiuit. l. eandem. §. actiones de exceptio. rei iudi. glos. in l. prima in princ. ff. de ædendo quam ibi communiter sequuntur scribentes glos. & Doctores in cap. secundo de libelli oblatione scribentes in c. dilecti de iudi. vbi Panor. numer. 14. & Deci. numero 9. testantur hanc esse comm. opin.

48 Si vero res mobilis petatur, petens in libello exprimere debet nomen, naturam, valorem, qualitatem, quãtitatem pondus, & mensuram rei quam petit, vt reus facilius de liberare possit an debeat adere, vel contendere, vt tradunt scribentes in c. 2. de libelli oblatio. & in l. prima ff. de ædendo, & in l. ædita. C. eod. titul. & in c. dilecti, & in c. examinata de iudi. & latius hoc disponit. l. 15. titul. 2. par. 3. & l. 4. titul. 2. lib. 4.
49 recomp. Et in actione personali causa propinqua, & causa remota exprimi debent nec sufficit dicere peto centum quæ mihi debes quæ est causa propinqua, sed necessaria est, etiam causa remota scilicet exmutuo, vel ex alia causa ex qua actio colligi possit Bar. in dict. l. & in eandem. §. actiones, num. 19. ff. de exceptio. rei iudi. Alex. in l. 1. num. 28. ff. de ædendo, vbi Orosci. num. 26. testatur de communi Ias. in. §. actionum, num 123. insti. de actio.

50 Et aduertat actor, vt debitum ex causa, qua sibi debetur, petat nam si ex alia quæ sibi non competat, petat non obtinebit. l. habebat. ff. de insti. actio. l. non possumus. ff. si pars. hæredit. pet. l. 1. Beblius Marcellus de pact. dotalib. c. Abbate. de re iudi. in. sexto cuius rei duplex est ratio, prima, quia si pronuntiaretur super alia causa ferretur sententia non conformis libello contra. l. vt fundus ff. commu diuid. c. licet heli de simonia. Secunda, quia esset iniquum super causa non proposita pronuntiare super qua non potuit deliberare reus ancederet, vel contenderet, vt tradit Corne. consil. 99. circa finem lib. 3. Crauet. consil. 210. col. 3. Deci. in c. dilecti col. 2. de iudi. Quod limita quando procederetur sola facti veritrte in specta, vt scripserunt Ias. in l. vinum, numer. 24. ff. si cert. pet. Marsil. sing. 272. Deci. in dict. c. dilecti. col. 2. de iudi. Parisi. cons. 131. num. 14. lib. 1. Riminald. cõs. 571. num. 15.

51 Quarto post facti narrationem solet apponi alia clausula scilicet *Y aun que por mi ha sido requerido me entregue, y restituya la dicha cosa, ó me de, y pague los dichos marauedis, no lo a querido ni quiere hazer sin contienda de juyzio*, Quæ clausula quamuis necessaria non sit quando in obligatione est tempus appositum, quod interpellat pro homine glos. & scribentes in l. magnam. C. de contrahen. & comitten. stipulatio. & in l. traiectitie. ff. de actio. & obligatio. Doctores in l. vinum. ff. si cert. pet. vbi Ias. num. 9. glos. & scribentes in l. si mora. ff. soluto matri. & in l. si ex legat. causa, & in l. quoties in diẽ. ff. de verbi obligatio. & probat expresse tex. in c. potuit de locato. Imo tẽpus appositũ in contractu censetur efficatius ad constituendũ debitorẽ in mora quã expressa interpellatio hominis, vt tradit Ias. in. d. l. si ex legati causa nu. 12. ff. de verb. oblig. decis. genue. 144. n.
52 27. Tamẽ antequam libellus cõcipiatur vtile erit, vt actor reũ extra iudicialiter ad moneat, vt rẽ sibi sine molestia restituat, vel debitũ præstet nã quamuis hęc monitio. quibusdã videatur vrbanitatis, vt tenet glo. in verbo denũtiare in. §. appellamus insti. de actio quã ibi Plat. & Ang. n. 11. Ias. n. 41. Com. n. 32. gl. in c. licet heli. verbo inscriptio de simonia. Abb. & Felin. in cap. secundo de acusatio. Tamẽ si talis monitio interuenerit ope-

rabitur, vt reus etiamsi postea debitum in iudicio confiteatur, & dicat separatũ debitum soluere, vel rem tradere non euitet expensas primę citationis, vt tenent Bal. Salycet. & Ias. in l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudi. idem Bal. in l. non ignoret. C. de fructib. & liti. expens. Abb. & Fel. in d. c. 2. de accusatio. Anania. iu d. c. licet Heli. & in c. nouit. nu. 15. de iudi. Deci. in l. qui in alterius, nu. 21. ff. de reg. iur. Ias. in §. sic itaque discretis, n. 44. vbi etiam Gome. col. fi. insti. de actio. Rebuf. super ll. Galli. 3. tom in tit. de expensis nu. 27. Ex quibus limitantur glossæ in c. querelam verb. irrationabili de procuratorib. in 6. & in c. honoratus. 74. distin. & in c. 1. de dolo & cõtumatia dicentes quod citatus nõ tenetur soluere expensas primæ citationis si comparuit, & non fuit cõtumax, vt non procedat quando extraiudicialiter fuit debitor interpel-
53 latus. Et operabitur quoq; dicta extraiudicialis interpellatio alium effectum quem tradunt Alexand. & Ias. in l. certi cõdictio. ff. si cert. pet. & idem Ias. & Gome. nu. 5. in d. §. sic itaque discretis insti. de actio & idẽ Gome. in §. omnium, nn 14. eod. tit. & Cepol. caut. 84. sed si debitor, aut rei possessor debitum soluere, vel rem restituere recusauerit, tunc ad iudiciariam prosecutionem procedendum est.

54 Quinto apponitur in libello alia clausula in hęc verba, *auida mi relaciõ por verdadera, o la parte q̃ baste, &c.* Quæ clausula operatur hunc effectum, quod licet multa in libello ponantur, actor non tenetur omnia probare, sed quod sufficit ad victoriam, quod secus esset absque hac clausula, quia qui duo allegat ad stringit se ad vtrunque probandum l. actor. C. de probatio. l. ab ex parte. ff. eod. titul. l. fin. C. de probatio. vt si vnum tantum probet, quod ad victoriam sufficiat succumbere debeat, vt tradunt scribentes in c. licet de probatio. Bar. in l. habebat de insti. actio. Ias. post Bar. in l. diuus, numer. 19. & 20. de re iudi. late Roma. consi. 110. numer. 1. & 2. Sed contrarium verius videtur, nam nemo cogendus est plus probare quam est necesse. vt scripsit Bal. in l. 1. C. de conditio. infert. & in l. fin. C. si ex fals. instru. Castren. in l. diuus. ff. de re iudi. Boeri. decis. 74. per text. in l. fin. §. in recusatorijs. C. de appellatio. & in c. significante extra eod. titul. Quoties enim aliquid narratur in libello, quod probatum nihil releuat, nec mutat qualitatem actionis ad id probandum, non est actor compellendus Bart. in l. denuntiasse. §. quid tamen, numer. 2. de adult. & est de demente, Cyni. Bal. & Castren. in l. 2. C. de probatio. Ias. in dict. l. diuus, numer. 20. de re iudi. Ang. consil. 123. Roma. dict. consil. 110. Ex quo videtur superflua dicta clausula, & alia quæ olim erat in vsu, scilicet, *No me obligando aprouar mas de lo necessario.* Imo etiam si actor non probet intentionem suam ad obtinendam victoriam in tota re uel quantitate petita obtinebit in parte prouata, vt in. §. sed hæc quidem insti. de actio. & in l. 43. titulo secundo, part. tertia: ibi. *Dezimos que maguer el demandador non prueue todo quanto pusiesse en su demanda, que en aquello que prouare que le vala, é que el juzgador de sentencia contra el demandado entanto quanto fuere prouado contra el. E otrosi, que le de por quito de lo al que non le pudieron prouar.*

55 Sexto, libellus debet continere conclusionem quæ sequitur expremissis in qua actor petere, & concludere debet, vt reus condemnetur

demnetur in re, vel pecunia petita, in hæc verba. *A Vuessa merced pido conlene al dicho aduerso á que me dexe, entregue, y restituya la dicha heredad, &c. ó me de y pague los dichos marauedis, &c.* Nam sicut apud dialeticos argumentum consistit in maiori minori, & consequentia, ita apud iuristas libellus recte formatus consistit in bona, & competenti facti narratione causa facti, & in conclusione quæ semper est attendenda, quia ex ea cognoscitur qualitas actionis, & qualiter præcedentia sint intelligenda cap. ex parte quinta, vbi Abb. & alij de foro compet. cap. dilecti. cap. examinata, vbi idem Abb. de iudi. Bar. in l. Aurelius. §. sthico, numer. tertio. ff. de liberatio. leg. & in l. certi códictio. in princ. ff. si cert. pet. Bal. in l. ædita in repetit. Paduana, numero 57 C. de edendo Castren. consilio 138. numero primo libro secundo, Decius in l. petens numero quinto. C. de pact. & in capi. primo in primo notab. de offic. de leg. & in consilio 57. & 62. numero primo Ripa. in l. naturaliter. §. nihil commune numero 11. ff. de acqui. possess. Menochi. de recup. possess. remedio 15. numero 247. & sequentib. Becchi. consi. 21. numero primo, & consi. 88. numero primo. lib. 1.

56 Imo, quando vnum narratur in libello & aliud concluditur semper debet inspici conclusio, quia ex ea colligitur remedium quo agitur. l. vt fundus. ff. communi diuid. ibi, Quia vltra id quod in iudicium deductum est, vbi notant scribentes, & in l. fin. C. de fideicommiss. libert. & in cap. 1. de libelli obligatio. & in l. prima. ff. de ædendo Innoc. in c. super literis de rescript. Bar. in dict. l. certi condictio in princip. ff. si cert. petat. & in l. si prius, in quinta oppositione. ff. de noui. oper. nuntia. & in dict. l. Aurelius. §. Sthico. ff. deliberatio. leg. Alexand. conf. 117. in princ. lib. 2. late Anton. Natt. cons. 120. numer.

57 tertio, libro primo. Sed quotiescunque verba necessaria ponuntur in narratione nihil refert si omittantur in conclusione, quia ex narratis infertur & colligitur ius quod libellanti competit secundum Bald. in l. consentaneum in vltimo notobili. C. quo modo & quando iudex tenetur etiam Abb. in c. sane de re iudi. Anto. Natt. in dict. cons. 120. num. 28. lib. primo, & probat Regia l. 10. tit. 17. libro 4. recop. & quando petitio est ambigua conclusio narratis præcedentibus adaptatur specul. in tit. de restit. spoliat. num. 7. vers. & notat Bal. in l. penult. num. 8. C. de senient. quæ sine certa quant. Imol. in c. 2. nu. 6. de libelli oblatio, Soci. cousi. 762. num. 1. libro secundo, Deci. conf. 57. nu. 5.

58 Aduertere tamen debet actor, vt petitio hæc sit clara, certa, & concludens, vt in l. 1. vbi late tradunt scribentes, ff. de edendo. cap. fin. de libelli oblatio. Ias. in §. omnium, numero 125. instit. de actio. lex quarta, titulo secundo, libro quarto recopilat. vbi lebellus incertus & obscurus est à iudice repellendus nisi in casibus, vbi admittitur de iure libellus generalis, vt probatur, ibi. *Y si las tales demandas, y acusaciones no fueren ciertas en la manera susodicha, Mandamos que no se reciban y repellan hasta que se pongan ciertas, saluo en los casos y cosas que se puede poner demanda generalmente, assi como sobre herencia, o cuenta, &c.* Nam vbi quid exprimendum est specialiter non sufficit, vt id fiat generaliter iuxta notata in cap. quia ad agendum de procuratro. & in l.

aa 4 2:6.

2. §. quæsitũ. ff. si quis cautio, Ang. in authent. de hæredib. & falcid. §. si vero expressim, & in authent de nupt. §. solutio. Bart. in l. fin. §. omnẽ ve. sic. specialiter, ff. de administratio. tut. cum alijs adductis per Barb. consil. 19. lib. 1. Sed si a principio
59 reus non petierit, & iudex non præceperit, vt actor declaret, vel concipiat libellum in debita forma iuxta ea quæ superius dicta sunt, tunc si in libello continetur res quam actor intendit petere etiam si careat conclusione, & his quæ ex subtilitate iuris requiruntur, valet & iudex inspecta veritate tenetur causam decidere, ex d. l. 10. titul. 17. lib. 4. recop. ibi *o faltare en la demanda el pedimiento, o alguna de las cosas que en la demanda deuen ser puestas, segun la sutileza del derecho*, & ibi: *contentendose toda via en la demanda la cosa que el demandador entendio demandar, o el acusador pedir, seyendole hallada, y prouada la verdad del fecho por el processo, &c.* Ex qua l. probatur, quod iure regio libellus absque conclusione subsistetur, dummodo aliqualis petitio in scriptis redacta interueniat, ex qua colligi posfit, quid actor petere velit, quamuis inepte sit composita. Et si libellus sit dubius
61 eius verba sunt interpretanda, vt includant intentionem libellantis, vt notant Abbas in cap. examinata, numer. 18. de iudi. & in cap. ex term. numer. 18. post Innoc. ibi eodem titul Rom. consil. 245. nnmer. 8. & faciunt notata in cap. constitutus de religiosis domi. Nam libellus omni melio ri modo, & interpretatione est sustinendus, vt ait Innoc. in dict. capit. examinata de iudi. Bald. in l. polla. n. 7. C. de his quibus, vt indignis. Et pro actore est latissime interpretandus Bart. in l. solemus, num. 1. vbi additio ad verbum ipsius proferẽtis de iudi. & in l. rerum num. 4. ff. rerum amita rum Innoc. in c. licet causam, nu. 18. de probatio. Dyn. in capit. contra. nu. 7. de reg. iur. in 6. Ias. in l. inter stipulantem. §. stichum num. 8. ff. de verb. oblig. Ex eadẽ l. regni etiam probatur, quod quamuis de iure communi libellus generalis obscurus, & in certus si pars non opponat substineri possit in ciuilibus causis, l. fin. vbi gloss. & Doctores, C. de annali exceptione, c. Abbate, sane de re iudi. in 6. Vant. in rub. de nullit. ex defectu processus, siue ordinis, numer. 26. Maranta de ordine iudi. 6. par. membro 3. num. 16. Auend. responso 1. nu. 19. tamen de iure regio ex dict. l. 10. & si non opponatur a parte iudex ex officio repellere potest libellum generalem in certum, & obscurum idem, & clarius probat l. 4. titul. 2.
62 lib. 4. recop. In pluribus tamen casibus potest, tamen actor in iudicio generaliter petere nulla facta desig natione, vt in petitione hæreditatis in actione tutelę, in actione prosotio, in actione de peculio, in actione negotiorum gestorum, vel ex alia administratione ad computum reddendum, vel ad lucra, & damna ibi commissa, & in alijs iudicijs vniuer salibus. vt notat gloss. & Scribentes in l. 1. ff de edendo, Innoc. & alij in cap. cum ad sedem de restit. Spoliat. Nicasi. & cæteri in §. curare, insti. de actio. l. 26. titul. 2. part. 3. d. l. 4. tit. 2. lib. 4. recop.

63 Item in conclusione libelli actor petere debet, quod sibi debetur non plus, nam actio nihil aliud est quã ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur, vt disponit text. in princ. instit. de actio, & vnusquisq; suo debet esse contentus, & ab alieno abstinere. l. si constiterit. C. finium regundorũ. Et plus petens debito non solum amittit iura sua, sed tenetur ad expensas l. 1. C. de plus petitio, c. 1. vbi Scribentes extra eod. tit. tradit Parisi cõsil. 104. nnm. 13 lib. 3. Simon de Pret. consil. 1. o n. 29.

Plus

64 Plus autem petitur quatuor modis scilicet re, tempore, loco, & causa, vt in §. si quis agens, & in §. plus autem insti. de actio. l. 42. tit. 2. par. 3. Et plus petere, re is dicitur qui maiorem quantitatē exigit quam sibi debetur, vel maiorem partem rei, quā qui sua est, vt in d. §. plus autem, vbi Scribentes insti. de actio. d. l. 42. tit. 2. par. 3.

65 Supradictam tamen conclusionem primo limitat, vt petens plus debito amittat iura sua, quando actor dolose petierit, & debitor ab eo cautionem exegerit: nam tunc non solum petens est condemnandus in expēsis, sed etiam sua iura amittet d. l. 1. iuncta glos. verbo cum dispendio, C. de plus peti, & ita est intelligendus tex. in dict. §. si quis agens insti. de actio. vt intelligit Bar. in l. si seruus. §. boue. in fin. ff. de condictio. furti. Alex. consil. 73. n. 7. & consil. 83. nu. 3. lib. 6. Socin. in tract. fall. regul. 44. Veroi. consil. 188. per totum lib. 3. Crauet. consil. 326. col. 3. versic. tertio principaliter Roland. consil. 71 n. 39. lib. 1. Ioseph. Ludouic. decis. 51. n. 11.

66 Secundo limita quando actor petit principaliter, secus autem si petat accessoriæ, vt si petat rem cum fructibus, & interesse: nam quamuis fructus, sibi non debeantur, nec interesse non dicitur plus petere, vt tenent Faber. Ioan. de Platea, Nicasius Minsingerius, & alij in dict. §. plus autem insti. de actio.

67 Tertio limita dictam conclusionem non procedere, quando petens plus debito offert se partem debitā accipere: nam ex tali oblatione liberatur a pœna petentis. plus debito, vt tenent Alexand. & alij in l. 1. §. si stipulanti, in fine, ff. de verbor. obligat. Bar. in l qui solidum, §. etiam deleg. 2. Neuiz. consil. 94. n. 11. Ioseph. Ludouic. decis. 51 n. 5. Vnde solet apponi clausula scilicet: *con protestacion q̄ hago de tomar en cuenta todo lo que parecíere yo auer recebido para en pago desta deuda.*

68 Quarto limita nisi adiiciatur clausula saluo iure superflui, &c. Secundum Ias. Nicasi. Misinger. & cæteros in d. §. plus autem insti de actio. & Purpu. in l. edit. an. 297. C. de edē do Neuiz. d. consil. 94. n 14.

69 Quinto limita non procedere quā do petitio est generalis referens se ad aliquam scripturam in qua verum debitum continetur: nam tunc ex tali petitione generali, & relatione ad scripturam non dicitur petisse plus debito secundum Panorm. in cap. 1. de plus peti. Veroi. consil. 188. num. 5. & 6. lib. 3.

70 Sexto limita, quando plus petitur per procuratorem, qui non dicitur habere mandatum ad faciendum cadere dominium in pœnam l. si procurator, vbi Scribentes, ff. de condictio. indebi. l. creditor, §. lucius. ff. mandati l. 3. §. 1 ff. quod quisque iuris l. 1. §. quoties. ff. de vi, & vi Armata notat gloss. in cap. dilecto verbo generalis de præbend. Ias. in l. si procurator, numer 5. cum sequent. vbi testatur de communi, Dec in l. alterius circunentio, ff. de regul iur. Curti. Iunior con sil. 149. num. 9. & in hac specie tenent Alexand consil. 73. lib. 6. Veroi. d. cō sil. 188. in fin. lib. 5. Iosep. Ludouic. d. decis. 51. n. 2.

71 Septimo limita, quando debitor totum debitum negauerit, nam licet plus debito petitum fuerit nihilominus debitori non licuit totum debitū negare, vt notat Bart. in l. 1. §. si stipulanti, in fine, & ibi Alexan. qui testatur de cōmuniori. ff. de verb. oblig. Aret. consil. 29. sentit idem Bar. in l. non potest videri ff. de reg. iur. dicēs quod si vere ego quinquaginta debeo, & tu a me petis cētū, & propterea totū negauerim nihilominus pro parte negata in mora cōstitutus æro, ibi ait itade facto ipsis habuisse sequitur Ioseph. Ludou. d. decis. 51. n. 2

Sed quid in positionibus, an licitum sit totam positionem negare quãdo est partim falsa, & partim vera, & quod in hoc casu liceat totam positionem negare tenent Ias. in l. 1. §. sed mihi num. 10. ff. de verb. oblig. vbi testatur hanc esse communẽ opinionẽ, Grat. in additio. ad prax. vest. lib. 5. cap. 14. num. 4. Couar. lib. 1. variar. resolutio. c. 2. nu. 5. alios allegans Sed ad euitandam hanc difficultatẽ ponens petere potest, quod aduersa pars declaret de tota summa petita, vel parte debita exprimendo quantitatem debitam, vel receptam, & ita reus omnino debitam summam fateri tenebitur, vt tenet Ias. in d. l. 1. §. si stipulanti num. 11. Caliaul. num. 19. & Alciat. num. 4. ff. de verb. obligat. Cagnol in l. non potest videri, num. 6. ff. de reg. iur. Ioseph. Ludou. dicta decis. 51. n. 6. Et ex aduerso est caute la pro reo, vt respondeat nego narrata prout narrantur, quia tunc respondens non dicitur simpliciter negare, vel affirmare, nec ita incurret pœnas contra negantes impositas, vt post plures concludit Ioseph. Ludouic. d. decis. 51. n. 7.

72 Dicta tamen sunt accipienda quãdo debitor sciebat se in partem esse debitorem, sed si ignorat, an debitor sit, & in qua summa licite poterit totum negare non obstante, quod esset debito. in aliqua parte, quia ratione ignorantiæ in parte debita in mora constitui nõ poterit extraditis a Bar. & alijs in d. l. non potest videri. ff. de reg. iur. tradit Aretin. in §. is qui col. fin insti. de mandato Ioseph. Ludou. in d. decis. 51. n. 8. qui allegat. l. qui in alteri s, ff. de reg. iur.

73 Sed prædicta sunt intelligenda circa periurium, & alias pœnas contra negantes impositas non vero, quoad expensas, quia nisi actor offerat partem debitam recipere reus habet iustam causã litigandi super toto, & ita ab expensis est absoluendus Bart. in l. qui solidum. §. etiam ff. delegat. 2. Cagnol. in dicta l. non potest videri numero 7. ff. de regul. iur. Scribentes in dict. l. 1. §. si stipulãti. ff. de verbor. obligat, vbi Alciatu numer. 37. Galiaul. num. 20. & Coras. in fine testãtur hac esse communem opinionem Couar. lib. 1. variar. resolutio. cap 2. nu. 5. versic. ad text. in d. l qui solidum Menochi lib. 2. de arbitra. iudi cent. 2. casu 177. vers. nona conclusio, quod probat l. 43. tit. 2. p. 3. Imo actor est condemnandus in expensis factis a reo ratione rei, vel quantitatis non debite ex dict. l. 43. in versic. *Pero si el demandado fizo algunas costas, e missiones por aquello que le demandaron demas. tenemos por bien, e mandamos que ge las peche todas el demandador.* Quod intelligo quando reus conuentus confessus fuit partem debitam eam quæ obtulit: nam si totum negauerit fiet compensatio ad inuicem in istis expensis secundum Anton. de Butrio. in capit. 1. de plus peti quem refert & sequitur Gregor. Lop. in d. l. 43. in gloss. *Que ge las peche todas:* quamuis vitio impressoris scriptum sit quid si neget reus plus debitum, nam voluit dicere, quid si neget reus partem debitam hoc etiam tenent Bart. in dicta l. non potest videri. ff. de regul. iur. Alciatu. in dicta l. prima. §. si stipulanti colum. fin. ff. de verborum obligat. Couatrub. dicto libro primo variarum resolutio. capite secundo, numero quinto, versic. ad text. in dicta l. qui solidum, & ratio est secundum eos, quia cum reus tenebatur partem debitam offerre, & non obtulit fuit constitutus in mora, & est in expensis condemnandus etiamsi actor non offerat separatum partem recipere, quod probatur ex l si seruus. §. boue. ff. de condictio furti.

74 Secundo modo dicitur quis plus petere tẽpore, scilicet quãdo præmature, idest ante diẽ conditionẽ postu tal,

lat, quia admittit reo vtilitatem temporis: nam sicut qui tardius soluit quam soluere debet, minus soluit sic per contrarium, qui prius petit quam sibi debetur pluspetere dicitur dict. §.plus autem, vbi Scribentes insti.de actio.l.45.titul.2.part 3.versic. *Otrosi dezimos*, ex quo colligitur, quod operatur oppositum in opposito idem operatum propositum in proposito, l.vltim.ad finem.ff.delegat.3.l.si cótra.ff.de vulr.& pupill. Bart.in l. inter stipulantem.§.Sacrame.ff.de verbor.oblig.notant Nicasi, Minsinger. & alij in dict. §. plus autem insti. de actio.

Pœna autem petentis plus tempore, est, vt duplicentur iudiciæ, & sic petentes plus tempore punitur in duplicatione temporis, & in expensis, §.sed hæc quidem vbi Scribentes insti.de actio.§.hodie insti. de exceptio.d.l.45.titul.2.part.3. versic. *Mas el juzgador* ex qua l.tollitur dubium quod erat inter Doctores, an sit duplicandum totum tempus ab initio obligationis, an illud quod restat a tempore petitionis, nam approbat opinionem Bart.in l.iustas, C.de iure fisci.lib.10. & aliorum dicentiũ esse duplicandum solum tempus quod restat a tempore petitionis, vt probatur, ibi. *Mas si el juzgador por pena, deuele alongar el plazo otro tanto adelante, quanto la demando el ante del plazo a que le deuiera demandar, e demas deuele fazer pechar las costas, e las missiones que el demandado fizo por esta razon.*

75 Quod intellige si reus opponat nam petitio ante diem procedit contra non opponentem secundum Bar. opinionem cómuniter approbatam in l.eum qui ita §.qui ita.ff.de verb. obligat.teste ibi Ias. nume.14.quem refert, & sequitur decis. Genue 91.n. 22. Nam non dicitur sine actione experiri, qui ante diem agit cum statim obligatio, & actio orta sit, & si agenti ante diem obstet exceptio. l. cedere diem. ff. de verbor. obligat. vbi Scribentes maxime Alexan. qui testatur de receptiori opinione, & Alciat.num.10.Ripa in l. ita stipulatus num.83.vbi alij Scribentes.ff.eodem titul.idem Alexand.consil.133.num. 9.lib.5.Octauia.Chacher. decis.130. num.9.& 10.cum alijs adductis in c. 2.in 5.illatione libr. 1. Imo etiam si oppositum sit a parte, tamen si lite apta conditio, vel dies solutionis aduenerit prodest actori illud ius superueniens ad victoriam, & sententiam obtinendam absque noua petitione, & instantia, vt docet Bart. in l.si Titius num.2.& ibi Roma.numer.13.ff. de verb.obligat. & in l. non, potest, vbi Apostil.ff.de iudi.Ias. in §. omnium num.67.cum sequent. & in §.1. num.100.cum sequẽt. insti.de actio. Boeri.consil.16.num.30.Bellon.cósil. 20.num.3.Veroi, alios citans quæstio famil. 102. numer. 4. & per totam. Quod procedit etiam in causa quo quis egit sine actione, nam si pendente iudicio superueniat ius ex causa de preterito, quæ possit retrotrahi tale ius superueniens clauditur in iudicio apto, & valet iudicium inchoactum sine actione super iure de futuro.l.si rem.la 1.§.fin.ff. de pignorati.actio.vbi gloss.Bart.Bald.& alij l.si mandauero tibi, vt a Titio.ff.mandati.Castrens.in l.non potest num.8. & in l.non quemadmodum nume.3. ff.de iudi.Ferrara.in practi. in forma libelli in actione reali in verbo deducendo in presenti iudicio. numea.3. Bart.& Scribentes in d.l.si Titius.ff. de verbor.obligat.scribentes in cap. fin. vt litependente Ruy. consil. 12. num.8.lib.4.Bellon.consil.25. num.3 Cephal.consil.112.num.17. cum seq. lib.1. Menochi.lib.1.de arbitrar. iudi. quæst.16.num.5.Prosper. Paseth. cósil.107.num.8.& consil.159. numer.3. & quando ius superueniens iudicio pendente post litis contestationem inclu-

includitur in petitione, & valet iudicium inchoactum sine actione, vel super iure de futuro diximus late in dicto capit.2.in 1. limitatione supra libr.1.

76 Tertio modo dicitur, quis plus petere loco, quãdo debitor aliquid promisit soluere certo loco, & creditor id ab eo alio loco petit, quod facere non potest nisi facta mentione loci conuenti, vt in §.plus autem, vbi Scribentes, & in §.hæc autem, insti. de actio. l. hæres absens. vbi Doctores. ff. de iudi.l.45.tit.2.part.3. ex quibus iuribus plus petens loco punitur pœna tripli damni, & in quo lo co debitor conueniri potest, & quando sortitur quis forum ratione destinate solutionis diximus late in cap.9.de potestate iudicum supra lib.1.in tertia conclusione principali, vbi possuimus plures casus in quibus sortitur quis forum.

77 Qvarto modo dicitur quis plus causa petere quando vnum petit ex his quæ alternatiue promissa sunt, vel quãdo exigit speciem, vbi genus promissum est, § hinc autem insti. de actio. vbi Scribentes d.l.45.titu.2. p. 3.nam quando debitor est alternatiue obligatus actor in libello tenetur petere alternatiue prout est obligatio, & aduersarij electionem tollere non potest ex dictis iuribus capit. in alternatiuis de regul.iur.alias nó obtinebit, & tenebitur ad impẽsas Bar. in l.vbi autem non apparet. §. illud, aut ff. de verborum obligatio. vbi Alexand.in princ.testatur hanc esse communem opinionem. Quod intellige, nisi debitor esset morosus in eligendo tempore debito, quia tunc amisit talem electionem, l.emancipiorem, ff. de optio. leg. gloss. & Scribentes in cap.inter cæteras, vbi Ripa num.72.de rescript. Maxime si fuerit appositum tempus, nec res sit amplius integra post ius quæsitum actori propter eius interesse, vt notat gloss.in d. l. mancipiorum, ff. de optione legata, & in l.eum qui certarum, §.fin.ff.de verbor.obligation. Secundo intellige, nisi ista alternatio facta esset in fauorem creditoris, nam tunc creditoris est electio, & recte ad alteram tantum alternationis partem egit, vt docet Bart in l. quamuis ff.de pignorat.actio Scribentes in §. hinc autem insti.de actio. Sed hodie per l.10.tit.17.lib.4.recop.crederem non obstante petitione, reum posse inspecta veritate alternatiue condẽnari prout est obligatus maxime apposita in fine libelli clausula, peto ius, & iustitiam ministrari quæ semper apponi solet.

78 Sed quid e cóuerso si debitor non sit alternatiue obligatus, an actor possit petere alternatiue, & dicendum est, quod quando id quod præstari debet desijt extare per mortem, vel consumptionem tunc recurritur ad eius extimationem, l. item si verberatum, §.1.ff.de rei.vendi. Scribẽtes in l.apud Iulianum, §. vltim.& in l. filius familias, §.si quid alicui.ff. de legat.1.l.multum.ff.de verb.obligat. Ferrara in forma libelli in actione reali verbo, & si non extant Afflict. decis.347.circa finem, ideo actor in hoc casu potest petere alternatiue videlicet peto rem, vel extimationẽ vt concludit specul. in tit.de oblig. & solut.§.sequitur, versic. & quid si num.11.AEgid. Vellam.in cap. fin. n. 22.quod met.causa, qui testantur hãc sententiam communi consensu obseruatam circa quam vide.l.eum qui ita §.vltim.l.si secundum. §. fin. l.inter stipulantem. §.si stipulatus, & ibi Scribentes. ff. de verborum obligatio. & faciunt notata per Bart. in l.prima.ff.de actio.empt. Et sic cũ sententia sit conformanda libello. L vt fundus.ff.communi diuid.ca. licet Hæli de simonia eum similibus, si res quæ in libello alternatiue petita est adhuc extat præstari, quæ potest sine diffi-

difficultate, tunc facienda est condẽnatio in re petita. l. fin. C. de fideicommiss. si autem nullo modo praestari potest, vt quia perijt, aut consumpta est, tunc reus ad extimationem condemnandus est, vt cumque res petita sit l. arbitrio, §. tamen. ff. de dolo. Idem quoque est si praestari quidem possit, sed non sine magna difficultate. l. si dominus, §. qui confitetur, ff. de legat. 1. ita tradunt specul. in d. §. sequitur versic. breuiter nu. 9. & Bellam. in d. cap. fin. num. 22. quod met. causa.

79 Sicut plerumque actores his quatuor modis, plus debito petere solẽt sic etiam interdum contingit minus debito, aut aliud pro alio per errorẽ exigere in quo casu minus petens quam sibi debeatur, siue scienter, siue ignoranter, non videtur reliquum remittere, aut donare, & sic potest postea reliquum petere, & libellum emendare, §. si minus, vbi Doctores insti. de actio. quia non praesumitur rem suam iactare. l. cum de indebito ff. de probatio. Verum tamen est quod si quis aliquid pro residuo, seu pro resto petit non potest pretendere aliud vltra sibi deberi secundum Bart. in l. si quidem, vbi etiam Ias. n. 4 C. de transactio. Nicasi. in d. §. si minus num. 2. insti. de actionib. Alex. consil. 216. num. 4. libr. 7. & in l. 2. in fine, C. de fide instrum. Cephol. cautela 121. Veroi. consil. 192. col. 1. lib. 1. Becci. consil. 47. n. 8. nam dictio residuum includit totum, & sic qui petit residuum fatetur recepisse totum l. creditor, vbi Deci. numero. 6. C. de pact. Prosper. Paseth consil. 26. numer. 9.

80 Diximus actorem minus debito petentem posse postea reliquum petere, & libellum emendare ex dicto §. fin. minus insti. de actio sed oportet nunc scire quando libelli emendatio fieri possit pro cuius declaratione distinguendi sunt aliqui casus, & primus est quando libellus actoris est obscurus confusse positus, generalis incertus, & huiusmodi emendatio, atque obscuritatis declaratio post litis contestationem, vsque ad sententiam fieri potest, nisi ad petitionem rei compellatur actor declarare ante litem contestatam, l. haeredes palã §. si quis post. ff. de testam. Bart. in l. si quis intentione ambigua, ff. de iudi. & in l. inter stipulantem, §. stichũ ff. de verborum oblig. Alexand. in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto Ferrar. in practica informa in actione reali in verbo saluo iure addendi numero tertio, Deci. Bolognet. & alij in l. edita. C. de edendo.

81 Quod extende, vt declaratio libelli obscuri possit fieri, vsque ad sentẽtiam, non solum quando obscuritas causatur a multiplici significatione verborum, sed etiam quando causatur ex generalitate libelli, vel in certitudine petitorum, quia libellus tacite omnia expressit, & causam, & obligationem, & actionem quamuis voce, vel verbis non expresserit, vt post alios tenent Deci. numer. 34. & Bolognet. num. 64. in dict. l. edita. C. de edendo. Sed licet haec opinio de iure communi vera sit quando tacite colliguntur ex libello, ea quae in eo necessaria sunt ex traditis per Deci. & Bolegt. tamen de iure regio locum habere non potest per l. 25. & 40. tit. 2. p. 3. & l. 4. tit. 2. lib. 4. recop. vbi libellus, tam in ciuilibus quam in criminalibus actionibus, & remedijs debet esse certus,, & clarus, & expressis verbis debent in eo exprimi omnia necessaria, quae ibi in specie declarantur alias libellus non debet recipi, & est per iudicem repellendus nisi in iudicijs vniuersalibus, vt d. l. 4. recop. late declarat.

82 Secundus casus est quando aliquid additur, & addijcitur libello in iudicibus vniuersalibus, vt in petitione haere-

hæreditatis,& in actione tutelæ, & negotiarum gestorum, & in alijs similibus,de quibus per glos.& Doctores in l.1.ff.de edendo,& in §. curare insti.de actio.& in l.26.tit.2.par. 3. & in d.l.4.tit.2.lib.4.recop.nam in his actionibus,licet addere etiam post litem contestatam,vsque ad sententiã vt tradunt Scribentes in dict. l.edita actio.C.de edendo,& in d.§.curare. insti.de actio.Nicasi. Minsingeri, & alij in dict §.si minus insti.eod. tit.

Tertius casus est in singularibus
83 iudicijs,quando emendatio fit in re
petita, vt quia actor minus petebat
deinde plus vult petere, & in hoc ca
su emendatio fieri potest, vsque ad
sententiam,d.§. minus insti.de actio.
quem text.ita vbi intelligit Minsingeri.numer.10.& seq.post Marti.Fulgos.Fab. Ang.Ias.& Alciat.in dict.l. edita.C.de edendo.

Quartus casus est,quando in singu
84 laribus iudicijs emendatio respicit
substantialia, & ante litis contestationem fieri debet, & non post, vt notat glos. in cap. inter delictos, in princip de fide instrum.quam ibi sequitur communiter Scribentes tenẽt glos.Bart.& communiter Doctores, in dict.l.edita.C.de edendo, vbi Ias. num.41.Deci.numer.89.& 90.Ripa. num.44 & Belognet.num.85. testantur hanc esse communem opinionem qui eam in nonnullis casibus limitãt. Quod procedit secundum Alexand. & Ias.num.42.Deci.num 55.& Bolognet. numer. 85. ibi etiam si reus consentiat huic protestationi consensus partium nihil possit dispone re circa ea, quæ sunt de substantia, vt notat gloss.in cap.de causis de officio deleg.cum alijs per Ias.in dict.
85 loco citatis, sed licet hæc extensio
sit de iure communi,vera de iure re
gio hodie dubiũ videtur per l.10.tit.
17.lib.4.recop.vbi consentiente reo possunt omitti substantialia iudicij, vt probatur, ibi: *O que desfallecen las otras solemnidades, y substancias de la orden de los juyzios que los derechos mandan,o algunas dellas, &c.* & ibi. *Y assi mismo,que si las cosas que fuerẽ de substancia del juyzio, y la parte pidiere, declarandolas que la otra parte las guarde,y no quisiere seyendole mandado,&c.* Nota verba, *y la parte pidiere que la otra parte las guarde.* Ex quibus probatur, quod in substãtialibus attenditur voluntas rei qui expresse non contradicendo potest cõsentire, vt substãtialia iudicij minime interueniant. Sed d.l.10.non obstante procedit etiã hodie extensio, Alexã.Ias. Deci. & Bolognet. qui loquuntur in expresso cõsensu, qui in substantialibus nihil operatur. Clement.sępe vbi glos.de verb.sig.glos.& Doctores in d.c.de causis de offic.deleg. Bald. in authent.hoc sacramentũ ad fin.C.de vera calumni, & d. l. regni loquitur in tacito cõsẽsu, qui in hoc casu operatur plus quam expressus, c.1.§.1.de iuramẽ.calum.in 6. notant Ias.& alij in l. cũ quid.ff.si cert.petat.

86 Quintus casus est, quãdo in iudicijs
singularibus, emẽdatio fit circa qualitates principales, & in hoc casu libellus ante litẽ contestatã emẽdari debet, vt Nicasi. Zasi.& alij notãt in d. §.si minus insti.de actio.

87 Sextus casus est circa qualitates ad
uentitias in his singularibus iudicijs in
quo casu emẽdari possunt in libello, vsq; ad sentẽtiã l.in diff.l. §.si detracta.ff.de noxalibus Nicasi.& alij in d.§.si minus insti.de actio. Et quid sit emendare addere, aut mutare & quãdo fieri possit declarãt latissime Scribẽtes in d.l.edita actio.C.de edẽdo.Ferra.in sua pract.in verb.saluo iure addẽdi in forma libelli in actione reali,& Minsing.in d.§.si minus n.2. Desistere autem in totũ & liti renun
tiare actor poterit in quacũq; parte
iudicij.l.desistisse.ff.de iudi. l. post
88 quam liti,C.de pactis, vbi Scribẽtes
& in d.l.edita actio.C.de edendo.& quãdo possit soli instãtię renuntiari declarãt etiã Doct.in locis citatis.

Aduer-

89 Aduertendum tamen est, quod libellus debet esse certus, verbs, & claus, vt reus facilius deliberari posit au debeat cedere, vel contendere, c. 2. de libelli oblatione, l. si in rem. l. officium, ff. de rei vēdicatione glos. & Doctores in l. 1. ff. de edendo, & in l. edita. C. eodem titulo, & in cap. dilecti, & in cap. examinata de iudi. d. l. 40. & l. 25. titul. 2. part. 3. l. 4. titul. 2. lib. 4. recopil. alias si libellus esset ineptus viciaret omnia acta cum sit intētionis actoris fundamentū, quod dificiente omnia corruūtur d. authēt. offeratur C. de litis contesta, dict. l. edita, C. de edendo, vbi notant Scribentes, cum alijs aductis per Crauet. consil. 151. num. 2. & per talem libelli ineptitudinem actor esse reijciendus & in exponsis condemnandus, vt notant glos. & Doctores in l. 1. ff. de officio assesoris, vbi late Bolognet. numer. 19. & 20. Ioan. Cephal. cons. 100 num. 10. cum alijs sequent. vbi hadūt multa, que vicianter ex ineptitudine libelli. Iure autem regio si libellus fuerit incertus, & obscurus est a iudice repellendus nisi in casibus in quibus de iure admittitur libellus generalis per dict. l. 4 tit. 2. lib. 4. recop. ibi: *Y si las tales demandas y acusaciones no fueren ciertas en la manera suso dicha, mandamos que no se reciba y repellan, hasta que se pongan ciertas, saluo en los casos y cosas que se puede poner demanda, generalmente assi como sobre herencia, o cuenta, &c.* Et iudex ex officio suo parte non petente repellere debet libellum ineptū, vt notat gloss. in d. l. in verbo libellis ff. de assesoris, quam ibi sequitur Bar. num. 2. Alber. num. 1. Ang. num. 1. Ias. num. 4. Purpurat. num. 100. & Oroc. num. 4. & Anton. de Padilla, in l. vbi pactum num. 21. C. de transactionib. Sed si a principio non sit ab reo rejectum, & a iudice decretum, vt actor declaret, vel concipiat libellū in debita forma iusta, ea que superius dicta sunt, tunc si in libello continetur res quam actor intendit petere etiamsi careat conclusione, & hijs quæ ex subtilitate iuris requiruntur valet, & iudex inspecta veritate tenetur causam decidere ex dict. l. 10. tit. 17. lib. 4. recop. ibi: *O faltare en la demanda el pedimento, o alguna de las cosas que en la demanda deuen ser puestas, segun la subtileza del derecho, &c.* & ibi. *Contendiendose todavia en la demanda la cosa que el demandador entendio demandar del acusador pedir, seyendo hallada, y prouada la verdad del fecho por el processo.* Nec est necessariū nomen actionis in libello exprimere, sed satis est, quod ius agenti competens ex facti narratione appareat, c. dilecti, vbi Abbas, Deci. & alij de iud glos. in authet. de exiuēd. reis, §. 1. verb. lib. illum Bart. in l. 1. n. 18. vbi etiam Orocius num. 32. ff. de edendo.

90 Aduertendum tamen est, quod si actori plures ad idem competunt actiones tenentur vnam eligere, qua electa non datur regulariter ei ad alteram regressus. l. quod in hæredem §. eligere, de tributi. quam regulam limitat vndecem modis Marian. Socin. in cap. dilecti, num. 35. cum pluribus sequent. de libelli oblatione, & eam etiam regulam posuit cum ampliationibus, & limitationibus, Anto Gabr. lib. 2. communium opinionum, in tit. de actio. conclusion. 1. 2. & 3. per totū & latisime explicant moderni post gloss. Bart. & antiquos in l. ædita. C. de edendo, vbi abundantissime declaratur materia comulationis maxime per Bolognet. ibi num. 99. cum seq. Declarat etiam Federic. Scoth. libr. 4. responsorum, respons. 17 pertotum in 2. part & Guid. Panzirol. cons. 96. num. 65. cum sequentib. & late declarat l. 17. titul. 10. p. 3. disponens actorem posse plures petitiones simul contra reum intentare, dūtamen non sint contrariæ, quia tunc vnam eli-

gere

gere debet, & amplius non potest variare,& ponit plura exempla quã do actiones dicantur contrariæ.

91 Tertio in libello actor debet implorare iudicis officium:nam iudex non tenetur illud in partiri non petẽti ad priuatam vtilitatem l.4. §. hoc autem iudicium.ff.de damno infecto vbi Bart & Doctores notant l.de pupillo,§.qui opus, ff. de nobi operis nuntiatione Ferretus consilio 42 numero 5. Veroi. in consil. 4. de iud. Ripa in d l.4.§.hoc autem iudicium num.1 cum pluribus sequent.vbi format regulam cum ampliationibus, & limitationibus cum alijs per nos adductis supra.

92 Et est aduertendum,quod iudicis officium semper est implorandum simpliciter absque expresione qualitatis officij,an sit nobile, vel mercenarium:nam sermo simplex in hac clausula interpretabitur secundum negotij qualitatem, & proferentis mentem,ex l. si quis intentione ambigua, ff.de iud. & aduertit Ferrara in practica in forma libelli in actione reali verbo,& in floreuis decem, numer 15.

93 Quarto vtile erit,quod actor in libello ponat clausulam salutarem scilicet peto mihi iustitiam ministrari ex qua resultant plures effectus, vt declarant Abbas,& alij incap. cum dilectus de ordine cognitionum, & in capit.finali,in fine,de iure iurando Alexander:consil.61.col.3.lib.2.Marti.Socin.in cap.2.in 1.artic. de libelli oblatione Ias.in §. omnium nume. 147.cum alijs sequentibus instituta de actionibus.Capitius late decisione 96.Deci. & Bolognet. numer. 12. in dict.l.edita,C. de edendo Anton. Natta in dict.consil.120.num 17.lib. 1.Anton.Gabrel.lib 6 commun. con clus.in titul.de clausulis,conclusion. quarta. per totam,Simon de Pretis, consilio 3, numero 6. 7. & 8. & 13. lib.1.

Quinto actor in libello petere de-
94 bet condemnationem expensarum nam reus qui iustam causam litigandi non habuit condemnandus est in expensis,l. eum quem temere, ff. de iudi,l.qui solidum,§.etiam.ff.de leg. 2.l.terminato. l. non ignoret. C. de fructib.& liti expens.l.properandum §.siue autem alterutra.C.de iudi. ca. calumniam de pœnis,cap.finem litibus de dolo,& contuma.capit. olim el 2.de priuil.Regia,l.8.titul. 3.& l. 8.tit.22.part 3.& qui sint iustę causæ litigandi declarant Doctores in dict.§. siue autem alterutra maxime Ias.num.48 & Rebuff.in dict. tract. de expensis dam & interesse artic. 1. num.29.cum alijs sequent.tomo tertio super consti regi. & decem causas litigandi refert Menochi.lib.2.de arbitra.iudi cent. 2. casu 177. & aliquas causas refert.d.l.8.tit.22.part.3. & duas ponit l.7.tit.17.& l.1.tit. 22. lib.4.recop. scilicet quando quis in causa appellationis habet sententiã pro se,vel moderata fuerit per iudicem appelationis,& regulariter iudicis arbitrio relinquitur quæ sit iusta causa litigandi,vt post Rin.consil.1. numer.24.lib.3. & alios tradit idem
95 Menochi.d.casu 177.num. 2. Quod primo extende, vt victus victori sit condemnandus in expensis, etiam si absque dolo,si tamen temere litigauerit.Secundo etiam si iuramentum calumniæ præstiterit.Tertio,vt procedat etiam in criminalibus, quas tres extensiones tradunt post alios Couarru.practicarum quæstion.cap.27. num.1.& 2.& Gregor.Lop.in dict.l. 8.tit.22 part.3.in glos.1.& 2 Quarto extende, vt procedat etiam si quis à principio iustã causam habuerit litigãdi, si tamen postea pendente lite ipsa iusta causa cessauerit,nam a tẽpore quo non habuit litigator iustam causam debet in expensis cõdemnari non vero retro, vt notat Bald.in d l. properandum,§.siue autem alterutra num.

numero tertio vbi etiam Salyc. col. penultim. C. de iudi. Ang. in l. desti-tisse in fine, ff. eodem titulo, & Scribentes in §. fin. insti. de perpetuis, & temporalib. actio. Quinto extende, vt procedat, etiam in expensis ante motam factis si rens fuit in mora, vt in instrumentis, & in aduocato, & procuratore, vel in citatione, & alijs similibus expensis, vt tenet expresse Bal. in dict. l. non ignoret, C. de fructib. & liti. expen. Salyc. in l. edita, numer. 17. C. de edendo, Ang. in §. sic itaque col. penultim. vbi Iaf. num. 44. insti. de actio. & faciunt iura supra allegata. Sexto extende, vt procedat, etiam si actor petat plus re, & in probatione deficiat nam reus est condemnandus in expensis factis in probatis, & actor in non probatis, vt expresse disponit regia. l. 43. titulo secundo part. tertia, licet contrarium teneat gloss. in cap. præsentium verbo sigillatim de testib. in 6. Felin. & alij in c. cum omnes de constitutio, & quando compensatio fieri debeat inter actorem, & reum quando in parte quis obtinuit, & in parte succubuit tradit Rebuff. in d. tract. de expensis art. 1. num. 53. cum seq. Septimo extende, vt non solum victus victori possit condemnari in expensis litis, sed etiam in expensis personalibus factis ob occupationem persone, vt notat gloss. quam, ibi sequntur Bar. & Castren. in l. si procurator, ff. rem ratam haberi, & probatur ex l. quinta titul. tertio libr. quarto recop. in qua condemnatione considerandum est an necessaria fuerit personalis victoris assistentia.

96 Octauo extende, etiam vt victus victũ possit condemnari in expensis testium ad locum iudicij de alijs partibus venientium quibus debentur non solum expense victus proprij, l. quoniam liberi, C. de testib. l. eos, §. si quis autem, C. de appellatio. cap. statutum, & cap. veniunt. quarta. q. tertia, gloss. in cap. non licet. 11. quæstio. tertia. Sed etiam operarum mercedes, vt post plures quos allegat late probat Octa. Cacher. decisi. 46. pertotam. Limita tamen supra dictam conclusionem, vt procedat quando expense fuerint a parte peritæ aliâs iudex non tenetur victum victori in expensis condamnare, vt notat gloss. in cap. fin. de rescript. quam ibi sequntur Alb. Imol. & alij, & Castren. numero tertio, Alexandr. numero 31. & Iaf. numer. 48. in dict. l. properandum, siue autem alterutra, C. de iudi. Bar. in l. quarta, §. hoc autem iudicium, numero nono vbi Ripa. numero 83. testatur hanc esse communem opinionem, ff. de damno infecto Couarru. qui etiam testatur de communi in dict. cap. 27. numero quinto practi. quæstic. Sed in expensis post litis contestationem factis poterit iudex victum victori condemnare, etiam si non fuerint perite, vt probatur in l. ediles la 1. §. item sciendum, ff. de edil. edic. & in dict. l. non ignoret, C. de fructi. & liti. expen. notat gloss. in cap. finem litibus de dolo, & contuma. Bar. in dict. l. properandum, §. siue autem alterutra, numero quarto, C. de iudi. & in dict. l. quarta, §. hoc autem iudicium, quem ibi alij seq. ff. de damno infecto, & Couarruu. loco citato. Non tamen in hoc casu si iudex omisserit condemnationem expensarum tenebitur ad interesse nec aliqua pœna ob hanc omissionem erit condemnandus, vt Bar. & alij in dict. §. siue autem alterutra norant, quoniam in his quæ arbitrio suo commissa sunt reprehendi non potest, vt in alio proposito ait Bal. in l. edita, numero 61. C. de edendo, quem sequitur Menochi. de arbitra. iudi. libro secundo casu 176. numero quinto. Est tamen aduertendum quod si condemnatio expensarum in sentencia a iudice omissa fuerit

fuerit non solum in casu proximo voluntario, sed etiam in necessario quando expensæ petitæ fuerint poterit iudex eodem die eam condemnationem facere, & supplere quo translato non poterit, l. Paulus la 1. ff. de reiudi, quam ad hoc notant, ibi Bar. & communiter Scribentes, quod expresse disponit Regia, l. 3. titul. 22. par. 3. quam Grego. Lop. in gloss. verbo, *Mas o menos*. Ibi notat contra Iacob. de Raue. Guilliel. Bal. Paul. & Alexand. in telligentes dict. l. Paulus quando in sentencia, nihil fuit dictum circa condemnationem, vel ab solutionem expensarum quorum opinio reprobatur per dict. l. regiam. Si vero condemnatio expensarum a iudice omissa fuerit, & in eodem die eam non fecerit, vel declarauerit, victo appellante, non poterit ab hac omissione victor appellare, l. vltima. C. quando prouare non est necesse, Docto. in cap. significauerunt de exceptio Couarru. in dict. cap. 27. numero quinto, practi. quæstio versi. sed si quis. Sed si iuctus absolutus expresse fuerit in sentencia ab expensis poterit victor ab ea absolutione appellare, vt post Anto. Imol. & Felin. tradit Couarrub. loco proxime citato, versic. cæterum. Debentur autem expensæ varijs ex causis, vel ex victoria causæ, vt in dict. l. propetandum, §. siue autem alterutra, C. de iudi. dict. cap. calumniam de pęnis, vel ex contumacia aduersarij, l. sancimus, C. de iudi. cap. dilecti de dolo, & contumacia, vel ex culpa, quia præcessum causæ differt. dict. l. non ignoret, C. de fructib. & liti. expen. dict. c. finem litibus de dolo, & contu. vel ex temeritate actionis, l. eũ quem temere, ff. de iudi. c. 1. de dolo, & contuma. in 6. vel alia ex causa ex his quæ continentur in l. 3. titul. 22. libro quarto recop. Et expensæ ex istis omnibus causis comprehenduntur sub dicta clausula generali. Postremo notandum est quod iudex in condemnatione expensarum non tenetur quantitatem exprimere, sed potest earum taxationem reseruare, vt notant Bar. & alij in dict. l. terminato, C. de fructib. & liti. expen. idem Bar. in l. ab executione, numero dezimo. ff. de appellatio Bal. in l. generaliter, numer. 11. C. de episcop. & cleri. Abb. & communiter Scribentes in cap. auditis de procurato, & in dict. cap. finem litibus de dolo, & contumacia, & quamuis iudex sibi reseruet taxationem expensarum poterit eas eius successor taxare, quia vnus videtur iudex, arg. l. proponebatur, ff. de iudi. notat Bar. in dict. l. termiuato, col. secunda, C. de fructib. & liti. expen. Lanfranc. in R. cap. quoniam contra in fine, versi. quæro quis habeat de probatio, quos sequitur Rebuff. in dict. tract. de expen. art. 5. num. 14. quod ita praxis recepit. Formam autem taxandi expensas post earum condemnationem ponit. d. l. 3. titul. 22. lib. 4. recop.

98 Sexto si in libello petatur aliqua res ex qua debeantur fructus apponenda est clausula, vt reus, etiam condemnetur ad restituendum fructus non solum perceptos, sed percipiendos vsque ad executionem sententiæ, & realem rei restitutionem nam fructus debentur vsque ad rei restitutionem, l. Iulianus, §. primo, & l. fructus, la 1. ff. de reiuendi. l. qui restituere eodem titulo gloss. Bar. & alij in l. in hac, ff. de tritica, & in l. tutor de vsu. & Petuntur fructus percipiendij propter malam fidem possessoris conuenti, quia malæ fidei possessor non solum tenetur restituere fructus perceptos, sed quos percipere potuit, l. sinauis, §. fin. l. si nam, §. generaliter, l. fructus, ff. de reiuendi. l. demum. C. eodem titulo, l. prima, §. fin. C. de peti.

peti. hæredi. l. sed & si lege, §. sed & fructus, ff. eodem titul. l. 2. C. de fructib. & liti. expen. l. ait. prætor, §. per hanc, ff. de hisque in fraud. credit. l. quemadmodum in fine, C. de agricol. & censit lib. 11. §. & si hæreditas versi. illorum insti. de offic. iudi. notant plures per nos adductitulo vigesimooctauo, part. tertia supra, & probat expresse, l. 40. tia, & l. quarta titul. 14. part. sexta. Quod non procedit quando male fidei possessor habet titulum, quia tunc tenetur de perceptis, & non de percipiendis, nisi in quinque casibus, vt l. sed si fundum, vbi gloss. verbo percepi sse. C. de reiuendi. l. sed & si lege, §. quod autem, ff. de peti. hæredi. dict. l. 40. titul. 28. part. tertia, notauimus, etiam Latius in loco citato. Et est necessaria in libello dicta clausula fructuum, quia tam in bone fidei quam in male fidei possessore sunt certi casus, vbi fructus officio iudicis sunt restituendi, vt notatur per gloss. Bar. & scribentes in l. ex diuerso, ff. de reiuendi. & regularite. percepti ante litem motam sunt petendi ad hoc vt eorum condemnatio a iudice fieri possit, l. ediles, §. item sciendum, ff. de edil. edict. notant Innoc. Bal. & alij in cap. grauis de resti. spoliat. Bar. in dict. l. ex diuerso, §. fin. ff. de reiuendi. Bal. & Salyc. in l. cum propria, C. si quis alteri, vel sibi Alex. consi. 90. lib. 2. Boeri. decis. 18. nu. 3. & quinto Ferrara in practica informa libelli in actione reali in verbo simul cum fructibus, qui ponit tres casus Fallentię, vbi non est necessaria petitio fructuum in perceptis ante libellum, sed possunt officio iudicis condemnari, vt in interdicto vnde vi. l. prima, §. rectissime. l. idem est §. fin. & l. si plures, ff. de vi. & vi. armata, & in actione, quod metus causa, l. sed partus, ff. quod metus, ff. quod metus causa, & in remedio, l. si quis in tantam, C. vnde vi. in his enim actionibus ex earum natura veniunt fructus, etiam non petiti. l. videamus, §. in fauiana, ff. de vsur, l. in condemnatione, §. cum verbum. ff. de reg. iur. l. restituere, la 1. l. plus est in restitutione, ff. de verb. signi. tenent, etiam Barb. consili. nono, numero 10. libr. primo, & Boeri. dict. decis. 18. numer. quarto. Quod extendit Auendanius respon. sexto, numer. 33 versi. sexta conclusio post Innoc. & Docto. in dict. c. grauis de resti spoliat. in omnibus interdictis ex ea parte quæ sunt restitutoria, & in interdicto, etiam vbi posidetis, vbi venit condemnatio fructuum licet petita non fuerit quod, etiam tenet Oria. in rub. de causa possesio, & propriet col 3. & Menoc. de recu. possessione

99 remedio 1. nu. 413. Adde, etiam quod in actione vniuersali petitionis hæreditatis veniunt fructus non petiti, l. item veniunt, §. fructus, ff. de peti. hæredit, vbi glos. & Docto. l. 2. C. eod. tit. l. non est ambiguum, vbi gloss. & scribent. C. familiæ hærcis Bal. & Salyc. in l. cum propria, C. si quis alteri, vel sibi Capelle. Thol. q. 194. Boeri. d. decis. 18. nu. 5. & ratio, est quia in iudicio petitionis hæreditatis fructus augent hæreditatem d. l. 2. C. de peti. hæredit d. l. item veniunt, §. fructus, vbi glos. & scribentes ff. eod. tit. l. sed & si lege, §. consuluit. l. illud in fine Principij ff. eod. tit Bar. Ang. & alij, & in l. ex diuerso, ff. de reiuend. idem Bar. in l. quod norua, versi. quinto fallit, ff. de positi Bal. in d. l. 2. nu. 4. C. de fructib. & liti. expē. cū alijs adductis per Lābert. de contractib. gl. 1. n. 228. vbi hāc testatur cōmunē opi. Couar. lib. 1. variarū resolutio. c. 3. n. 6 Menochi. de recup. posse. remedio 15. n. 599. qui etiā de cōmuni testatur, Tiberi. Decian. qui fidē quoq; facit de cōmuni plures allegans, cons. 79. num. 22. lib. 2. In fructibus vero perceptis post libelli oblationem iudex ex officio

100

 suo

suo absque partis petitione pronuntiare, & condemnare potest, l. pactum, vbi Docto. ff. de vsu. dict. l. ediles, §. item sciendum, ff. de edil. edict. Innoc. Ioan. Andre. & alij in dict cap. grauis de resti. spolio. Ferrara in pract. in dict. verb. simul cum fructibus, numer. 1. vbi eius additionator lit. D. alios allegat Bal. in l. properandum, §. siue autem alterutra, C. de iudi. & in l. prima columna vltima C. de fructib. & liti. expen. Boeri. dict. decis. 18. numer. 3.

101 Et est aduertendum quod fructus quandoque debentur, & possunt peti. per viam actionis, & quando quæ officio iudicis, l. si non sortem, §. liberius, ff. de condictio. indebiti gloss. in l. in summa, §. ei qui eodem titul. gloss. in l. proscocio, §. si tecum, ff. proscocio declarat, etiam gloss. in dict. l. & ex diuerso in princip. verbo non habendam, ff. de reivendi. vbi Bar. & in §. vbi autem eiusdem, l. col. prima, Ias. in §. primo numer. 174. insti. de actio, & post Alex. in l. si marito, §. si. ff. soluto matrim. declarat, etiam Auendan. in dict. sexto responso, numer. tertio, versicul. quinta conclusio. & quotiescumque fructus debentur, & sunt petendi iudicis officio si cum re fuerint simul petiti, & iudex in re tantum non facta mentione fructuum fecerit condumnationem videtur a fructibus absoluisse, vt notant Innoc. & Anto. in dict. c. grauis de resti. spoliat Paris. de Puteo in tractat Syndicat in parte, iudices puras, numero 7. Cuid. Pap. decisio. 405. Boeri. decis. 18. & in additio ad Capel. Thol. questio. 194. quos sequitur Auendani. in d. responso 6. num. 1. Quod etiam procedit in casu quo fructus petiti non sunt, & iudex tenetur eorum condemnationem facere, quia si eam omisserit amplius fructus peti. non possunt, vt post Innoc. & Ab. in d. c. grauis de resti. spoliat late probat idem Auendanius loco citato, numer. 2. quod etiam tenent Ferrara in practi. in dict. verbo simul cum fructibus Ias. l. si domus, §. 1. num. 12. ff. de leg. 1. Grat. cons. 101. lib. 1. Mantua. cons. 87. num. 5. lib. 2. Sed si iudex in fructibus petitis condemnationem omisserit, siue debeantur iure actionis, siue officio iudicis poterit eodem die post latam sentenciam eam condemnationem facere, & supplere, vt supra in expensis diximus per l. Paulus, la 1. ff de re iudi. quæ licet loquatur in accessorijs communiter, ibi per glos. verbo circa, & scribentes intelligitur in fructibus, & expresse hoc disponit regia, l. 3. titul. 22. part. 3. ibi: *Pero si el juzgador ouiesse dado juyzio acabado sobre la cosa principal e non ouiesse fablado en aquel juyzio de los fructos, é de la renta della, ò non ouiesse condenado a la parte contra quien fues se dado el juyzio en las costas, ò si por auentura ouiesse juzgado en razon destas cosas mas ó menos, que non deuiesse, bien puede todo judgador emendar é enderecar su juyzio en razon dellas en la manera que entendiere que lo debe segund derecho, y esto á de fazer tan solamente en aquel dia que dio la senten, ca, despues no lo podria fazer, como quier que las palabras de su juyzio bien las puede mudar despues, o poner otras mas puestas non camiando la fuerza, ni el entendimiento del juyzio que diera.* Ex qua l. ibi: *O si por auentura ouiesse juzgado en razon destas cosas mas o menos que non deuiesse, &c.* Reprobatur opinio multorum qui dictam, l. Paulus limitant quando in sentencia nulla sit facta mentio fructuum, vel expensarum nam per dict. l. regiam, etiam si facta sit mentio, vel iudex taxa-

taxauerit fructus, vel expensas poste. it eodem die augere, minuere, vel emendare sententiam, vt expresse dicta l. regia disponit, vbi Gregor. Lopez in glos. verbo. *Mas ó menos*, Notat, & supra in clausula expensarum nos etiam notauimus.

102 Et est sciendum quod quamuis iudex posset in sentencia liquidam, & taxatam condemnationem fructuum facere potest etiam eam simplicem, absque reseruatione liquidationis pronuntiare, & postea in executione sententię liquidare dict. cap. grauis de resti. spoliat. vbi Scribentes. l. terminano. C. de fructibus. & liti. expen. sed iure regio aliter videtur dispositum per. l. 52. titulo quinto libro secundo, recopi. ibi: *Mandamos que de aqui adelante los Oydores en las sentencias que dieren en que aya de auer condenacion de fructos, los tassen, y moderen, por lo que de las probanças resultare, sin lo remitir á Contadores*, Et per. l. 20. titulo nono libro tertio, eiusdem recopil. ibi: *Mandamos a los Iuezes inferiores, que en las sentencias que pronunciaren en que ouiere condemnacion de fructos ó interesses, hagan toda la declaracion que conuiniere, y ouiere lugar de se fazer, &c.* Quæ leges sunt intelligendę quando ex processu colligitur certa fructuum quantitas, vel talis que possit periudicem moderari aliàs poterit iudex, vt dictum est, simpliciter reum in fructibus condemnare, & postea eos in executione sententiæ liquidare, quod vsus forensis in hoc regno passit ad misim, & nota etiam, quod quamuis in sentencia omissa sit expressa fructuum condemnatio. si appositum sit simpliciter verbum restituat de natura ipsius verbi implicite veniunt fructus. l. qui restituere ff. de verbo. signifi. notat Bal. in rub. de fructib. & liti. expen. Ias. in. §. actionum nume o 181. instifut. de actio. & in l. Gallus. §. & quid si tantum numero 67. ff. de liber. & posthu. Tiraquell. in l. si vnquam verbo reueatatur numero 276. C. de reuoc. donatio Auendan. in dicto respon. sexto, numero quarto, & probat. l. 10. titulo 33. part. septima, quæ orta fuit ex dict. l. qui restituere, quod examinat. Couorruu. libro primo variarum resolutio. cap. tertio numero primo, & idem etiam notat Auendan. in loco citato, in verbo relinquat, & in verbo remaneat ex. l. cum inte. C. de donatio. ante nupti. vltimo etiam notandum est, quod actor de necessitate non tenetur certam fructuum quantiatem nec eorum æstimacionem in libello exprimere, sed sufficit eam in processu probare. & liquidare, vt tenent Cyn. in l. cerium quæstion. vltima. C. de rei vendi, & in l. cum propria pecunia C. siquis alteri, vel sibi, & in l. prima penultima quæstion. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. profert. Bar. in l. prima in princip. ff. de ædendo Alex. consilio 90. libro secundo, Ferara in practic. in forma libelli. in actione reali in verqo tot. & tantos fructus, numero primo.

103 Septimo si res quæ petitur deterior facta sit, vel aliter actor passus sit aliquod damnum, vel amisit lucrum seu eius spem. vt in pluribus casibus contingere potest, apponenda est etiam in libello clausula cum damnis, & interesse, &c. Vt non solum reus ad restitutionem rei condemnetur, sed etiam ad damnorum; & interesse satisfactionem. l. non solum. ff. de rei vendi. vbi Vlpianus ait non solum autem rem restitui. iubebit, verum si deterior res sit facta rationem iudex habere debebit, & c. l. domum. C. eodem titul. ibi. omni causa damni dati, &c. Vbi actor petere post quantuum ipse fuisset có-

petere potest quantum ipse fuisset consecuturus si in sua possesione permansisset, l. Iulianus. §. fin. ff. ad exhibend. ibi præterea vtilitates si quæ amisse sunt ob hoc, quod non exhibetur, vel tardius quid exhibetur æstimandæ a iudice sunt, & ideo neratius ait vtilitatem actoris venire in æstimationem non quanti res sit, quæ vtilitas inquit, interdum maioris erit quam res, l. si obtione, ff. eodem titulo, ibi vtilitas petitoris conseruetur, l. si quid, C. de seruit. & aqua ibi, præses prouintiæ reuocare ad pristinam formam, damni etiam ratione habita pro sua grauitate curabit, l. liber homo, ff. ad l. aquili ibi, & ait Celsus legem domino damna salua esse voluisse, l. si seruus in princip. eodem titulo. l. qui petitorio, §. 1. l. si nauis, §. vltim. ff. de rei vendi. cum pluribus alijs, l. 19. & 23. tit. secundo parti. tertia, ibi: *Dezimos que no tan solamente es tenudo el demannado de pechar al demandador, quanto aquel sieruo valia mas, aun todo el daño, e el menoscabo que jurasse con apreciamiento del juzgador que recibiera porque no le fuera mostrado, &c.* & inferius, ibi, *Todo el menoscabo que recibio porque no se lo mostro*, l. 40. titulo 28. parti. tertia, ibi: *E aun con los que pudiera ende lleuar el señor de la heredad.* Et iterum in fine eiusdem l. sunt repetita similia verba. Et pro huius clausulæ clariori intelligentia sciendum est, quod damnum est diminutio, seu ademptio patrimonij l. tertia. ff. de damno infecto edicitur ab ademptione, & quasi diminutione, sed secundum Acursi ibi, in verbo diminutione melius diceretur a perditione ex l. de perditum, ff. de peti. hæredit. Et is dicitur damnum pati qui lucrum amittit. l. proinde la 1. §. vltimo, & l. sequent. ff. ad l. aquili, vel qui priuatur commodo, l. 2. §. damnum, ff. de damno infecto docto in dicta l. vnica, C. de sentent. quæ pro eo quod interest, & dicitur etiam quis sentire damnum cum lucri spem amittit l. secunda, §. marito, vel siculo damnum. ff. ne quid in loco publico gloss. in l. non amplius, §. primo, ff. delegat. 1. præterea qui impeditur voluntatem suam implere, & suo desiderio satisfacere dicitur damnum sentire. §. præterea insti. de actio notat Bart. in l. si filius, qui patri, numero septimo, ff. de vulgat. Socin. in rubric. ff. soluto matrimonio, numero 69. Tiraquell. de retract. consanguin. in præfatio. numero 25. Brun. consilio 114. nu. 56. Menochius de recuperand. posses. remedio 1. numero 422. & eo solo damnum alicui infertur, ex quo aliquid contra eius voluntatem implet. l. fin. ff. de vsu, & habitatio Bart. in l. secunda, numero duodecio, ff. soluto matrimon. Octauia. Cacher. decis. 130. numero septimo, moderni in dicta l. vnica, C. de sentent. quæ pro eo quod interest profer.

104 Ex quibus primo infertur, quod appellatione damni veniunt fructus, l. 1. in princip. ff. ad l. aquili. & in princip. instit. eodem tit. vbi pro dãno dato competit lex aliqua, quæ etiam datur pro fructibus, l. si seruus seruum, §. si oliuam. ff. ad l. aquili. probatur etiam, quia creditores reuocãt alienata in fraudem, vbi agitur de dãno. l. qui autem. ff. quæ in frad. credit. cum similibus quæ reuocatoria datur, & pro fructibus. l. fin. §. fructus. ff. eodem tit. & probatur in l. si merces, §. vis maior, & ex l. ex conducto, §. si vis tempestatis, & §. sed, & si labes, ff. locati, & damni appellatione fructus venire tenent post alios Deci. quæstion. vltim. & Bolognet, numero 104. in rubric. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest, & Re-Rebuff. ibi in præfatio. numero. 52.

Se-

105 Secundo infertur, quod damnorũ nomine veniũt expensę, l. inter quos §. fin. ff. de damno infecto, l. sancimus C. de iudi. authent. ei qui iurat. C. de bon. autho. iudi. possi. tenent Ioann. Andre. & alij antiqui in cap. in nostra de in iur. & post Alexand. Grat. consil. 72. num. 12. lib. 2 Afflict. in constit. Neapol. rub. 29. n. 40. lib. 2. & probatur in procemio ll. Tauri.

106 Quod limita, & intellige in materia fauorabili, secus in contractibus, & in casibus in quibus fit stricta interpretatio, vbi damnorum appellatione non veniunt expensę, dicto capit. in nostra de in iur. capit. in primis 2. quęst. 1. vbi Archi. §. hęc autem insti. de pœna temere litig. gloss. in capite si canonici verbo dãnis, de officio ordin. in 6. Cyn. in dicta l. sancimus, colum. penultim. C. de iudi. Abb. in dic. c. in nostra, & in capite quia nonnulli de rescript. Roma. sing. 342. Deci. in l. edita in fine, C. de edendo, & in capite cognoscẽtes colum. prima, in secunda lectura, de constitutio, Ripa in dicta l. 3. ff. damno infecto, colum. penul. Boeri. decis. 52. num. 7. Rebuff. in pręfatio. ad dict. l. vnic. C. de sent. quę pro eo quod interest numero 57. & Bolognet. ibi in rubric. numero 104. Marc. Solon. in procemio ll. Tauri numero 149. & probat Regia. l. 10. titulo 17. part. 7.

107 Ita ẽ contrario expensarum nomine non veniunt damna dicto capite in nostra de iniur. vbi collect. l. 1. ff. de alien. iudi. mut. cau. fact. vbi notãt Accursi. verbo tenebitur, & Bart. & Alex. in eius additio. Bald. in l. 3. C. de fructib. & liti expens. Ias. & alij in l. 1. § fin. num. 7. ff. si quis ius dicenti non ob temper. Boeri. dicta decis. 52. num. 5. Rebuff. 3. tomo super consti. Regi. in tract. de expens. dam. & interesse. artic. 3. numer. 6. & 7. & in prefatio. ad d. l. vnica. C. de sentent. quę pro eo quod interest num. 59. vbi quoque Bolognet. in rubr. n. 104. versic. item subdunt Marc. Solon. in in dicto procemio ll. Tauri, numero 152.

108 Quid limita non procedere in expensis ratione contumacię debitis ex quibus damna continentur, vt notat Bar. in d. l. 1. colum. 2. ff. de alien. iudi mut. caus fact. vbi Alexã. in eius additio. idem Bart. in l. cum quem temere col. 2. ff. de iudi. cum alijs citatatis per Marc. Solon. in d. procemio num. 154. quod probatur ex l. Regia 5. tit. 3. lib. 4. recop. cuius ipse Marc. Solon. non meminuit dicens in legibus part. & ordi. ibi per eum allegatis de expensis contumatię loquentibus mentionem damnorum non fieri nam dict. l. 5. loquitur in actore contumace non comparente in termino, vbi expensarum condemnatione taxantur etiam damna, ibi: *Y no pareciere el emplazador, o su procurador, que sea condenado en todas las costas que el emplazado jurare que hizo en venida y estada, y las que podra hazer en la tornada, y tasselo primero el juez segun el estado del emplazado, con tanto que no sea mas del emplazado con otro compañero de mula, y mas cien marauedis por el trabajo que tomó, y por los daños que recebio en partir de su casa.*

109 Interesse autem est damnum l. vnica, C. de sentent. quę pro eo quod interest profer. ibi damnum, quod re vera, &c. capite peruenit de fideiussoribus, & dicitur damni ęstimatio, vt notat glossa. prima, in dicta l. vnica, quam ibi sequuntur Doctores, & appellatione interesse venit damnum emergens, & lucrum cessans, vt notant glos. Deci. Rebuff. Bologner. & alij in dicta l. vnica, C. de sentent. quę pro eo, quod interest Alexandr. consilio 58. numero quinto, libro secundo, & Corne. cõsil. 46. col. vltim. lib. 4.

110 Et intereſſe nomine large comprehenduntur etiam fructus l. loci corpus §. in confeſſoria, & ibi notant Bald. & Floria. ff. ſi ſeruit. vendi. idem Baldd in l. ſi filius familias, §. cum fundum. ff. de ve. bor. oblig. Iacob. in l. ſi ex lapidicinis in princ. ff. de iure doti. Deci. & Rebuff. num. 51 & Bolognet. nom. 103. in præfatio. & rubric. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt idem Dec. in l. cum fundus, col. 2. ff. cert petat.

111 Sed expenſe non veniunt appellatione intereſſe Clement. 1. vbi Imol. col. 1. de reſcrip. quem ſequũtur Dec. & Rebuff. num. 62. & Bolognet. nu. 103. in d. præfactio. & rub. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt. quod eſt notandum, quia ſi quis eſſet condemnatus ad intereſſe non intelligitur condemnatus in expenſis. Sed hoc intellige verum de expenſis factis in lite pro conſequenda re, quæ differunt ab ipſa re petita, ſed ſi eſſent expenſe factæ extra iudicium propter damnum datum, tunc comprehenderentur ſub nomine intereſſe l. 1. C. de edil. actio. l. Iulianus, §. præterea. ff. de actio. empti. c. 1. de iniur. cum allegatis, ibi in gloſ. & ita notat Bolognet. in loco proxime citato, vbi etiam id intelligit de expenſis litis ſi verba eſſent generalia, quia intereſſe eſt damnum, d. l. vnica. C. de ſentent. quę pro eo, quod intereſt, & expenſæ ſunt damnum, quod intelligo in fauorabilibus ſecus in contractibus, & in caſibus in quibus fit ſtricta interpretatio, vbi expenſæ, non comprehendũtur, ſub damnorum nomine prout ſupra diximus.

112 Vltimo circa hanc clauſulam eſt ſciendum, quod actor de neceſsitate non tenetur in libello certam quantitatem damnorum ſui intereſſe exprimere, ſed ſufficit in genere condemnationem eorum petere ſicut in fructibus diximus, & poſtea in proceſſu probare, & liquidare, vt notat Ferrara in practica in forma libelli in actione reali in verbo, & in florenis decem num. 1. & in verbo tot, & tantos fructus Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur in princ. circa finem, ff. de verborum obligat. & notatur in l. certi condictio in princip. ff. ſi cert. petat. & in d. l. vnica C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt, & in §. curare inſti. de action. & ſi probata ſit certa quantitas iudex debet in illa reum condemnare, vt notat ſpecul. in titulo de fructibus, & intereſſe §. fin. verſic. ſed qualiter vbi Ioann. Andre. in eius additio. Alberic. in l. 1. col penult. ff. de actio. empti. Purpur. in l. certi condictio. num. 98. cum ſequentib. ff. ſi cert. petat. Rebuff. in dict. l. vnica, in vltima quæſt. num. 55. & ibi Bolognet. num. 174. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. l. 20. tit. 9. lib. 3. recop.

113 Si vero ſit intereſſe petitum, & in proceſſu non ſit liquidatum poterit iudex ad illud reum condemnare, & in executione ſententiæ liquidare, vt tenet Cardi. in cap. ſacro, col. vltima de ſentent. excomun. Soci. in cap. ſignificantibus in 3. membro verſic. ſexto infertur de libelli oblatio. Roma. conſil. 270. Aufreri, in deciſ. Capel. Thol. q. 267. Rebuff. loco citato n. 56. & Bolog. n 175.

114 Et poteſt etiam iudex ſuper his damnis, & intereſſe in certã proferre ſententiam taxatione ſibi reſeruata ſicut in expẽſis, & fructibus diximus vt notat Bart. in l. ſi tertius, §. officiũ ff. de aqua pluuia arcenda, Anton. de Butrio, in ca. grauis de reſti. Spoliat. Guid. Pap. quæſt. 405. Rebuff. in l. quod iuſsit. ff. de re iudi. & in d. l. vnica, C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt in præfactio. num. 83. & in ead. l. in vltim. quæſt. num. 57. vbi etiam Bolognet. num. 175. Quod intellige quando ex probatione in proceſſu facta non poteſt ferri certa ſententia nam alias iudex ſemper curare debet

vt certam proferat sententiam. §. curare insti. de actio. l. 20. titul. 9. lib. 3. recop. ibi: *Mandamos a los juezes inferiores, que en las sentencias que pronunciaren, en que ouiere condenacion de frutos, o intereßes hagan toda la declaracion que conuiniere, y ouiere lugar de se hazer, &c.*

115 Octauo vtilis, & necessaria est in ali quibus casibus clausula cũ annexis, & pertinentijs &c. in quibus operatur, vt libellus generalis, & incertus admittatur, cap. cum venerabilis, ibi cũ suis possessionibus, & pertinentijs de exceptio, vbi notat Abb. num. 2 capit. cum ad sedem de resti. Spoliat. vbi Innoc. col. 2. Abb. numer. 8. & Imol. num. 4 idem Innoc. in capit. tanta de excesib. prælat. & in capit. certificari de sepultu. scrib. in capit. 1. de libelli oblatio.

116 Quod restringe, & intellige in casibus sequentibus prim. s est in iudicibus vniuersalibus, in quibus dicta clausula operatur, vt sub eius generalitate comprehendantur omnia accessoria, & pertinentia actioni intentate, sicut enim petitur hæreditas veniunt omnia quæ sunt in hæreditate, & ita intelligunt, & declarant gloss. Innoc. & Abb. in d. cap. cum ad sedẽ de resti. Spoliat. Lanfranc. in capite quoniam contra verbo petitionem, num. 6. de probatio. Alexand. consil. 184. lib. 1. & probat Regia l. 4. titul. 2. lib. 4. recop. ibi: *Saluo en los casos y cosas que se puede poner demanda generalmente assi como sobre herencia, o cuenta de bienes de menor, o de mayordomia, o de compañia, o en otras cosas semejantes.*

117 Secundus casus est, quando principaliter petitur aliqua res, quæ habet pertinentias, vt si petatur castrum, Ecclesia, vel hospitale, vel alia similis res cui pertinentiæ sint accessoriæ nam tunc admittitur libellus generalis, cum dicta clausula sub qua veniũt omnia accessoria iura, & pertinentiæ vt in cap. cum dilectus de ordine cognitionum, dict. c. cum ad sedem, vbi Innoc. & Abb. num. 9. & imol. nume. 21. de resti. Spoliat. facit l. verbum pertinere de verb. signi. & probat d. l. 4. tit. 2. libr. 4. recopil. ibi: *O si se pidiere villa, o castillo, que baste pedirlo con todos sus terminos derechos, y pertinencias, aunque no diga quales. y quantos son.*

118 Tertius casus est, quando sunt accessoria actioni in iudicio deductæ, vt interdicto, vnde vi, in quo ex eius natura veniunt omnia bona mobilia, & immobilia, ibi existentia, & omnia damna, & interesse, l. 1. §. rectissimæ, ff. de vi & Viarmata Innoc. & Abb. in dicto cap. cum ad sedem de resti. Spoliat.

119 Quartum, quintum, & sextum casum ponit d. Regia l. 4. titul. 2. lib. 4. recopil. quorum vnus est quando petitur orcha, valisia, fardellum, seu alia res similis quæ fuerit tradita clausula, vel sigillata. Alius est quando petitur res quæ consistit pondere numero, vel mensura. Vltimus est quando petitur res quæ tempore quo petitur non possit per reum in specie declarari, nam cum iuramento, & protestatione in prosecutione litis eas res declarandi admittitur talis libellus incertus, cum dicta clausula generali, vt expresse ait dicta l. 4. ibi: *Y lo mismo pidiendo arca, o baul, fardel, maleta, o barjuleta, que se ouiere dado cerrado, o sellado en guarda, que aunque no declare las cosas particularmẽte, q̃ estuuierẽ dẽtro, baste pedirse generalmẽte, y lo mismo si se pidiere cosa de peso, o medida, o otra cosa si jurare al tiẽpo de la demanda, que no sabe, ni puede mas declarar, y protestare que hara mas, y mayor declaracion en la*

120 *prosecucion de la causa y pleyto.*

In alijs autem singularibus actionibus, vbi pertinentiæ non accedunt petitioni, vel rei nihil operatur dicta clausula, nam cum in eis reus debeat

deliberare, an velit cedere, vel contendere, & debeat etiam ferri certa sententia necesse est, vt res in specie exprimantur in libello, vt dicti Doctor. notant, & expresse disponit dicta l. quarta, titulo segundo, libro 4 recop.

Sed est aduertendum, quod quando res petitur cum suis pertinentijs appellatione pertinentiarum veniũt ea quæ lege statuto, vel consuetudine deputata sunt, vt accedant secundum Innoc. & Abb. & alij in d. cap. cum ad sedem de resti. Spoliat. qui hoc per plura exempla declarant, & Ferrara in practic. in forma libelli in actione reali verbo cum pertinentijs suis, num. 1. Socin. reg. 295. in prin. & consil. 47. versic. sed iterum, Socin. Iunior. consil. 160. num. 33. lib. 2. Ant. Gabriel. lib. 6. de verbor. signifi. conclusion. 1. Et quid pertinentiarum nomine veniant in legatis fidei cõmissis concessionibus venditionibus, vel alijs dispositionibus suis in locis dicemus circa quod vide Gabriel Roma. vbi supra, fol. 1504.

121 Nono non nocebit clausulæ omni meliori via, & forma, &c. quæ licet non sit necessaria erit tamen vtilis, quia operatur, vt in iudicio libellus interpretetur eo modo quo fauorabilior est libellanti, vt notant Butri. in cap. literæ de dilatio. Abbas. & alij in cap. exhibita de iudi. Imol. in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. 2. & in l. nemo potest, in prin. ff. de leg. 1. Maranta de ordine iudiciorum 6. par. 3. membro. numero 10. Et operatur, vt melior via censeatur electa, Grat. responso 23. numero 11. & respons. 48. num. 20. lib. 1. Ioseph. Ludou. decis. 117. numer. 4. Et facit cessare pœnam petentis plus debito Grat. resp. 63. n. 6. lib. 2. Ioseph. Ludouic. d. decis. 117. num. 3. Et operatur plures alios effectus non solum in iudicijs, sed etiam in contractibus & vltimis voluntatibus, quos notant, & congerunt Alexand. consil. 7. col. 3. lib. 3. & consil. 80. num. 7. lib. 5. Feli. & Deci. in cap. cum super. numer. 12. de officio deleg. Lofred. consilio 29. num. 1. Grat. responso 7. numer. 25. & & respons. 113. num. 2. cum alijs seq. Anton. Natta qui plures citat. consil. 120. num. 27. & consil. 453. num. 13. cũ sequentibus. Cephal. consil. 100. n. 4. lib. 1.

122 Decimo solet etiã in fine libelli ab aliquibus aduocatis poni alia clausula, scilicet saluo iure addendi minuendi, & declarandi, &c. Quæ clausula nihil operatur vltra ius commune, vt notant glos. & Doctor. in ca. inter dilectos in princip. de fide instru. Specul. in titul. de libelli conceptio. §. nunc ostendamus, in fine, Bart. in l. non solum, §. morte. ff. de nou. oper. nuntia. & in l. ne sennius. ff. de negot. gest. Ferrara in practi. in forma libelli in actione reali, verbo saluo iure, num. 1. Fulgos. consil. 139. ideo recessit ab vsu, & moderni aduocati ea nõ vtuntur, quia etiam si apposita sit libellus mutari, nec emendari potest post litem contestatã, vt notat glost. in dict. cap. inter dilectos in princ. de fide instrum. quam ibi sequuntur cõmuniter Scribentes tenent etiã glos. Bart. & communiter Doctores in l. edita. C. de edendo vbi Ias. num. 41. Deci. num. 89. & 90. Ripa num. 44. & Bolognet. num. 85. testantur hanc esse communem opinionem, qui eam in nonnullis casibus limitant.

123 quod procedit secundum Alexan. & Ias. num. 42. & Deci. numer. 55. & Bolognet. d. num. 85. ibi etiam si reus consentiat huic protestationi eum consensus partium nihil posit disponere circa ea quæ sunt de substantia, vt notat glos. in cap. de causis de officio de legat. cum alijs per Ias. in d. loco citatis. Sed licet hæc extensio sit de iure communi, vera hodie de iure Regio, videtur quod substineri nõ posit per l. 10. tit. 17. lib. 4. recop. vbi

vbi consensu rei possunt omitti substãtialia iudicij, ibi. *O q̃ desfallecẽ las otras solemnidadet y substancias de la ordende los juyzios que los derechos mandan, o alguna dellas, &c.* & ibi. *Y assi mismo, que si las cosas que fueren de substancia del juyzio, y la parte pidiere, declarandolas que la otra parte las guarde, y no quisiere seyendole mãdado, &c.* Nota verba. *Y la parte pidiere que la otra parte las guarde.* Ex quibus probatur aperte, quod in substantialibus attenditur voluntas rei qui expresse noncontradicendo potest consentire, vt substancialia iudicij minime interueniant. Sed dicta l. 10. non obstante procedit etiam. Hodie extensio Alexand. Ias.& Bolognet, qui locuntur in expressocon sensu, qui in substantialibus nihil operatur Clem. sæpe vbi gloss. de verb. signifi.& Doctores in d cap. de causis de offi. delegat. & Bald. in authẽ. hoc sacramentum ad finem, C. de iuram. calum.& dicta l. regni loquitur in tacito cõsensu, qui in hoc casu plus operatur quam expressus, cap. 1. §. 1. de iuram. calum. in 6. notant Ias. & alij in l. cum quid. ff. si cert. pet.

124 Declaratio autem libelli, etiam absq; dicta clausula potest fieri post litis contestationem, vsque ad sententiam nisi ad petitionem rei compellatur actor declarare ante litem contestatam, l. hęredes palam, §. si quis post ff. de testament. B. in l. si quis intẽtione ambigua, ff. de iudi. & l. inter stiulantem, §. si stichũ, ff. de verb. oblig. Alexand. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto Ferrara in practica in forma in actione reali in dicto verbo saluo iure addendi. n. 3. Deci. Bolognet. & alij in d. l. edita, C. de edendo.

125 Et quod sit addere, mutare, aut emendare, & quando, & vsque ad quod tempus fieri possit declarãt latissime Scribentes in d. l. edita. C. de edendo, & Ferrara in practica in dicto verbo saluo iure addendi in forma libelli in actione reali. Desistere autem in totum, & liti renuntiare actor poterit in quacunque parte iudicij, l. destitisse, ff. de iudi. l. postquam liti, C. de pactis, vbi Scribentes, & in d. l. edita & quando possit soli instantiæ renũtiare declarant etiam Doctores in locis proxime citatis.

126 Vndecimo actor in fine libelli debet ponere iuramentum calumniæ iurans per Deum, & signum Cruzis petitionem illam nonfacere malicio sæ nisi causa ius suum consequendi, & quia intendit eam probare l. 2. §. 1. authent. hoc sacramentum C. de iure iur. propt. calum. dan. c. 1. & per totũ de iurament. calumniæ, l. 2. titul. 8. p. 3. ibi: *Deue tomar iura del que el emplazamiento, e la demanda que le fizo, nõ se mouio a fazerla maliciosamente, mas porque tenia que la podia fazer cõ derecho.* Et l. 23. titul. 11. eadem par. 3. ibi: *Que tomassen los juzgadores jura tambien de los demandadores, como los demandados, luego que el pleyto fuesse comencado, &c.* l. 1. tit. 2. lib. 4. recop. ibi: *Y haga juramento que cree, y entiende que tiene testigos con q̃ puede probar su demãda,* & quamuis hoc iuramentum calumniæ de iure præstandum erat post litem contestatam de iure communi, & per dicta iura, tamen de stylo, & consuetudine apponitur in principio in quibuscunque actionibus, & remedijs, siue oppositionibus, & in accusationibus, & denuntiationibus. Sed iure Regio hoc iuramentum calumniæ, non est de substantia iudicij, nisi vis a parte sit petitum per l. 10. tit. 17. lib. 4. recop. ibi. *Y lo mismo en no jurar de calumnia seyendole pedido, y mandado dos vezes, que entonces sentenciando el juez, sin se fazer lo suso dicho, sea quido el pleyto por ninguno, y el juez condenado en costas.* Quod iuramentum tenentur etiam facere procuratores, tuto-

tutores,& alij qui alieno nomine litigant l. 2. §. quod obseruari; vbi Scribentes, C. de iure iur. propter calum. dan. & quando iuramentum præstatur a procuretore fit in animam mandantis, cap. procurator de electio in 6. nisi in iuramento calumniæ veritatis respondendo positionibus, quia tunc procurator etiam in animam suam tenetur iurare, cap. 1. §. 1. de iuram. calum. in 6.

127 Duodecimo & vltimo libellus debet esse subscriptus de manu aduocati cogniti, l. 4. tit. 19. lib. 2. recop. prope finem, ibi: *Y que los escritos que en los pleytos se presentaren, vengan firmados de letrado conocido.*

128 Libello itaque rite & rectæ concepto actor cum coram iudice competenti porrigere debet authent. offeratur, C. de lit. contest, & si intentionem suam per instrumenta probare intendit ea simul cum libello producere debet iurans, vera & certa esse quæ postea nisi cum iuramento, quod de nouo ad suam notitiã venerunt producere non poterit, vt dispo nit l. 1. tit. 2. lib. 4. recop. Et oblato libello iudex præcipere debet, vt copia illius detur reo, vt veniat responsurus, juxta gloss. in l. de pupillo, §. meminisse verbo eum, vbi Bart. Alexand. Iass. & alij, ff. de noui oper. nunti. & gloss. in capit. ex parte el 1. vbi Abbas, de verbo signific. quæ copia datur, vt reus videat an debeat cedere, vel contendere dict. authent. offeratur. C. de lit. contest. Ang. & alij in l. 1. §. edere. ff. de edendo, & probat Regia l. 40. tit. 2. par. 3. & l. 4. tit. 2. lib. 4. recop. Et si causa est leuis iudex præcipere potest, quod reus soluat, vel faciat in petitione contenta, & si sentit se grauatum compareat responsurus, quæ practica sumitur ex dicta gloss. in dicto §. meminisse vbi eam ad hoc notant Bart. Alexan. & Ias. num. 8. & ex gloss. in dict. cap. ex parte, el 1. in glos. fin. ad finem de verb. sign. notat etiam idem Bart. in l. 1. C. de executio. rei iudi. & in hoc casu reo compatente præceptum illud executiuum resoluitur in vim simplicis citationis, vel nuntiationis, vt scripsit Bald. in l. 2. col. n. 3. C. de Episcop. audi. & in l. ea quidem. C. si manc. ip. ita fuerit. alie. & Alexand. alios allegans in dicto. §. meminisse, & Ias. in l. nec quid quam, §. vbi decretum. n. 6. ff. de offi. proconsul.

EX CAP. DVODECIMO.

summaria.

1 *Citationis diffinitio quæ sit, & quo iure inducta.*

2 *Princeps non potest tollere primã citationem quia est de iure naturali, neque eam supplere.*

3 *Citatio est duplex, realis, & verbalis.*

4 *Pluribus modis citatio fieri potest.*

5 *Citatio in ordine iudiciario est fundamentum ipsius ordinis & processus.*

6 *Citatio cum sit de iure naturali, & diuino per eius defectum iudicium, processus, & sententia annullantur.*

7 *Quod etiam procedit non solum quando citatio omissa fuit, sed etiam quando fuit nulla, & minus*

nus legitime facta.

8 *Et procedit etiam in claris manifestis & notorijs vbi requiritur citatio.*

9 *Citatio non est necessaria quando constat nullam defensionem competere illi qui erat citandus.*

10 *Citatio nulla & inualida efficitur legitima, si post citationem citatus comparuerit.*

11 *Plura sunt necessaria adhoc vt citatio sit legitime facta.*

12 *Citatio debet fieri de mandato iudicis.*

13 *Citatio debet fieri a suo propio iudice vt valeat.*

14 *In citatione libellus debet inseri si reus sit absens, & si sit presens non est necessarium.*

15 *In citatione debet assignari congruum tempus.*

16 *Inuoluntate citati est comparere personaliter, aut per procuratorem.*

17 *Citatio prius facienda est in persona, & in subsidium domui.*

18 *Quando citatio est facienda in domo debet fieri in domo proprie habitationis.*

19 *Citatio debet fieri peremptorie dato solo vno termino.*

20 *Citandi sunt in iudicio hij de quorum praeiudicio principaliter agitur alias processus & actus erit nullus.*

21 *Citatio ad instantiam partis debet fieri.*

22 *Quando iudex ex officio procedit vt huqua iudex ex officio facere potest non requiritur citatio.*

23 *Citatio in actis processus inscripta praesumitur facta ad partis petitionem.*

24 *Citatio licet sit nulla ex defectu mandati, vel petitionis partis non redit processum, nec sententiam nullam, vbi non erat necessaria.*

25 *De iure regio requiruntur duo testes in citatione facta per nuntium si sit de minimis nunt ijs. Si sit facta per ianitorem regis vel per iudicem vnus tantum sufficit.*

26 *Quando reus est citandus extra territorium iudicis citatis. Citatio debet fieri per literas requisitorias subsidiales.*

27 *Iudex per literas suas potest citare reum in alio territorio, quando vtrumque territorium est sub eodem Principe.*

28 *Plures sunt effectus citationis.*

29 *Per citationem praeuenitur iurisdictio.*

30 *Iurisdictio perpetuatur per citationem.*

31 *Citatio interrumpit longissime temeoris praescriptionem.*

32 *In actione reali per citationem res efficitur litigiosa.*

33 *Citatio facit litem quoad hoc vt non possit nil inouari.*

EX

CAPVT DVODECIMVM,

DE CITATIONE QVAE NEcessaria est in omnibus iudicijs.

1 SECVNDVS Actus post libelli oblationem qui in ordine iudiciario requiritur, est citatio quæ vocatur in ius vocatio per textum.ff.& C.de in ius vocando,& idem ait Rebuff.in tractatu de citatione in præfatio, numero 20.in 3 tomo super constitu.regi,citatio est ad iudiciũ legitme facta bocatio ex c.pretereade dilatio,ibi,reo ad iudiciũ legitime conuocato,quod etiam probat.l.1. tit.7. part.3, & fuit citacio inuēta de iure diuino,vt probatur Cens.c.3.& in c.serpens de pęniten.dist.1.c. Deus omni post.2.q.1,gloss.in extrauaganti rem non nouam de dolo & contumacia, & in communibus Ang.in §.fin.institu.de pœna temere litig.Abb.in.c.cum olim,col.vltima de re iudicata Felin. in c.ex parte,col. 2.de officio deleg. Rebuff.in d.tractatu, de citatione in præfatio,numer 23.& quoad defensionem est etiam iuris naturalis.l.nã ita diuus.ff.de adoptio.l.de vno quoque.ff. de re iudicata.l. vt cum. ff.de iustitia & iure. Clemen. Pastoralis, §.cæterum de re iud, notant Alueri. in l.caque,col. penuma.C.quomodo & quando iud. Bart. in extrauaganti ad reprimendum in verbo Figura, Bald.in l. fin. C. de legibus,& in l. executorem. C.de executio rei iud. Soc.in, in tractatu de citatione,artic. 7.vers.36.Rebuff.plures alegãs in d. tractatu de citatione in præfatio,numer.24.cum sequen. Et quoadmodum &formam est inducta de iure ciuili,& canonico.l. Arrianus. ff.de iure Fisci.c.inter quatuor de maiorita te,& obed. Aluericu in d.l. ea quæ. C.quomodo & quando iud.Bal.in l. 1.numer.7.eodem titulo Bar. in d.extrauaganti ad reprimendum verbo, sine figura,Iacob.de Bellouis.in repeti. §. contrahentes. cap.Romana, numer.32. de foro competenti Rebuff.in loco citato,num.26. &. probatur iure regio ex toto titul.7.part. 3.& ex titul.3. lib.4.recopi.& ita modus multiplicandi citationem est iuris ciuilis l.fin.ff.de ferijs,l. ad peretorium cum sequenti .ff. de iudicijs. l.inter accusatorem de accusationibus.l.consentaneum,& auth.sequen. l.tres denuntiationes.C.quomodo & quando iudex,quæ iura adhoc notãt post alios Iacobus de Vellouisu, & Rebuffus in locis supra citatis.

2 Ex quibus infertur quod quamuis princeps non possit tollere primam citationem quæ est de iure naturali per iura alegata neque censetur eam suplere per clausulam supplẽs omnes defectus,vt post Stépha. & Ludouic. Gome. tenet Couarru. practicis quęstionibus. c.23.nume.6. vers.4. Nec etiam de plenitudine potestatis potest citationem princeps tollere neque supplere, vt tradunt Capici.decis.69. numer.26. Crauet. Consi. 5.num. 3. & 4. lib. 1. Alciat. consi.166.num.10. Pinel.in rub. primi partis,cap.2.nu.21. C. de rescindenda vend. vbi testantur communem oppinionem, Cephalus, consil. 518.num.40.lib.4.Tiberi.Decia.responso 23.num.19 lib.1. Attamen tollere potest alias citationes quæ sunt inductæ de iure positiuo ad sententiam,vt notat Bal.in c.cum sit Romana, col fin. de appellatio Matheus de Afflict. decisione 283. numer. 5. Abb. in c. interquatuor notabili. 2.

de

de maioritate & obedientia, Decius in cap. ex parte, num. 6. de officio ordinari, & in cap. ex parte el 2. nume. 16. de officio deleg. & in l. militis, numer. 12. ff. de testamento militari, Rebuff. in dict. tractatu de citatione in præfatio, num. 36. Moderni in Clemētina sæpe de verborum significatione, Couarrub in d. c. 23. num. 6. versic. primum, Sebastian. Vantius in tractatu de nullitate sententię in tit. quibus modis sent. nulla repar. pos. num. 107. Cephalus consilio 89. numero. 19. lib. 1. Bursat. consil. 73. num. 19. lib. primo.

3 Et est sciendū, quod citatio est duplex realis & verbalis, realis est quā do quis reipsa tractatur, & per capturam ad iudicium ducitur. l. pleriq; ff. de in ius vocando. c. proposuisti, vbi seruientes de foro competenti. c. si iudex laicus. c. si clericos de senr. excommuni. in 6. cum alijs. Verbalis citatio est quæ fit verbis, & est duplex vna legis altera hominis, legis citatio est quæ à lege fit, vt intra certum tempus à lege statutum quis cō pareat. l. fin. C. de dolo. c. 1. & c. cupiētes de electione in 6. c. quamuis de officio ord. eodem libro citatio hominis est quæ fit ab homine ante iudicium & durante iudicio & eo fini to, vt declarat Bal. in c. quoniam cōtra de probationibus, & Rebuff. in d. tractatu de citatione in prefatio, numer. 57. vbi in num. 47. cum seq. tradit diferentiam inter citationem legis & citationem hominis.

4 Fit autem citatio pluribus modis videlicet per iudicem, per notarium, per Nunrium, per literas, per editū, per vocem præconis, per campanam, & per partem, vt late tradit, & declarat Rebuff. in dict. tractatu de citatio. quæst. 4. num. 54. cum pluribus seq. & de nonnullis ex his loquitur. l. 1. tit. 7. part. 3. & in l. 2. tit. 29. par. 7. & l. 3. tit. 1. lib. 4. recop. & l 3. titul. 10. eod. lib. & l. 7. tit. 6. lib. 2. eiusd. recop. & etiam per regem, l. 1. titul. 7. part. tertia.

5 Et ad eo est necessaria citatio in ordine iuditiario quod dicitur, & est fundamentum ipsius hordinis, & processus, vt in §. fin. inst. de pœna temere litig. tenet gloss. & Docto. in rubri, C. de in iusuocando, gloss. in Clem. 1. verbo citationes de iudicijs Marant. de ordin. iud. 6. part. 1. membro. numer. 1. & Alciatus in practica. fol. 13. num. 1. Roland. consi. 68. numer. 16. lib. 2. & probatur in prin. tit. 7. part. 3. ibi: *E por ende los emplà çamientos son rayz é comiençó de todo pleyto que se ha de librar por los judgadores.*

6 Et cum citatio vt dictum est sit iuris naturalis diuini, ac ciuilis eius defectus redit nullum iudicium processum & sententiam & omnia inde secuta. c. 1. de causa posses. & propiet. Clem. pastoralis. §. Cæterum de re iud. l. de vno quoque, vbi scribentes ff. de reiud. l. eaque, C. quomodo, & quando iud tenet Bart. in l. 3. §. sticus, ff. de estat lib. vbi alij Docto. Aluer. in l. prima, ff. de in iusuocando Afflict. decisione 346. in fine Marant. de hord. iud. 4. part. 16. dist. numer. 10. Cauiunculus, consilio 27. numero 37. cum plurib. seq. Zasi. consilio septimo, numero 22. cum seq. libro secundo Socin. consilio 158. numero 15. libro secundo, & consilio. 54. numero quarto, libro quarto, Bursat. consilio 74. numer. 20. lib. 1. Grogo. Lop. in d. princ. tit. 7. par. 3. in glo. ver bo, *Son rayz*.

7 Quod procedit non solum quando omissa fuit citatio, Sed etiam quando fuit nulla, & minus legitime facta, nam tunc processus, & sententia, & omnia inde sequta sunt nulla, vt notat gloss. fin. in l. si acusatoribus, C. de accusatio. Bal. consilio 173. libro quinto, & in cap. primo. §. si clericus, col. prima de Pace tenenda, Marsil. in rub. de fideiussoribus, num.

num.419.& in practica.§.2. num.90. & in §.quoniam, numer. 40. Brunus conf.114. numer.371. cum seq. Ruyn. conf.31. in princ. lib. 5. Crotus consi. 90.num.16.cum seq & num.21. & 35. vbi Claud.Cacciunc.d.conf.27.num. 56.68.130.& 159.cum sequent. Grammat.conf.1. numer.8. & 9. Beroi.cõs. 65. unmer.151.cum sequentib.lib.1.& conf.18.lib.3. Vant. in tract. de nullit. ex defectu citatio, numer. 22. & sequent. Afflict.in const.Ciciliç lib.2. rub.3.numer.36.Gigas in tractatu de crimine læsæ, lib.2.quæst.1. num.26. Roland.conf.68.numer.14.lib.2. Cephal.conf.241.num.58.& sequent.lib. 2.paria enim sunt citationem non esse factam,vel non legitimæ factam.l. fin.ff.de ferijs & doctores citati.

8 Quod extende, vt procedat etiam in claris manifestis & notorijs in quibus etiam requiritur citatio, vt scripserunt Salicet.in l.ea quidem,num. 86.C.de accusatio.qui hanc testantur communem opin. Decius in l.fin. numero 15. ff. de iurisd. omnium iudi. Anton.Gomez de delictis. cap.1. nu. 43. vbi etiam testatur communem Cephal. conf.374. numer. 27. lib. 3. gloss.in c. cum dilectis filijs de purgatio. Canoni, in verbo indicenda, Alex. in l. à Diuo Pio. §. in venditio.ff.de re iud. vbi hanc testatur cõmunem opinion. & tenent plures citati per Phi. Porti. in regulis suis, verbo citãda est pars, vers. 1. vbi plures alias extensiones tradit vsque ad 116.

9 Limita tamen supradictam conclusionem, vt non procedat quando constat nullam defensionem competere illi qui erat citandus, quia tunc citatio non est necessaria, c. quanto de translatio. episcep. & notatur in cap. cum olim de reiud. & in cap. cum sit Romana de appellatio tenent Abb. & Felin. late in dict. cap. cum olim. numero 11. de reiud. Roman. consilio 483. Maria. Socinus in rub. de dilationibus,art.7. in prin. Thom. Gramma.deci.65.num.8 & 9.tenent, & testatur communem Hipo. in l. de vno quoquæ, numero 84. & 94. ff. de reiud. & in rub. de probat. numero 218. & sing.30. Boer. in l. consentaneum, numer.59. C. quo modo & quando iudex Ant. de Burg. in c. fuit numer. 76. de emptio. & vendi. Vant. de nullitat. sent. pag.250.num. 20.sequitur etiam Octauia. Cacher. decis. 125. num. 7. & plures casus in quibus non est necessaria de iure citatio congerit Maria. Socin. in rub. de dilatio artic. 7. & Iason in l. nec quicquam,§.vbi decretum. ff. de officio proconsul. Marant. de ordine iud. 6. part.1. membro, numer.5. cum pluribus sequent. Vant. de nullit. ex defectu cita.num.21.Couatru. pract. quæstio.c.23.num.6.vers.2. & 60.casus tradit Hippolyt. in dict. l. de vno quoque.ff.de re iud.& 115.scribit Anto. Nicellus in concord. gloss. iuris Cano.& ciui.num, 53. & 124. casus, tradit eiam Phel.Porti.in loco supra citato.

10 Adde etiam ad limitationem dictæ conclusionis quod si ad notitiam citati venerit & post citationem comparuerit, etiamsi nulla & inualida sit citatio efficitur legitima, vt tradit post alios Felinus in c.cum contingat. num.20.de rescript. Beori.decis. 235. Rebuff. in dict.tractatu de citatio. in præfactio.num 113.Vant.in d.tractatu de nullitate ex defectu citatio. num. 122.cum sequẽt.Roma.conf.400. vbi mando in aditio Ant. Gabriel.lib. 2. communi.opinio.tit de citatione,cõclu.3.num.Menoch.lib.1. de arbitra. iud.quæst. 66.num 3.Bursa. conf. 73. num.20.lib,1. Vbi hanc testatur cõmunem oppi. & in conf. 74. numer. septuagesimoqnarto, tradit plura ex quibus probatur notitia, seu scientia citationis.

11 Sed adhoc vt citatio legitime sit facta & valeat plura sunt necessaria,

nam

nam requiritur primo quod citatio sit facta seruata forma mandati, l. aut qui aliter, & l.6.ff.quod vi aut Clam. tradit Vant in dict.titul. de nullit ex fectu citatió,num.152.& Zasi. cons.7. num.24.lib.2.& Bursat.cons.74.num. 11.lib.1.

12 Secundo requiritur quod fiat de mã dato iudicis,l. fin.C. de exiuend. reis authent.de quęstore,§.siuero,vbi Bar. & alij col.6.c.1.vbi Abb. & alij de iud. glos.in l.Sancimus, C. ad Trebellia. Docto.in c.quoniam contra de probatio,& probat,l.regia.1.3.& 7.tit.7.par. 3.& l.3.tit.3.lib.4.recop.& in captura, l.6.tit.4.lib.3.& l.7.tit.23.lib.4.recop.

13 Quod intellige quælibet citatio debet fieri à suo iudice, vt posit dici legitima.l.1.§.item ex edito.ff.quæ sent.sine appellatio resind.l. si pater. C.ne de estatu defunt.c.vt debitus de app.& intellige etiam de iudice competenti iurisdictionẽ habentẽ Clem. 2.vbi glo.verbo competenti, vt lite pendente.l. contumacia in fin.ff.de re iudi.scribentes in l.si quis ex aliena. ff.de iud.Iaso.in l.moræ,nu.6.ff.de iurisd.omnium iud.Deci.in c.si duobus nu.6.de appellatio. Angussol, cons. 49.num.2.lib.3.Lancelot.de attent.2. p.c.4.in prefatió. num.51. Nam processus,& sententia lata post citationẽ commissam a'b non habente authoritatem , vel in non subditum est nulla, l.1.& fin.C.si a non comp. iud. c. at si si clerici de iud.Felin.& alij in rub.de foro compet Iason,cons.60.art.1.lib.1. Cacciune.cons.27.nu.116.Cephal.cós. 241.num.35.cum seq.lib.2.

14 Tercio in citatione inserendus est tenor libelli si reus sit abss nsi vero pręses,nó vt tenet Salic.in auth.offeratur C.de lite cótest.quẽ refert,& sequitur Greg.Lo.in l.1.ti.7.p.3.in gl.verb. *Fazer derecho*,cuius opinio expresse ap-

Quarto requiritur,quod in citatio-

15 probatur per l.3.tit.3.lib.4.recop.

ne congruum tempus asignetur,l. aut qui aliter, §.primo. ff. quod v.i aut, clam.vbi.Bart.& l.per interualum,ff. iud. vbi Castren , quia ex nimis arta dilatione , & breui tempore reditur nulla citatio cum citatus sit reus pro tempore quo venire non posit,vt notat Bart.in dict.l. aut quod aliter, nu. 2.ff.quod vi. aut.clam. Abb. in c. dilecti,num.20.de dolo,& contumatia, Felin.in c.cum olim.num.7.de exceptio. Aflictis,vbi Curs.deci.124 Casad. decisione 6.nu.3. Vant.de nullit sent. ex defectu cita,num.67.& 70.Follier in practi.crimi.pagin.44.nu.22.Crecen.deci.71.Aymon.cons.103.num.9. lib.2.Hinc est quod edita seu proclamata præsumuntur in notitiã, Burs. cós.125.n.1.deuenisse quãdo in eis date essent cógrue dilationes secus si tẽpora sunt adeo angusta, vt verisimiliter nó possint deueuire in omniũ notitiá:quia tũc eorũ scientia nó præsumitur vt probatur in authent dilitigio,§ fin.vers.1.iuncto vers.edita vero in multos dies sic posita pœne omnes agnoscere , & in l. qui cum vno, §.fin.ff.de re millit,vbi parcitur tironi ignoranti diciplinam militarem,tradit Otauian.Cocher.decis.71.nu.40. cum alijs sequent. vbi post alios plura in confirmacionem aducit.Et quãbis de iure communi valet citatio nullo præfixo termino , vt tenent Scribentes communiter in c. cumparati de appellatio Alexand.in l.liber homo la 2. §. decem , ff. de verborum oblig.vbi Iason,numero quarto hanc testatur communem opi. & Felin. in cap.consuluit de offic. de legat. Boer. decis. 235.& in hoc casu intelligitur , vt quam primum posit citatus comparеat,vt dicti Docto.tenent, & testatur commun.opin. Vant.dict. tit. de nullit.sent. ex defectu citatio. num.71.& Gregor.Lop. in l.11.tit.7. part.septima , in glos. verbo, *Que le fueren puestas*. Tamen de iure regio contrarium probatur,ex dict.l.11.ibi,

A los plaços que le fueren puestos. Et expresse, l.1.tit.3.lib.4. recop. asignat terminum qui in consilio regali, & in curijs regis est in citatione apponendus, at in inferioribus curijs semper arbitrarie datur in citatione terminus in specta loci rei distantia.

16 Quinto nemo citandus est, vt personaliter compareat, nam in voluntate est cōparere per se, vel citati procuratorem, l. plerique cumduabus, ll. seq ff. de in ius vocando, l. prima, ff. de procurato. c. quærelam extra eodem titul. Scribentes in c.1. de iud. in 6. & in l. vltima, C. de procurato. Bernard Diaz in practica cap.113. Aflict. in consti. Nea. pol. lib. 1. rub. 96 num. 14. & 50. Parisius, consil. 120. numer. 1. lib. 1. & ponit de hoc regulam Maria. Socin. in tracta de citatio. art. 20. num. 25. cum pluribus seq. & Ripa. in cap.1 num. 20. de iud. vbi limitat 5. modis, & ita expresse dispositum est iure regio per l.3. tit.7. par.3. & l. 15. titulo 3. lib.4. recop.

17 Sexto citatio primo facienda est personæ, & in subsidium domui sic prius perquiri persona debet antequam domi. quis citetur, vt notant Ang. in l. si vacantia col.5. C. de bon. vacant. lib.10. Lanfranc. in repeti. c. quoniam contra falsam verbo, *Citationes*, Num. 4. de prob. Aflict. super const. Siciliæ lib. 1. delit citato rub. 96 num. 1. & 2. Vant. in titulo de nullit ex defectu cit. num. 93. & 96. cum seq. & 118. Alexand. consil 107. num. 7. lib. 5. Cacciunc. consil. 27. numer. 61. & 62. vbi hanc testatur communem op. Bursat. conf. 73. numer 16. libr. 1. Scribentes in c. causam de dolo, & contu. & in cap. fin. de eo qui mitit in possessione causa rei seruande, & probat regia l 1. tit.7. par. 3. quæ dat formam citandi quando qui citandus est domum non habet, quod intelligē si persona citanda in veniatur in domo, vel in via, nam sufficit quod nuntius vadat de directo ad domum citantis nulla prius facta per quisitione pe populum secundum Bal. in l. consentaneum, num, 44. C. quomodo, & quādo iudex, & ita seruatur, vbiq; vt testatur Foller in practi. crimi. fol. 42. n. 28. quos refert, & sequitur Iul. Clar. in §. fin. q. 31. num. 17. quod etiam in hoc regno praxis admisit.

18 Et aduerte quod quando citatio est facienda in domo debet fieri in domo proprie habitationis in qua citatus degit, & si plura domicilia, vel plures domos habeat, vbi degit tempore citationis cū familia, l. 4. § prætor, ibi sed domū in quia degit, ff. de damn o infecto l. in l. cesoria de verborū sig. facit tex. in auth. vt spōsa largi, § ad hęc sancimus, ibi in quibus ipsi degūt col. 8. speculat in tit. de citatio. § sequitur vers. quo facto Bar. in l. 1. ff. de liberis agnoscend. cū aliis adductis per Rebuf. in de tractatu de citationibus, art 2 gl. 3. n. 22. cū seq. vnde citatio facta ad domū habitationis, vt notat Bar. in l. 1. §. habitare, ff. de hisqui de iec. vel effud quem sequitur Alex. in d. l. 4. §. prętor ait col. 2. ff. de damno infecto, & Octaui Chacher. decis. 71. num. 20.

19 Septimo citatio debet fieri peremtorię dato solo vno termino. l. 2. tit. 3. li. 4. recop. & de iure etiam cōmuni vna citatio sufficit pro tribus quando dicitur peremtorię l. non numquam, ff. de iud. l. consentaneum, C. quomodo, & quando iudex notat Imola in l. ex consensu, §. si fil. familias, num. 27. ff. de apellatio Marsil. Sing. 53. & 91. & citatio prima ad omnes actus, etiam vsque ad sententiam inclusiue valet, vt scripserunt Alexand. in l. contumacia, num. 14. de reiud. Felin. in cap. consuluit, num. 13. de offic. de legati Iafred. deci. 42. Aflict. deci. 289. nn. 7. Bosi. in tit. de sent. n. 4. Blanc. in pract. crimi. n. 19. Iul. Clarus, §. fi. q. 31. vers. quero modo qui testantur de cōmuni. Et ita semel citatus ad totā causam verus cōtumax efficitur nec ad sentētiā citari debet, vt tenēt Doct. proxime citati,

tati, & Ioã. Baptista Asin. in praxi. iud. de modo procedēdi in ciuilibus. §. 3. c. 4. & c. 31. n. 4. Burs. cōs. 73. n. 17. li. 1. citationis enim numerus est in ductus de venignitate, l. non numquam, l. & post editū, ff. de iud. Iacob. de Santogeor. in tractatu feud. verbo, dicti que vassalli, el 1. n. 46. quem refert, & sequitur Canceciunc. in d. cōs. 27. n. 174. in fine.

20 Octauo citandi sunt in iuditio hi de quorum prçiuditio principaliter agitur, vel quiledi possunt alias processus, & actus non valet, l. nam ita diuus, ff. de adoptio, l. de vnoquoq, vbi glo. & scribentes, ff. de reiud. l. fi. ff. de legi. hered. l. tres denūtiationes, C. quomodo, & quando iud. l. si quādo, C. de testib. c. 2. c. dilecti extra eod. ti. Clemē. Pasto. de reiud. c. Ecclesia sancte Mariç de cōstitu. c. 1. de causa possessio, & propie c. inter quatuor de maiorit, & obed. ponit de hac cōclusione regulā cū 12. limitacionib. Soc. in reg. 20. & cū 9. limitationibus Zasi. in d. l. de vnoquoque, n. 10. cū alijs seq. & cū 12. ampliationibus, & 60. limitationibus ponit eā Hipol. in d. l. de vnoquoq; a n. 8. vsq; ad n. 123. & cū 7. limitationibus ponit cotta in memorauilibus iuris verbo citatio, & cū 47. ampliationibus, & 35. limitatio Maria Soci. in tractatu de citatio art. 7. per totū, & cū 116. ampliationibus, & 124. limit. ponit eā Phel. Port. in suis regulis, verbo citatio, & eā etiā cū 115. ampliationibus, & 131. limi. ponit Ant. Gabriel lib. 2. commu. conclu. titu. de citatio conclusio. 1. & multa, etiam tradit Vant. in tracta. de nulli. sent. rub. 12. de nullitate ex defectu citationis per totum. Illi autem de quorum per iuditio secumdario agitur, vel quos in consequentiam litis difitio potest attingere non sunt citandi, vt tradunt Docto. citati, & Tiraquellus de retractu lign. §. 1. glos. 18. num. 16 Couarru. pract. quęstio. c. 13. num. 6 late Pinel. in l. 1. in tertia parte, num. 48. cum seq. C. de bon. mater. Bursat. cons. 203. nu. 19. cum aliis seq.

21 Nono requitur quod citatio ad instantiam partis fiat, c. proposuisti, ibi ad petitionem cuiusdam aduersarij, vbi Abb. & alij de foro comp. l. properandum, §. & si quidem. C. de iud. l. fin. C. de authori. iudi. possi. notat glos. in l. sancimus, verbo per contumaciam, C. ad Treuellia. Abb. in c. 1. num. 4. & 33. de iud. vbi Aretin. num. 10. Feli. num. 1. & Decius, num. 25. in prima lectura, & num. 14. in 2. lectura Vant. in dict. tractatu de nullit. sent. rub. 12. de nullitate ex defectu cita. num. 44. quos refert, & sequitur Petrus Dueñas, reg. 96. Soci. in tract. de citatio art. 6. num. 1.

22 Quod intellige nisi iudex ex offic. procedot: nam in his que iudex ex officio facere potest citatio non requiritur, vt notant Abb. & alij in d. c. proposuisti de foro compet. Ripa. in d. c. 1. numer. 20. de iud. & tenent plures quos refert, & sequitur Ioan. Bapt. Sin. in praxi iud §. 7. c. 5. limita. 49. & Lancelotus de attent. 3. par. c. 25. num. 49. vbi hanc testatur communem opiniorem.

23 Et est aduerteudum quod quoties citatio in actis processus in scripta repetitur in dubio semper præsumitur facta ad partis petitionem, & de mandato iudicis, vt tenet fere omnes Scribentes in d. c. 1. de iud. vbi Barba. nu. 13. & Ripa. num. 20. testantur hanc esse communem opi. licet vero ibi, nu. 49. contrariam sententiam dicat receptionem.

24 Et nota etiam quod licet citatio sit nulla ex defectu mandati, vel petitionis partis eius defectus non nocet nec redit processum nec sententiam nullam, vbi non erat necessaria per ea quæ notantur in l. vinum, ff. si certum peta, & in cap. bonæ memoriæ de electione tradit Maria. Socin. in cap. primo articulo, quinto in fine de libelli oblationæ, & in tractatu decitationæ articulo septimo in fine nicel inconcordant glos. num. 52. in fine

Soarez in conclusi.commu.66.verbo citatio Bursat.consi.73. numer.18.lib. primo.

25 Et quambis de iure communi nuntio asserenti se aliquem citasse, & iusta mandati formam plena fides adhibeatur, vt tradunt Lanfran.in c.quoniam contra, num.22.& ibi Deci. nu. 25. de probatio Grat. consi. 30. in fine lib. 1. vbi hanc testatur communem opinionem Tiraquellus qui dicit communiorem de retractu.§.8.glo. 9. nu. 10.& seq & Maranta de ordine iud. 6.par.1.menbro num. 53. qui ait hanc esse communem opi. Ioan. Baptista Asi.in praxi iud.§ 9. c.2.& 7. num.7. Bursat.qui etiam fidem facit de communi consi.73.num.21.& consi. 74.nu. 63. lib. 1. Attamen de iure regio ad hoc, vt nuntij assertio fidem faciat requiruntur duo testes si nuntius fuerit de nuntijs minimis si vero facta citatio fuerit per ianitorem regis, vel per iudicem requiritur vnus testis, vt dispon it l.1.tit.7.par.3. Quod intelligo quando citatus negat se citatum fuisse secus si non negat, quia tunc etiam nuntio minimo asserenti se aliquem citasse datur fides plena, quod probatur ex d.l.1.ibi. *Si fuere negado*, Et ita sola fide nuntij absque testibus quotidie datur mandatum pignorum, & proceditur admisionem in possesionem ex primo decreto, nam presumitur nuntius facere eaque suo officio incumbunt ca cum parati, vbi Doctores de appellatio Alciatus reg. 3.. presuntio.14.

26 Decimoquarto reus si citadus est extra territorium iudicis citantis citatio debet fieri per literas sub sidiales quæ appellantur litere requisitoriæ, vt colligitur ex l.1.ff.de requireis, vbi notant Bart.& Alueri.num. 2. & ex Clem pastoralis.de reiud tradunt Castrensi.& Alexand. & Ias. numer. 24.in l.fin. ff.de iurisd. omnium iud. Oldral.consi. 88. Socin.consil.167.nu. 20.lib.1.Iuli.Clar.in §.fin.q 13.num. 19.

27 Quod legiste limitant procedere nisi quando vtrumque territorium est sub eodem Principe, quia tunc per literas suas potest iudex citare reum in alio territorio secundum communem opinionem legistarum de qua testatur Aretinus, consi.135.col, fin.dicit etiam communem Iason in d.l.fi numer. 29. ff. de iurisd.omnium iud vbi etiam Marsilus, num. 34. Franc. Marcus decisione 401.in vltimis verbis apostil.ad Abb.in c.1. sub num.2. qui matri accusa possunt. Arno. epitome. 71.quos refert Iulius Clar. in §.fin.dict.quæst. 31. numer. 20. quam opinionem videtur expresse a proba re regia, l.7. tit. 3. lib. 4. recop: cuius verba sunt, *Acaece muchas vezes que algunos por su voluntad, y por no cumplir de derecho a los querellosos ante el Alcalde de cuya iurisdicion son, se uan a otros lugares de otras iurisdiciones, y era duda si aquel juzgador los podia emplaçar fuera de su jurisdicion. Y nos por quitar esta duda y alongamiento de pleyto que por esta razon podia suceder: Mandamos que el Alcalde en los pleytos que a el perteneçieren de librar que pueda yr por si, ó imbiar su carta de emplaçamiento á emplaçar la parte ausente, aunque este enel lugar de otra jurisdicion, paraque parezca ante el a cumplir de derecho, y el emplaçamiento, y emplaçamientos que ansi fueren fechos sean valederos.* Notaverba. *que pueda yr o imbiar por su carta de emplaçamiento. &c.* Quæ expresse probant necessarias non esse literas requisitorias, vt iudex citare possit reũ in alio territorio huius regni cum possit ire personaliter, vel mitere literam citationis, sed hæc lex pro, vt loquitur non seruatur de consuetudine, & stilo generali in hoc Regno, & intelligenda est, vt iudex posit ire, vel mitere literam citatoriam concentiente iudice illius loci, vbi est citandus cuius consensus in

imploratur, per cartam requisitoriam, provt de iure communi probatur in Clemen. 1. pastoralis, de re iud. & in §. de si peret, & in l. fin. ff. de iurisd. om. iud. & tenent Fabe. in §. fin. Instit. de pœna temere litig. Salice. in l. omnes §. executoribus, C. de Episc. & cleric. Iacob. de Vellouï. in repet. §. contrahentes, c. Romana, num. 131. de for. cōpeten. An. on. de Butr. num. 15. & Feli. n. 22. c. fin. extra eod. ti. Maria Soc. in c. postulasti, nu. 13. & in c. dilecti, nu. 25. eod. titu. Ripa in cap. 1. nu. 66. de iud. Aret. consi. 558. nu. 4. & in d. consi. 135. col. fin. vbi testatur hanc esse cōmunem opinionē Canonistarum. Bosius in tit. de citatione, n. 21. Foller in practica crimin. fol. 40. nu. 27. Couarru. practicar. quæst. 5. 11. nu. 7. qui immemor fuit dictæ legis Regni. Quæ opinio seruatur de consuetudine, vt testatur Bos. in loco citato, n. 24. & Iul. Clar. in d. §. fin. q. 31. n. 20. in fine; & in citationibus semper seruatur practica & consuetudo, vt tradit Maranta de ordine iudicior. 6. p. tit. de citatione, num. 126. à qua consuetudine citatio recipit interpretationem, vt tradit Portiflo conclu. 2. pag. penult. lib. 4: plures autem personas, quæ nō possūt citari enum rat l. 2. tit. 7. p. 3.

28 Effectus autē citationis plures sunt, quorum primus est, quod per citationem inducitur contumacia, si citatus non cōpareat, vt per totum tit. de dolo & contumācia, de quo effectu latius dicemus infra.

29 Secundus effectus est, quod per citationem prȩuenitur iurisdictio, l. si quis postea quam, ff. de iud. c. proposuisti, de foro compet. notat glossa in Clemen. 1. de iud. Afflict. decis. 209. num. 3. Anchar. consil. 58. num. 4. Portillo conclus. 22. lib. 4. limita. 13. Burs. consil. 74. num. 4. & 41. lib. 2. & probat l. Regia 12. tit. 7. par. 3. Quē effectum, & alios sequentes intellige, quādo citatio fuit legitime facta, & venit in notitiam citati, l. 1. §. item cum ex edicto, ff. quȩ sunt sine appellatio. resc ind. nam vt supra diximus, paria sūt citationem non esse factam, vel nō legitime factam, l. fin, ff. de feriis, notāt Doctores supra citati, quod colligitur ex dicta l. Regia 12. vbi Gregor. Lopez notat in verb. *Emplaçado*.

30 Tertius effectus est, quod per citationem iurisdictio perpetuatur, c. gratum, c. relatum, de offic. deleg. notāt glos. & Scribentes in d. Clemen. 1. de iud. Bart. & alij in l. &, quia, ff. de iurisd. omn. iudic. Rebuf. in d. tracta. de citationibus, in præfatio, n. 118.

31 Quartus effectus est, quod quando citatio interrumpit longissime tēporis præscriptionem, l. cum notissimi, in princ. C. de prȩscriptio. 30. vel 40. annorum, c. penultimum, 16. q. 3. Roman. consil. 38. Alexand. & Ias. qui ampliat & extendit septem modis in l. fin. in princ. ff. de eo per quem factū erit, declarat late Balb. in tracta. præscriptio. 4. & 6. p. in princip. n. 7. & 9. cum pluribus sequentib. vbi ponit nouem ampliationes, & totidem limitationes. Et aduerte, quod ad hoc vt citatio interrumpat prȩscriptionē, nō sufficit vt reus citetur, sed requiritur quod actor in fine termini contumaciam accuset, vt notat Bal. in l. 1. ff. de in ius vocan. & in l. 1. de eo per quem factum erit, Rebuf. tom. 1. super constit. Regni in tit. de contumacia, glo ssa vna, artic. 1. num. 3. cum plurib. aliis infra per nos adductis sequenti cap.

32 Quintus effectus est, quod per solā citationē in actione reali, res efficitur litigiosa, & alienatio nulla, si petitio sit intimata, & nota parti, Authen. litigiosa, C. de litigios. vbi glos. Bart. & Doctores Clemen. 2. C. vt lite pēden. l. 13. cum sequentibus, tit. 7. parti. 3. In actione vero personali, de iure cōmuni, non sufficit sola citatio cum insertione petitionis, sicut in actione reali, vt probatur in l. 16. tit. 7. par. 3. ibi: *Pero si el ouiesse ya fecho emplaçar su contendor por razon de la demanda que auia*

contra el, e despues quisiesse enagenar su derecho que auia en este pleyto no lo podria fazer, maguer quisiesse enagenarlo con home que nolo fuesse mas poderoso que el. Vbi notat Grego. Lopez in glos. verb. *Vuiesse ya fecho emplaçar*, & in dicta l.13. eiusdē tit. in glos. verb. *En que era suya*. Et quid in actione hipothecaria, & in actione mixta, declarant Doctores in d.l.2. C. de litigio. & materiam rei litigiosæ declarauimus latius in suo loco.

33 Sextus effectus est, quod citatio facit litem quoad hoc, vt nihil possit innouari, vt in Clemen.2. vbi glos. & Doctores. vt lite pend. c. cum in Ferrariensis, de cōstitutio. c. Ecclesiæ sanctæ Mariæ, vt lite pendente, c. ad dissoluendum, de sponsatio. impuber. de quo effectu facit regulā cum ampliationibus & limitationibus, Lancel in tractat. de attenta. 2. p. c. 4. in præfatio. nume. 30. cum pluribus sequentibus, vbi latissime materiam huius effectus declarat ad quem secundum Cardin. in d. Clement. 2. vt litepend. in 4. notab. sex qualitates requiruntur. Prima est, quod citatio emanauerit. Secūda, à competenti iudice. Tertia, quod ad notitiam citati peruenerit, vel per eū non steterit. Quarta, quod quis ex ea potuerit plene institui super quo citatur. Quinta, quod citatio sit apta. Sexta, quod nuncius sufficienter retulerit; quod etiam notat Imola in rubri. & in c.1. in 3. notab. vt litependen. quos sequitur Lancel. loco citato, nume. 28. cum sequentibus. Quod nota ad alios supradictos effectus, nam inualida ac generalis citatio non inducit præuentionem, nec perpetuā iurisdictionem, nec interrumpit præscriptionem, nec efficit rē litigiosam, nec inducit litispendentiam, vt late post alios tradit Tiraquel. de vtroque retractu, §.8. glossa 2. numero 4. cum sequenti. Alios etiam effectus operatur citatio, quos tradunt Speculator in titu. de compet. iud. additio §. fin. Socinus in tractatu de citatio. art. 31. & Rebuf. in eod. tract. in præfat. q 9. n. 114. cum aliis sequentibus.

EX CAPITE XIII.

SVMMARIA.

1 *Si citatus non compareat in termino citationis per citationem inducitur contumacia.*

2 *Contumacia non datur regulariter, nisi instante parte, & eam incusāte.*

3 *Contra contumacem multa pœna indulta sunt à iure.*

4 *Per contumaciam rei citati duo cōpetunt actori remedia.*

5 *Iure regio non est in vsu remedium captura contra contumacē, nisi quādo ex iusta causa reus fuit citatus, vt personaliter compareret.*

6 *Si citatus noluerit expensas contumaciæ soluere, tenetur cōparere in diee adhuc sedente pro tribunali.*

7 *Citatus pluribus impedimentis excusatur à contumacia.*

8 *Si citatus nō fuerit iusto impedimēto impeditus non est audiendus nisi refectis prius expensis.*

9 *Quæ dicta sunt de reo contumace, debent intelligi de actore etiam cōtumace.*

10 *Contumax auditur, & datur ei copia actorum, & terminus ad opponendas exceptiones, refectis expensis & damnis prius.*

11 *Contumax tenetur assumere litē, & causam in statu & gradu, in quo reperitur.*

12 *Citatus si fuit aliqua iusta causa impeditus ca prouata, non tenetur reficere damna, nec expensas, nec*

assumere

assumere causam in statu quo reperitur.

13 *Contra contumaciam plus operatur restitutio maioris impeatu ex iusta causa quam minoris ratione aetatis.*

14 *intellectus Autoris ad l. 3. titu. 11. libro 4. Recopil.*

15 *Regula l. sancimus C. de iudiciis, nõ habet locum coram iudice arbitro & arbitratore.*

CAPVT XIII. ET FINALE.

DE CONTVMACIA CITATI.

1 INTER effectus citationis quos in praecedenti cap. adduximus est, quod per citationẽ inducitur contumacia, si citatus non compareat in termino citationis, vt per totum titulum de dolo, & contumacia, nam vt inquit Iureconsultus in l. contumacia, ff. de re iudicata. Contumacia est eius, qui tribus editis propositis, vel vno pro tribus, quod vulgo, peremptorium, appellatur, literis euocatus praesentiam sui facere contemnit. Et duplex est contumacia, scilicet vera, & ficta. Contumax verus dicitur, qui fuit citatus personaliter, vel in domo & citationis habuit notitiam. Et fictus est, qui fuit citatus in domo, & dubium est, an citatio peruenerit ad eius notitiam, & colligitur ex glossa in l. diuus, verbo, Existimari, vbi notat Bartol. ff. de restitutione in integrum, Socinus in tractatu de citatione, articul. 27. numero 28. Foller. in practis. 4. par. 3. partis, verb. Etsi cõfiteantur, numero 13. Tiraquell. de vtroque retract. §. 9. glossa 2. & post Banolum. Alexandr. & Imolam, tradit Maranta de ordine iudiciorum, 6. parte, 2. membro, numero 8. & in dubio potius praesumendus est, quis cõtumax fictus quam verus, vt tradit Decius consilio 34. & Alciatus consilio 32. numero 2. lib. 6. & Lancellotus de attentatis, 2. par. cap. 12. limitatione 5. numero 163. Et generaliter contumax est, qui iudici non paret, siue sit reus, siue actor, l. de aetate, §. qui tacuit, ff. de interrogato. actio. ibi: Qui omnino non respondit, contumax est. Et ita contumacia comittitur non solum in non comparendo, vel recedendo à iudicio sine licentia iudicis, sed etiam generaliter in non comparendo iudici, vt colligitur ex glossa 1. cap. 2. de dolo & contumacia, & notant Abb. Deci. & alij in cap. 1. de iudiciis.

2 Contumacia autẽ ipso iure nõ datur, nec ex iudicis officio regulariter, nisi instante parte, & eam incusante, l. properandum, §. & siquidem, C. de iud. ibi: Parte fugiẽte ex vna parte, actoris absentiam incusatẽ. vbi notãt Bal. n. 4. Salicet. & alij, & Bart. in l. consentaneum, in fine, C. quomodo, & quando iud, & in l. si finita, §. Iulianus, n. 15. ff. de dãno infecto, & in Authent. ei qui appellat. in fi. C. de tẽporalibus appellatio. & in Extrauagan. ad reprimendum, verb. Neglexerit. Idem Bal. in Margar. verb. Contumacia, q. 12. Rebuf. late in titu. de contumania, artic. 1. n. 2. vbi sex ampliationes, & alias sex limitationes adducit Maranta de ordine iudiciorum, 6. p. 2. membro, n. 13. Foller. in pract. crimi. fol. 337. nu. 20. qui allegat Afflict. in 2. p. constitutio. Regni, rubr. 3. num. 8. Ioan. Baptista Asin in praxi iudicia. §. 17. c. 3. casu 11. n. 3. & probatl. regia 6. tit. 7. parti. 3. quod in hoc regno praxis obseruat

ob ervat tam in ciuilibus, quam in cri minalibus causis, actore vero non cōparente in fine termini ad accusandā cōtumaciam citatio, citati facta remanet circumducta, & est necessaria de nouo citatio per supradicta iura, & Doctores, & est actor condemnādus in expensis, non solum in factis ab ipso actore, verumetiam à reo, si cōparuit, ipso actore non comparente, l.5. tit.3.lib.4. Recopilat.

3 Et contra contumacem multę pœnæ indultæ sunt à iure, quarum 24. cōgerit Marant. in dicta 6. par.2. memb. num.9. cum pluribus sequentibus, & 45. pœnas & effectus cumulat Rebuf. in tract. de contumacia, art.13. à nume.4. vsque ad numerum 50. Et regulariter contumax mulctari potest ob contumaciam, l.2. ff. si quis in ius vocandus non ierit, tradunt Doctores in l.1. ff. si quis in ius diceuti non obtēpera. l.8. titu.7. parti.3. & l.14. titu.3. libro 4. Recopilation. quæ disponit, quod contumax tenetur soluere pœnam impositam in literis citationis, quod de stylo non seruatur, nisi quando aliquis citatur, vt personaliter ex causa compareat, vel scripturam exibeat, aut aliquid faciat vel det, & tūc semper imponitur pœna arbitraria nō seruato rigore pœnæ impositę á iudice. Si vero ordinarie citatur, vt comparea t per se, vel per procuratorem, vt fieri debet prædicta supra in quinto requisito, punitur tantum in expēsis, l. properandum, §. sinautem, C. de iudiciis, l. post editum, ff. eodem titulo, l. diui fratres, §.1. ad finem, ff. de liber. causa, glos. in l. contumacia, verbo, Litis, ff. de re iudicata, glos. in c.1. de dolo & contumacia, in 6. glos. in cap. quoniam cōtra, verb. Dilationes, de probatio. & in c.2. de procurato. & solutis expensis, auditur, & nō mulctatur, quia talis citatio non arctat citatum ad comparendum pręcisse, nec in citatione de stylo apponitur alia pœna, nisi quod citato non comparēte in eius absentia, & contumacia fit in causa procedendum vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiue, & expensarum taxationem; vnde, in effectu ista dicitur citatio voluntaria secundum Baldum in cap.1. col.5. versicul. Et nota, de militi vassallo, qui cōtumax, est; tradunt Paulus & Alexād. in l. testamenta omnia, C. de testam. Afflict. decis. Neapolita.2. & decisione 24. quos sequitur Maran. d.6. p. 2. memb. n 36.

4 Incussata autem ab actore re contumacia, si reus citatus comparere noluerit, vel sine licentia iudicis à iudicio recesserit ratione ipsius contumaciæ, duo competunt actori, remedia, quorum vnum eligere potest, aut remedium procedendi in causa, vsque ad sententiam diffinitiuam iuris ordine seruato, vel remedium missionis in possessionem ex primo & secūdo decreto, quod iure nostro Regio dicitur *via de asentamiento* per l.1. & 2. cum seq. titu.11. lib.4. Recopilation. vbi datur forma, qua fieri debet dicta missio in possessionem, quæ etiam data erat per l.2. cum aliis sequentibus, tit.8. parti.3. & de iure communi per l. Fulcinus, §.1. ff. ex quibus causis in possessio. eat. & l. si finita, §. Iulianus, vbi Bartol. & Doctores, ff. de dāno infecto, & l. consentaneū, vbi Bar. & Bald. & alij Scribentes, C. quomodo, & quando iudex, & per totum titulum, ff. & C. de bonis autor. iud. possid. & tradunt Abb. & alij in c. prout, num.18. cum seq. de dolo & contumacia; cuius remedij practica trita est in hoc regno; ideo in ea non insisto, maxime quia non vniformiter, sed diuersimode in qualibet prouincia obseruatur.

5 Et quamuis de iure communi fiat etiam mentio de remedio capturæ, vt in dicta l. consentaneum, ibi: Vel ad cogendum eum, vt sese representet, dictæ tamen leges huius Regni, nullam de eo mencionem faciunt, sed tantum

tantum de his duobus remedijs, nec ſtylo capturæ remedium praxis admiſsit in hoc regno niſi quãdo ex aliqua iuſta cauſa reus fuit citatus, vt perſonaliter cõ pareret in quo caſu poteſt intelligi, d.l. conſentaneũ, vt non obſcure ex ea colligitur, ibi, vt præſentiam ſui faceret, & iterum, ibi ſi cõtumaciter præſentiam ſui facere neglexerit, vel ad cogẽdum eũ, vt ſeſe repræſentet, &c. Nec illam mentionẽ facit de procuratore per quem cõparere citatus poteſt, vt in præcedenti quinto requiſito diximus. In alio etiã caſu remedium capturæ erit neceſſarium. Nẽpe quando non inueniuntur bona in quibus fieri poſsit dicta miſſio in poſſeſsionem ex primo, & ſecũdo decreto: quia tunc vt dictũ remedium non redatur fruſtratorium in defectum pignorũ poterit debitor capi & perſonaliter corã iudice per alguacellũ duci, & ſolutis cõtumatiæ expenſis audiri ordinariæ ſi debitũ non confiatur quibus duobus caſibus exceptis nunquã per remedium capturæ proceditur.

6 Prætermittendum tamen non eſt quod adhoc vt citatus expænſas contumatiæ euitet tenetur comparere iudice, adhuc ſedente pro tribunali, nã ſi ſedente iudice non venerit poſtea non auditur niſi ſolutis expenſis. l. ſancimus. C. de iudi. & ita hoc expreſſe diſponit. l. 6. ti. 3. lib. 4. recop. ibi: *Y mãdamos que el emplazado no cayga en pena de rebeldia, faſta que el Alcalde ſe levante de la audiencia, &c.* Sed licet hoc de rigore ita diſpoſitum ſit de equitate tamen auditur citatus abſque ſolutione expenſarum ſi compareat antequam iudex ab auditorio recedat etiam extra tribunal: quia vbi equitas euidens expoſcit ſubueniẽdum eſt. l. Diuus. ff. de in interg. reſti. vbi Aluer. exponit text. confeſtim: ideſt antequam recedat per l. 2. ff. de appellatio. & hanc equitatem ſequitur Rebuff. in dict. tractatu de contumacia, art. 5. nu. 18. quam nos in practica multoties ſeruauimus pro qua plura poſſunt aduci fundamenta quę cauſe breuitatis omitimus. In hoc tamẽ caſu ſi actor incuſata contumatiã rei reuerſus fuerit expẽſis ipſius rei erit vocandus & citandus, vt veniat ad ſuam proponendam actionem. Sed ſi citatus in tempore conſtituto compareat, & actor, vel eius procurator nõ compareat condemnandus eſt actor in expenſis etiam perſonalibus ab ipſo reo citato factis cuius iuramento ſtatur, vt diſponit. l. 5. titul. 3. lib. 4. recopila. Quia contumacia actoris maior eſt quam rei. c. cauſam de dolo & contumacia, & ideo difficilius morã purgat, vt notat Bart. in l. hæc conditio la 2. in fine. ff. de cõditio. & demoſtratio. tradit late Tiraquellus de retractu conſang. §. 8. gloſſ. 2. numer. 12.

7 Et eſt ſciendũ quod pluribus impedimẽtis excuſatur citatus a cõtumacia, vt in l. 2. §. ſi quis in iudicio, vbi ſcribẽtes. ff. ſi quis cautionibus, & in 11. tit. 7. part 3. & in l. 12. titul. 23. eadem part. & in l. 37. titul. 11. part. 5. Nã cõtumax dici nõ poteſt qui venire impeditur. l. contumacia. §. cõtumaciæ. ff. de reiud. Bar. cõſ. 228. lib. 1. Gigas in tracta. de crimine leſi maieſt. 18. num. 4. Menochius conſ. 100. nu. 113. lib. 1. Et non ſolum excuſatur a contumacia impedimentis de quibus in dict. §. ſi quis in iuditio, & in d. ll. part. Sed etiam alia leue cauſa aliquo modo rationabili & non iniuſta, vt tenent Angel. Caſtrenſ & Alexand. num. 11. & 12. in l. 1. §. hoc iudicium. ff. ſi quis ius dicenti non optempera Bald. in l. eaque, col. fin. C. quo modo & quando iudex. Alexand. & apoſtil. ad Bart. in l. tres denuntiationes. C. eodem titul. Ang & Imol l. in ex conſenſu. §. fin. ff. de appellatio. cum alijs aductis per Cancciunc. conſ 27. number. 142. cum ſequent. Sed vt colligitur ex dict. l. 2. §. ſi quis in iudicio

& ex

& ex dictis ll. part. non sufficit quilibet leuis causa, sed debet esse iusta, & ita tradunt omnes in l.1.§. vltimo.ff. si quis ius dicen. non obtempera, & in dict. §. si quis in iudicio, Neuis consi. 51. numer. 19. Cruet. consi.271. Tiraquell. de retractu, consangui.§.11. gloss.2. Boer. quæst. 40. quos sequitur Menoch. de arbit. iud. lib.2. cent. 2. casu 153. nu. 2. cũ seq. & probat expresse l. Regia.14. titul. 3. lib.4. recopil. ibi. *O si ouo embargo legitimo porque no se pudo presentar al plazo*, & quæ sit iusta causa, vel iustum impedimentum, vt citatus excusetur à contumatia relinquitur arbitrio iudicis in impedimentis à iure non expressis, vt post plures tradit Menoch. loco citato, num.4. cum alijs seq.

8 Sed si reus citatus, non fuerit iusto impedimento impeditus, non est audiendus nisi refectis prius expensis, l. sancimus. C. de iud. vbi scribentes præsertim Iason, numer. 5. cum aliis seq. vbi ponit regulam, quam ampliat in 12. casibus, & limitat in 3. authent. qui semel C. quomodo & quando iudex, vbi etiam Doctor. Felinus in c. nouit, nume.46. de iud. & non solum tenetur expensas litis reficere, sed etiam damna aduersarij. dict. l. Sancimus C. de iud. ibi, nisi prius omnia damna restituat ex huiusmodi vitio aduersarijs eius inflicta. &c. Vbi notant & late declarant scribentes, vnde tenetur reficere damna quæ prouenerunt aduersario ob occupationem suæ personæ, vt tradunt Iason in l. properandum.§. sin autem alterutra, numer.14. C. de iudicijs, & Plotus in l. si quando, numer. 674. C. vnde vi, qui alios refert Menoch. lib.2. de arbitra. centuria 2. casu 154. numer.4. & probat. l. 5. tit.3. libro quarto recopil. quæ licet loquatur in actore contumace, idem dicendum est in reo per regulam correlatiuorum .c. non licet de reg. iuris in 6. l. non debet actori. ff. eod. titul. Et est ratio, quia vere & proprie contumaciæ delictũ consideratur ob damna & expensis aduersarij, vt probatur ex d. l. sancimus ex relatis verbis. Ex quo infertur non esse in potestatè & arbitrio iudicis contumacem audire & admittere non refectis damnis & expensis cum non possit ius alterius tollere, vt est notũ in iure & tradit Meno. d. q. 36. numer.4. Si vero contumacia ob causam cõtemptus iudicis: tunc quia ius partis non læditur iudex eam remittere potest, vt notant doctores præcipue Iason & Curtio. Iunior. in l.1.§. vltimo.ff. si quis ius dicenti non obtempera. Quod intelligo quando pœna contumaciæ applicatur iudicĩ si fisco, vt in dict. l. prima, §. vltimo. ff. si quis ius dicenti. vbi sentiunt Doctores, & Menoch. loco citato.

9 Et quæ dicta sunt de reo contumace intellige etiam & extẽde in actore. l.1. ff. si quis ius dicenti non obtẽpera. vers. non solũ cuius verba sunt. Non solum autem reum qui non obtemperauerit hoc edicto teneri labeo ait. verumtamen petitorem, vbi notat gloss. & scribentes, & Iason & alij in dict. l. sancimus. C. de iud. Marsil. in l. de vno quoque, numer. 238. de re iudicata. Menoch. in d. quæst. 36. num.1 facit. l. non debet actori. ff. de reg. iuris, & probat. l. Regia.5. tit.3. lib. 4. recopil. vbi non solum tenetur actor contumax reficere expensas, sed etiam damna.

10 Refectis autem expensis, & damnis auditur contumax, & datur ei copia actorum & terminus, vt possit suas exceptiones opponere, & ius suum in iudicium deducere, vt notãt Imol. in cap. prætetea de dilatio. Bart. in lege secunda, numer. quarto. C. de edendo quem sequitur communiter Doctores, vt testantur ibi Decius, numero trigesimosecundo, & purpurat, numero 52. & probant allegata iura.

Quod

11 Quod intellige absque præiudicio status litis, nam tenetur contumax a sumere litem in eo statu, & gradu in quo reperitur, vt tenent scribentes in cap. si duobus de appellatio. vb. Decius, nu. 10. testatur hanc esse cōmunem opinionem Aretinus. consil. 133. in fine, Iason in d. l. Sancimus, nu. 19. C. de iudi. Neuiz. consi. 18. num. 13. Menoch. dict. quæst. 36. numero septimo.

12 Sed si citatus fuerit aliqua iusta causa impeditus ea probata nō tenebitur reficere dāna, nec expensas, nec assumere causam in statu quo reperitur, sed per restitutionem in integrum ex clausula generali restituēdus est aduersus omnia acta processus, & sententiam si lata fuerit, & reponēda est causa in pristinum statum citatio-dis. l. 2. §. si quis in iuditio vbi scribentes. ff. si quis cautionibus. l. 1. ff. de diuersis & tempora præscriptio. l. 11. titul. 7. part. 3. ibi. *E por ende dezimos, que derecha cosa, e guisada es, que pues ellos no dexan por al de venir, si non por nō poder q̃ no ayan pena de rebeldes*, & inferius: ibi, *E aprouandola y mostrandola al juzgador deue valer, de manera que pena nin daño non reciba por razō que non vino al plazo*. Si ergo acta nō reponerētur & teneretur citatus assumere causam in statu quo reperitur reciperet dānū, & ita est intelligēda. l. 12. ti. 23. ead. part. in fine in versiculo, *Esso mismo*, vbi notat. ibi Gregor. Lop.

13 Ex quibus est notandū, quod contra contumaciam plus operatur restitutio maioris impediti ex iusta causa, quam minoris ratione ætatis, nam maior impeditus non refectis expensis auditur, minor vero contumax nō auditur nisi prius expensas, & damna reficiat, vt notat Bar. in l. si finita. §. sed si forte, num. 5. ff. de damno infecto Marsil. in l. de vno quoque, nu. 235. ff. de re iu. Menoch. dict. lib. 1. de arbitrarijs iudic. quæst. 36. numero primo. Et quamuis de iure communi fuerunt quatuor opiniones, an minori contumaci competat restitutio in integrum aduersus primum decretum, vt refert. Imola in titulo de primō & secundo decreto. §. restat. vers. sed pone & Andrea Apomate in additionibus à Bart. in d. §. sed si forte sub. d. num. 5. & verum sit quod competat, vt tenet Bart. ibi ex. l minor. ff. de minoribus, & Michael Vzcurrus in l. si finita. §. Iulianus, colum. 83. ff. de damno infecto, & Auendaños in tractatu de primo & secundo decreto in tertia parte, num. 8. Attamen de iure regio missio in possessionem ex primo decreto contra minorem fieri potest, vt disponit. l. 3. titul. 11. lib. 4. recopilat. ex quo infertur. quod minor contumax tenetur sumere causam in eo statu in quo inuenitur eum missio in possessionem eius bonorū

14 facta teneāt. Sed dictam l. Regni intelligo, quando minor dolo suo, vel consanguineorum, seu administratorum se absentat, seu abscondit in quo casu loquitur, vt patet, ibi. *Y el menor reo por malicia, y por dilatar el pley to se ausenta, ó se esconde, ó le esconden ó apartan sus parientes, ò administradores, y si el actor no pudiesse tornar a elegir via de assentamiento el processo se impediria, y cō mucha cō difficultad se podria instancia.*, &c. Secus tamen erit quando non dolo, sed negligencia minor non comparuerit: quia tunc ratione cessante cessare debet dict. l. dispositio per regulam cessante causa cum vulgatis. maxime, quia dicta lex non tollit restituonem minoris, nec vllam mentionem de ea facit, sed tantum in illo casu speciali dispo nit quod actor possit omittere viam ordinariam, & eligere viam quam dicimus *De assentamiento* contra minorem ex quo non ex eludere censetur beneficium restitutionis. quod de iure competit minori læso per ea quæ dicta sunt.

Vlti-

15 Vltimo loco est aduertẽdum, quod regula dictæ l. sancimus. C. de iudi. videlicet quod contumax non sit audiendus nisi refectis expensis, & dãnis locum non habet coram iudice arbitro & arbitratore, vt notat glossa in l. non distinguemus. §. si domini. ff. de arbitris Roma. in l. 1. ff. eodem titul. Marsil. in l. de vno quoque, num. 234. ff. de re iudicata, Ioann. Baptista. in tractatu de arbitris lib. 9. cap. 6. col. 3. versi. quid de contumacia procuratoris, Menoch. lib. 1. de arbitrarijs iud. quæst. 36. numer. secundo, Lancelotus de attentatis, secunda part. cap. decimo quinto, numero 206. cum sequentibus.

Formam autem procedendi contra ausentem in causa criminali ponit. l. 3. titulo decimo, libro quarto recopilat. de qua suo loco late agemus.

LAVS DEO

FINIS
LIBRI PRIMI.